¶ In hac parte declarat quod sit spacium status et quomodo cognoscitur. et tria dicit. Primum ꝙ status in morbis habētibus paroxismos acutos idest in morbis valde acutis est vnus paroxism⁹ aut ad plus duo paroxismi sed ĩ egritudinib⁹ macronoxijs. i. longi tp̃is possunt esse valde plures ꝑoxismi status q̇ vel erunt similes in oĩbus iudicijs suis. s. in longitudine intēsione ⁊ lesione opationū et similibus. Scđo dicit ꝙ status nō cognoscitur nisi per ꝑoxismū sequentē. Si eñ ꝑoxismus sequens sit valde remissus tunc precedentes omnino similes fuerunt status. Tertio dicit ꝙ in statu cōpletur vestigiū digestiōis aut dispositionis ei contrarie. ¶ Contra scđm dictum est sententia Gal. primo afforis. cōmento 7°. et primo de crisi. dicentis ꝙ status cognoscitur anteq̃ sit ⁊ quando est presens. ¶ Preterea cū omnis dieta ordinetur in relatione ad statum quomodo nō p̄cognito statu potest medicus egrum dietare. Respondetur ꝙ iudicio cōiecturatiuo ⁊ estimatione veritati ꝓpinqua cognoscitur status anteq̃ sit. ⁊ multo magis cum est presens. que cognitio sumitur ex natura morbi: quātitate materie: qualitate ipsius: tempore: et virtutis cōstantia vel debilitate et ceteris de quibus in sequenti caplo: cum sciētia certa nō cognoscatur status nisi cū p̄terijt per paroxismuꝫ sequentem. ¶ Ex tertio dicto collige ꝙ digestio et similiter cōtraria dispositio intendūtur in statu. dicit eñ ꝙ cōpletur vestigiū digōnis aut sui contrarij in statu. Et hoc idē sentit Gal. primo affo. cōmēto. 12. et primo de crisi. lꝫ quidem ꝭm verba Auer. 3°. colliget dicentis ꝙ cum cessat digestio aut putrefactio tunc est status. q. d. ꝙ in statu materia nō digeritur: neqꝫ putrescit. sed omnis talis trāsmutatio fit in augmento glosandus est ꝙ nō ita manifeste ꝓcedit digestio aut putrefactio in statu sicut in augmento.

Decliatio seu decessio.

¶ Et declinatio quidē est hora qua calor innatus iam dominatur materiei ⁊ vincit eam ⁊ existit in cōgregationis eius separatione. s. rei post reꝫ: et alleuiatur caliditas caloris occulti. et expellit̃ ad extremitates donec resoluit̃ et multotiēs ingrossatur.

¶ In parte presenti describit declinationem. ⁊ dicit quatuor. primo ꝙ declinatio est hora in qua calor inatus iā dñatur materie ⁊ vincit eam. scđo dicit ꝙ existit in separatione cōgregationis eius. s. rei post rem. i. ꝑtis post partem. tertio dicit ꝙ per hanc expulsionem alleuiatur caliditas occulti. i. partiū occultarū intrinsecarū et expellitur ad extremitates. s. pars materie et caliditas. Ultimo dicit ꝙ hec declinatio durat donec resoluitur: et destruitur caliditas aut donec resoluitur. i. totaliter expellitur materia siue sensib tiliter: siue ĩsensibiliter. et multotiens ingrossatur. i. ap̄atur aliqđ membrū materia ad illud membrū cretice ꝑmutata. aut ingrossatur. s. materia quando resolutis partibus subtilibus remanet cinericium: qđ non est amplius vehiculū caloris putredinalis. ⁊ hec maxime accidit quādo materia est difformis ita vt habeat ꝑtem subtilem et partē grossam. si eñ esset vniformiter subtilis tota resolueretur. ¶ Circa primū dictū est notandum. ꝙ lꝫ in statu salubri natura dñetur materie quantū ad digestionez et seꝑationem nocitiui a iuuatiuo: tamen in declinatione dñatur materie magis q̃ in statu: ⁊ alijs tp̃ibus quantū ad expulsionem materie ad extra corpus vel saltē permutando eā a loco in quo est ad aliqđ mēbrū: quantūcūqꝫ eñ in alijs tēporib⁹ possit fieri materie expulsio. ⁊ permutatio: hoc tamen fit pl⁹ ꝓportionabil̃r in declinatiōe q̃ in aliquo tēporū precedentiū. ¶ Circa 2^{m} nota ꝙ fit expulsio materie per partē post partē. qꝛ expellitur nocitiuum et remanet iuuatiuū in crisi laudabili que est in declinatiōe ad differentiā mot⁹ sintbomatici q̇ pōt esse in quocūqꝫ tp̃e alio cū quo quasi subito expellitur iuuatiuuꝫ ⁊ nocitiuū. ⁊ ideo in declinatione vera illa expulsio fit cū bona egri tolerantia ⁊ cōferentia: nō sic in alijs tp̃ibus. ¶ Circa tertiū nota ꝙ lꝫ alleuietur caliditas tam partium intrinsecarum q̃ extrinsecarum tamen plus proportionabiliter alleuiatur caliditas partiuꝫ intrinsecarum a quibus materia expellitur cū de ipsa forte aliquid ad partes extrinsecas expellatur. ¶ Ultimo nota duplicem crisim accidentē in declinatione frequentius q̃ in alijs temporibus vnam euacuationis: alteram permutationis.

Pro declaratiōe descriptiōis hoꝝ tēporū dubitat̃ vtrū he descriptiones sint temporū vniuersalium aut particularium. Et si vniuersalium an ipsorum

distinctorum

distinctorū penes alterationē materie: an ipsorū vniuersalium, distinctorū penes morbi essentiam et accidentia. ¶ In qua questione tenenda est hec cōclusio ꝙ intentio Aui. fuit hic diffinire tempora vl'ia febrium penes alterationem materie distincta. et sic videbis oēm particulaȝ in his descriptionibus positam cōuenire tēporibus vl'ib⁹ penes materiā distinctis. Non aūt intētio sua fuit diffinire tempora particularia cū eorum diffinitionem ponat in sequenti cap'lo ꝙuis alique particule in his diffinitionib⁹ posite eis possint adaptari. nec etiā intentio sua fuit diffinire tempora vniuersalia penes morbi essentiam et accidentia cum has diffinitiones posuerit scd'a primi ca°. 7°. que diffinitiōes ibidem posite sunt cōmunes febribus et omnibus morbis.

Stat⁹ seu acumen siue acies

¶ Et status quidē diuersificātur in egritudinibus. egritudinū eñi valde acutarum lōginquior status est vsqȝ ad quatuor dies et febres effimere sunt de hac summa: veruntamen ipse non numerantur acute: qm̄ nō sufficit in acuitate egritudinis vt sit status eius proximus: immo sit de egritudinibus habentibus timorem. Et sequuntur eas febres acute absolute nō valde. ⁊ sunt ille quaruȝ status peruenit vsqȝ ad quatuordecim dies: et quod est supra id.

¶ In parte presenti Auic. ponit quatuor cano. cōpletiuos huius doctrine de temporibus morbi. Et sic posset diuidi in quatuor partes. scd'a ibi. (Et cognitio quidē egritudinum). tertia ibi. (Et plures quidem febrium.) quarta ibi. (Et febres quidem diuersificantur). Primus canō est ꝙ status diuersificantur in egritudinibus quantuȝ ad propinquitatem et longinquitatem. Egritudinū enim valde acutarum quas Ga. appellat acutas in vltimo. prima particula affori͛smorū. status ꝓpinquior est vsqȝ ad quatuor dies. huius autē tacite terminationis causa est ꝙ natura nequit tam fortes motus tolerare nisi paruo tēpore. Est eñi necessarium vt natura cito vincat aut vincatur. et effimere quantū ad hāc propinquitatem sunt ex hoc numero. terminantrur eñi in quatuor diebus et proprie effimera ex apostemate et nauseatiua satietate: nō tamen dicūtur acute cum nō sit in eis seuitas accidentium que preter breuem terminationem requiritur ad hoc vt egritudo dicatur acuta. Similiter diceretur de tertiana pura duorum aut trium paroxismorum. Sunt in secūdo loco alique egritudines absolute acute distinguēdo eas cōtra peracutas. ⁊ istarum quedam sunt quarum status ē. 14. dierum. Alie autem vocātur acute tropice idest cōuersiue quaruȝ status est a. 14. vsqȝ ad 40. supplete vos. Alie sunt cronice quarum stat⁹ est supra. 40.

¶ Et cognitio quidē egritudinū acutarū in ordinibus suis et cronicarum est iuuatiua in regimine cibi egri s'm ꝙ dicemus in sequentibus.

¶ Secūdus canō est ꝙ cognitio egritudinum acutarum ⁊ cronicarum in ordinibus suis idest temporibus suis est iuuatiua in regimine cibi s'm ꝙ dicetur in capitulo de regimine febricitantium. medicus nanqȝ ordinat dietam in comparatione ad statum. Si enim status est longinquus aliorū paritate supposita ordinat dietam grossiorem. Si vero propinquus subtiliorē: et quanto magis accedit ad statum quantum est merito status non sumendo indicationē a repletione nec ab alia re tanto ordinat dietam subtiliorem.

¶ Et plures quidē febriū complēt principiū augmentū et statū in paroxismo vno. et faciūt poxismum alium declinando.

¶ Tertius canon est. ꝙ plures febres cōplent principium augmentum et statum in vno paroxismo deinde faciunt scd'm paroxismum ꝑtinentem declinationi: immo etiam quod plus est plures febres tertiane quartane et quotidiane complent in vno paroxismo. Et dicuntur tertiane quartane et quotidiane merito materie a qua pendēt apte paroxismareꝫ huiusmodi ꝑiodis.

¶ Et febres quidē diuersificantur in his temporibus. de eis quidem sunt quarum augmentū prolongatur. et de eis sunt quarum declinatio prolongatur.

¶ Quartus canon est. ꝙ febres diuersificantur in tēporibus penes longitudineȝ aut breuitatē vni⁹ tp'is in cōparatione ad alia. Sunt eñi quedam in quibus augmentū ꝓlogatur. et quedam in quib⁹ declinatio est longa in cōparatione ad alia tēpora. Et tu dic similiter de statu ⁊ prin°. Harum aūt diuersitatum causa diffuse perquiretur inferius in capitulo intitulato de rebus in quarū quibusdam cōueniunt febres ⁊ in quibusdā differūt.

¶ Cognitio horarum egritudinis vl'ium quādoqȝ est ex spē egritudīs. nā spasmus sicc⁹ ⁊ epilēsia ⁊ apoplexia ⁊ sinachia sunt ex acutis valde: ⁊ tertiana pura ⁊ causon d' acutis nō valde: et quartana et paralesis de macronoxijs.

¶ Postqꝫ Aui. in p̄cedenti ca. notificauit tp'a egritudinum ⁊ ꝓprie febriū quantū ad eorū q̇ditates hic docet cognoscere huiusmodi tēpora et maxie statum vniuersalem iuxta rubricam. qr s'm ipsius exigentiam est dieta vniuersalis ordinanda vt est apud Gale. prima afforismorꝫ. et primo de crisi. Sed qr etiam varianda est dieta ꝑticularis s'm exigentiam temporum particularium docuit Auic. in presenti capitulo non solum cognoscere tempora vniuersalia sed etiaȝ particularia. hȝ igitur hoc cap'lm duas partes. in prima docet cognoscere tēpora vniuersalia. scd'a. ibi. (Cognitio aūt horarum ꝑticularium) docet cognoscere tempora particularia describendo. Prima ꝑs diuiditur in duas. nam in prima docet cognoscere tempora vl'ia et proprie statum per signa preapparētia. in scd'a parte ibi. (Et quādoqȝ cognoscitur ex dispositione euacuationum) docet cognoscere hm̄oi tēpora ꝑ signa post appꝫentia. p̄a pars iterū diuiditur in plures ꝑtes s'm ꝙ plures sunt maneries signorū p̄apparētiū. ꝑtes vero patebūt discurrendo per textū. ¶ Pro cuius notitia sciendū ꝙ signa illa dicuntur preapparentia que scd'm plurimum preapparent in principio egritudinis. Sed illa dicuntur postapparentia que secūduȝ plurimum non apparent in principio egritudinis. Exemplum primorum. sicut species egritudinis. regio tempus complexio ⁊c. Exemplum secūdorum. sicut euacuatio ⁊ digestio. In p'ria parte docet Auicenna cognoscere tempora vniuersalia et proprie statum ex specie egritudinis. Nam spasmus siccus. i. de inanitione et epilensia vnius paroxis-

Galenus.

mi et apoplexia et sinantia sunt egritudines val/
de acute quatuor diebus terminā de: quarum sta/
tus est valde propinquus. Sed tertiana pura cō/
tinua et causon sunt ex acutis non valde qua/
rum terminatio est inter quartum et decimūquar
tum. sed quartana et paralesis sunt ex macrono/
xijs idest valde longis quarum status est longin/
quus. ¶ Notandum circa hāc partem ꝙ licet hec
noticia sumpta ex specie egritudinis valde iuuet
medicum in cognoscendo longitudinem aut bre/
uitatem egritudinis et cōsequenter vtrum status
sit longinquus aut propinquus vel medius. tamē
hec nō ē certa noticia nec limitata sm̄ species egri
tudinū. nam quartana ponitur inter cronicas. et
tamen quandoqꝫ quartana in tribus aut quatuor
paroxismis finitur. ¶ Similiter quādoqꝫ vidi pa
ralesim in septem diebus liberatam. et similiter
multotiens vidi tertianam vnius poxismi. ¶ Pre
terea esto ꝙ omnes flegmatice aut pluresint cro
nice. maxime tamen est differentia inter duratio/
tiones earum: et consequenter in propinquitate
et longinquitate status earum. quare hec noticia
nō est omnino limitata nec certa sed ipsa cū alijs
multum iuuat medicum in cognoscendo propin/
quitatem aut distantiam status. Et qr exempla
hic posita sunt aliqualiter dubia ideo declaratio
ne indigēt. primo spasmus siccꝰ particularis po/
test esse coeternus patienti: quia nec interficit nec
liberari potest: vt puta spasmus digiti combusti:
sed spasmus siccus vniuersalis iam factꝰ est egri
tudo peracuta occidens infra quartum. ⁊ de hoc
est sm̄ hic. Spasmꝰ tamē humidus scd̄m plurimū
est magis acutus frequenter occidens in die na/
turali propter nocumentum in anhelitu. ¶ Tenē/
dum tamen est ꝙ spasmus siccus eque intēsus cū
spasmo humido citius interficiat cum eque bene
impediat anhelitum sicut humidus. ⁊ cum hoc in
sicco est virtus magis debilis per essentiam. Epi
lensia quoqꝫ quantū ad totam sui cō sistentiam est
egritudo cronica. nec potest dici ꝙ hic Auicē. in/
telligat de paroxismo vno epilensie cum hic non
declarat tempora particularia sed vniuersalia.
¶ Est ergo dicendū ꝙ hic loquitur de epilēsia ha/
bente vnicū paroxismum. Apoplexia autē est egri
tudo acuta valde: nō quia citoterminetur ad mor
tem aut ad salutem. sed qr aut terminatur ad mor
tem aut desinit apoplexia cum permutetur ad pa
ralisim. Vel dicatur ꝙ intelligit hic de forti apo/
plexia que semper cito ad mortem terminatur in
quarta vel infra: maxime squinantia anhelitum
impediens que fit in musculis epiglotis maxime
intrinsecis. hec enim sm̄ plurimum occidit circa
quartam: immo frequenter in prima die natura/
li. squinantie autē que fiunt in musculis mere in/
trīsecis aut extrinsecis aliquādo trāscēdunt quar
tam ⁊ non sunt semper ex peracutis. Tertiana au
tem pura ponitur inter acutas valde si sit conti/
nua. qr habet vtrasqꝫ conditiōes. Est enim seuo
rum accidentium: et terminatꝛ inter quartam ⁊ se
ptimam. Si autem sit interpolata numeratur in
ter acutas absolute quantum ad terminationem
nō quantum ad seuitatem accidentium. Causon
autē q̄ pendet a colera aut flegmate salso peccan
te aut in venis totius aut in locis cordi propin/
quis cōiter terminatꝛ inter quartū ⁊ decimūq̄rtū.

De attonitio/
ne et morbo
herculeo siue
comitiali.

Squinantia si
ue sinantia vel
angina.

¶ Et quandoqꝫ ex motu egritudinis. naꝫ
si paroxismi sunt breues significant ꝙ sta/
tus est propīquus: sicut tertiana pura. tem
pus em̄ paroxismorū eius est ex tribus ho
ris vsqꝫ ad quatuordecim horas. et si sint
prolixi significant ꝙ materia est grossa et
status loginquus: sicut tertiana non pura. ⁊ si
nō fuerint illic paroxismi: imo materia eiꝰ
fuerit acuta: sicut sinochi tūc egritudo erit
acuta. et si fuerint signa eius signa frigide
grosse aut decliuis ad grossitudinem tunc
egritudo erit nō acuta. et si remanserint cū
dispositione sua tunc egritudo non erit il/
lius acuitatis.

¶ In hac scd̄a parte ponit scd̄am manerīē signo/
rum sumptā a motu egritudinis. Et dicit quinqꝫ.
¶ Primū ꝙ si paroxismi sint breues significant ꝙ
status est ꝓpinquus. ⁊ ꝙ egritudo est breuis: sicut
in tertiana pura. tp̄s em̄ paroxismorū eius ē ex tri
bus horis vsqꝫ ad. xiiij. Si vero poxismi sunt ꝓli/
xi significant ꝙ materia est grossa aut multa et cō
sequenter ꝙ egritudo est longa ⁊ status est longin
quus: sicut tertiana nō pura. paroxismi em̄ ipsius
durant vsqꝫ ad triginta horas et supra interdum.
¶ Tertiū dictum ꝙ si in aliqua febre non fuerint
paroxismi: tunc debemus cōsiderare materiam.
Si em̄ fuerit acuta ⁊ calida ⁊ subtilis: sicut mate/
ria sinochi. i. febris sanguinee: tunc egritudo erit
acuta terminā da a quatuor vsqꝫ ad quatuordeciꝫ.
¶ Quartuꝫ dictum. ꝙ si adsint signa frē et grosse
materie aut declinantis ad grossitiem: tūc egritu
do erit nō acuta scꝫ absolute. erit em̄ tropica. sed
sm̄ plurimū cronica vltra. 40. terminā da. ¶ Qui
tum dictum est. ꝙ si egritudo remanserit cum di/
spositiōe sua. qr sit continua in qua non sint signa
materie acute neqꝫ materie frē grosse. sed supple/
te vos signa materie mediocris: tunc nō erit illiꝰ
acuitatis cuiꝰ acuitatis est sinochꝰ neqꝫ ita longa si
cut cōtinua pendens a materia frigida et grossa.

Quinqꝫ sunt no
tatu digna.

Dubitatur circa duo prima dicta vtrum
paroxismi breues significent
morbū breuē: et cōsequenter statū esse ꝓpinquuꝫ.
¶ Et similiter ecōtra significent paroxismi longi.
¶ Et arguitur ꝙ non. nam paroxismi epilensie
sunt valde breues et breuiores q̄ paroxismi ter/
tiane: cum tamē ipsa sit longissima. est enim fre/
quenter coeterna patienti. ¶ Et cōfirmatur. quia
apoplexia est breuis sm̄ plurimum ante quartuꝫ
terminā da: paroxismus tamē eius longior q̄ pa/
roxismus epilensie. ¶ Secūdo febris existēs in pn
cipio est longior q̄ ipsamet existens in statu: cū tm̄
in prinº poxismi sint breues: in statu vero longio
res. ¶ Forte dr ꝙ intentio Auic. nō est comparare
candem egritudinē ad seipsam sm̄ diuersas egri
tudines. ¶ Contra accipiamus vnam aliā egritu
dinem cuius totalis materia ab ipso initio sit ita
disposita sicut materia in statu alterius egritudi
nis. et certum est ꝙ hec secūda erit breuioris ter/
minationis et habebit paroxismos longiores.
¶ Tertio: sit a. febris pendens a materia diffor/
mi cuius vna pars sit subtilis ⁊ alia grossa. ⁊ sit b
feb. pendēs a materia vniformiter grossa sicut est
materia a. sed minoris q̄titatis. Et sequitꝛ ꝙ po/
xismi a. dependentes a mā subtili erūt breuiores
q̄ paroxismi b. ⁊ tamen a. erit longior b. vt pa/
tet ex casu. ¶ Quarto possibile est propter subti/
litatē materie naturā totam materiam simul ex/
pellere que tm̄ faciet vnum poxismum cuꝫ tamen
ipsa sit breuissima. Vltimo. paroxismi continua/
rum sunt longiores q̄ paroxismi interpolataruꝫ.

cum tamē

eñ tamen cõtinue febres sint breuiores interpolatis vt est apud Gale. tertio de crisi. caplo tertio ergo longitudo paroxismorum nõ significat egritudinis longitudinez. igitur &c. ¶ In oppositũ est Auicẽ. in parte presenti.

Pro solutione qõnis pmittendum q varietas poxismorũ & egritudinũ q̃ fiunt in hũano corpore puenit ex tribus causis. primo ex varia dispositione mẽbrorũ mittentiũ et recipientiũ. scdo ex varia dispositione materie. tertio ex his que vtrisq causis iaz dictis superueniũt. ex pte qdem mẽbrorũ mittentiũ fit magna variatio in paroxismis et egritudinibus sz potentiã eorũ vel debilitatẽ. Nã si mẽbruz est potens in expellendo expellit multã quãtitatẽ materie in vna vice aut aliqd corpis mẽbrũ aut ad extra corp' sicut cõtingit in stomacho forti qui vnica vice multũ euomit et debilis parũ. Similiter cerebrũ apoplecticũ forte expellit materiã multam ad neruos vt se deoneret. debile aũt nõ sic. & silr epar aut mẽbra fortia itrinseca expellerẽt vna vice multã materiã ad extra venas facturã paroxismos longos. et si debilis sit nõ tantã poterit expellere. Et similiter si mẽbrũ recipiẽs fuerit forte nõ tm̃ recipiet: debile autẽ recipiet plus. Silr est diuersitas ex parte mẽbrorũ postq̃ materiã receperunt. fortia eñi facillime materiã expellũt sensibiliter aut insensibilr. similiter habentia vias latas facilius expellũt q̃ habentia ipsas angustas. vñ in hoĩbus latorũ pororũ citius paroxismi terminant q̃ in hñtibus poros strictos. tertio cõtingit hmõi diuersitas pter fortiorẽ conatũ virtutis ad expellendũ materiã receptã qui conat' põt puenire ex duobus: aut ex nimia sensibilitate. propterea in colericis et corporib' siccis tm̃ poxismi citius terminant. natura eñi pter sensibilitatez magis irritata est ad materie expulsionẽ. scdo puenit hic conatus ex parte nobilitatis lese actionis. et pter hãc cãm cerebrũ apoplecticũ cito expellit materiã apoplexie ad neruos nõ sufferens tantã lesionẽ. scdo principalr pueniт hec diuersitas paroxismorũ et egritudinũ in sua duratione ex parte dispositionis materie. qr si multa sit aut grossa aut viscosa aut per aliquã qualitatẽ manifestã vel occultã virtuti inimica opprimens ipam est cã longitudinis poxismorũ & egritudinum. Si vero habeat õrias dispositiões est cã breuitatis et pprie si sit digesta. tertia cã pncipalis hui' diuersitatis ex pte rerũ extrinsecarũ respectu istarũ duarũ causarũ que sunt magis pncipales est hec. Certũ eñi est q cõplexio calida regio calida tps calidũ et silia abbreuiant egritudines et paroxismos et contraria plogant.

His ita pmissis sit hec cõclusio rñsiua ad q̃situ de intentione Aui. in parte pñti. q oĩ paritate supposita preterq̃ ex parte materie multe grosse viscose aut modis ɔtrarijs cõditionate breuitas poxismorũ sm plurimũ significat breuitatẽ egritudinis. et ecõtra longitudo poxismorũ significat longitudinẽ egritudinis. pbat nã si paroxismi sunt breues significãt q materia est pauca aut subtilis et ecõtra. si longi significãt q sit grossa aut viscosa aut multa. & silr oz esse disposita q̃ ẽ sub forma cause añcedentis sic materia poxismalis. g poxismi breues significãt breuitatẽ egritudinis et longi longitudinẽ sm plurimum.

Ad rationes in oppositũ. Ad pmaz de epilẽsia dr. q nõ est intentio Aui. cõparare epilensiã ad feb. sed intẽtio sua in his signis est cõparare adinuicẽ egritudines eiusdẽ spẽi. Vñ ɔñr dico q epilensia habens poxismos breues est breuior q̃ hñs poxismos lõgos. ¶ Et ad cõfirmationẽ de apoplexia q̃ est breuis: et tñ hz paroxismũ longũ in cõparatione ad epilensiã dr q nõ seruat paritas in situ materie. Est eñi materia in apoplexia cõtenta sm plurimũ ei' in scdo. et vltimo ventriculo cerebri. sed materia epilensie magis in anteriori ventriculo quare materia apoplexie permutat ad nucham. nã qr multa et grossa non põt facilr resolui aut alio mõ ad extra expelli: sicut materia epilensie q̃ est paucior et subtilior. ¶ Ad scdm dr q nõ seruat paritas. in statu eñi est materia magis digesta q̃ in pricipio quapropter paroxismi fiunt longiores cũ sit magis parata vt expellatur de venis ad extra venas. ¶ Ad tertiam de materia difformi dicit illud cõcludere propterea in cõclusione dictũ fuit sm plurimũ. et similiter respondet. ¶ Ad quartũ. neq de hoc miretur aliquis. vnũ eñi signũ non sufficit ad significandũ longitudinẽ aut breuitatẽ egritudinis: sed oĩa tredecim de quib' agitur in presenti ca. sunt adinuicẽ cõparãda vt defect' in vno suppleat dfectũ alteri'. ¶ Ad vltimã dr. q cũ cõpant quartana cõtinua et tertiana interpolata nõ seruatur paritas ex parte sit' materie cũ in cõtinuis cã cõiuncta paroxismi sit ad intra venas: sed in interpolatis extra venas. Sed si cõparent tertiane cõtinue adinuicẽ aut due interpolate adinuicem ille quarũ poxismi erũt breuiores abbreuiabũtur et quarũ longiores elongabũtur. ¶ Ultimo solet q̃ri an continua sit breuior interpolata. ¶ Ad qd dr. q cõtinua ad totã interpolatam cõparata est breuior vt vult Ga. q̃rta pticula affor. afforis. illo. tertiana pura in septem periodis iudicat lõgissima. Sed si cõparet ad totũ tps afflictionis in interpolatis certum est q illud est maius. s. tempus afflictionis continue q̃ interpolate aliorum paritate supposita.

¶ Et quãdoq est ex ṽtute cui velociter accidit debilitas. q̃re est egritudo acuta aut non appet illud & est egritudo non acuta.

¶ In hac tertia parte docet cognoscere; morbi longitudinem ex virtute. nam si virtuti aduenit debilitas significatur q egritudo est acuta idest breuis terminationis. Si autem ei nõ accidat debilitas. scilicet notabilis: tunc egritudo est nõ acuta idest nõ breuis terminationis. ¶ Notandum primo q virtutem debilem arguimus ex opationibus cum ipsa nõ est bene potens ad illas perficiendas: & secũdo ex pauca resistentia causis alterantibus. ¶ Notandum secundo de intentione Auicen. scda primi virtutem ex tribus debilitari: aut propter nocumentum in membro: sicut cum est lesa sua complexio compositio aut vnitas. secũdo propter nocumentum in spiritibus: sicut cũ sunt pauci aut aliqua mala qualitate infecti manifesta vel occulta sicut est venenositas. tertio debilitatur propter defectum in ipsa virtute idest in ipsa anima cum est distracta per multiplices & fortes operationes. sic enim preter modum vacans operatiõibus animalibus debilitatur scdm operationes naturales etiam absq hoc q spiritus membrorum naturalium resoluantur aut conuertantur ad membra animalia: immo solum quia anima non applicatur ad illas operationes per agẽdas. Sic enim intenti fortibus imaginationibus delata sub oculis nõ videmus. scdo de aĩa

¶ Champeri'. Quidaz enim morbi breues sunt: q̃ cito vel tollunt hominẽ vel ipsi cito finiunt. Quidam longi sub q̃bus neq sanitas in propinquo: neq exitium est. Tertiunq gen' eorũ est: qui modo acuti: modo longi sunt. Atq etiã preter hos q̃rtum est: qd neq acutũ dici potest qr nõ perimit neq vtiq longũ: qr si occurritur facile sanatur. Acutus quidẽ morbus quo vetustior est: longus autem quo recẽtior: eo facili' curatur.

¶Ad ꝓpositū cū dicit hic Aui.ꝙ debilitas virtu
tis significat morbuȝ breuē intelligit̄ de quacūq̄
debilitate:sed potissime de pͥma et secunda .Ge/
tilis ⁊ Marsilius reddētes rōnē huiꝰ passus dn̄t
ꝙ in morbo mortali virtutis debilitas est signum
breuitatis:et virtutis fortitudo signū longitudi/
nis morbi.q꞉ in morbo mortali necesse est virtutē
debileȝ citius succūbere ꝙ̄ v̄tutē forteȝ.sȝ in mor/
bo salubri est ꝯtrariū.nā v̄tus debilis significat
longitudinē morbi salubris et v̄tus fortis signifi
cat breuitatē cū maioreȝ ꝓportionē habeat v̄tus
fortis supra morbū ꝙ̄ debilis.quare citius ad sa
lutē virtus fortis terminabit morbū salubrem ꝙ̄
virtꝰ debilis.et hāc dicūt esse itentionē Ga.vltio
caͦ scd̄i de dr̄ntijs febriū cū dicit ꝙ v̄tus debilis
significat lōgitudinē egritudis.s.salubris.⁊ h̄ mō
auctores istos appenter aduersantes cōcordant.

Ugo senensis.

¶Sed lȝ dicta sua sint v̄a:vt dicit Ugo senensis:
tn̄ nō sunt ad mentē Aui.in pte p̄nti.hic em̄ vt pȝ
in textu loq̄tur de debilitate adueniente merito
morbi.sed hec debilitas adueniens merito mor/
bi absolute significat breuitatē morbi siue sit sa/
lubris siue sit mortalis. Nā si morbꝰ sit salubris
et adueniat velociter debilitas ex morbo oȝ plꝰ
ꝓportionabilr̄ debilitari ꝙ̄ virtutē.et sic de neces
sitate ad salutē terminabit̄ ꝙuis in hoc casu v̄tu
te existente forti citius ad salutē terminaretur .si
vero morbus sit mortalis res clara est:cū maiorē
ꝓportionē habeat morbus supra virtutē debilē
ꝙ̄ supra fortem.ergo gn̄aliter debilitas virtutis
accn̄s ex morbo est signū breuitatis morbi.Sed si
virtꝰ in morbo remaneat fortis ⁊ morbus sit mor
talis de necessitate ꝓlongabit̄. q꞉ lȝ morbus ille
mortalis habeat ꝓportionē maioris inequalita
tis supra virtutē:illa tn̄ parua est q꞉ virtꝰ nō debi
litatur.Si aūt morbus sit salubris velocius aut
citius ad salutem terminabitur s̄m variam ꝓpor
rionem virtutis ad morbum.

Signa longitudinis morbi.

¶Et qn̄q̄ est ex etate et tpe.nam in etate
cal'a et tpe calido festinat status egritudi/
num.et in temporibus frigidis et etatibus
frigidis tardatur status egritudinū.et si/
militer est dispositio regionum.

¶In hac.4ᵃ pte Auic.ponit quartā q̇ntā ⁊ sextā
manerié signorū lōgitudis aut breuitatis in mor
bo dicens ꝙ hoc cognoscitur ex etate ⁊ tpe anni.
Nā in tpe calido et etate calida festinat statꝰ egri
tudinū:⁊ sic egritudo abbreuiabit̄.sed in tpibus ⁊
etatibus frigidis sicut seniū ⁊ hyems tardat̄ sta/
tus.⁊ sic egritudo ꝓlongat̄. Et idē iudiciū est de
regione calida ⁊ frigida.Tu v̄o potes addere cō/
plexionē calidā et frigidā q̄ silr̄ significat sicut iaȝ
dicta cā ē.q꞉ i etate:tpe regiōe ac cōplexiōe frigi
dis multiplicant̄ hūores grossi frigidi ⁊ viscosi q̄
faciūt egritudinē longā.¶Item pori et alij ductꝰ
cōstringunt̄ et virtꝰ debilitat̄.s. expulsiua. sed in
his calidis multiplicant̄ hūores calidi subtiles:
pori et ductus aperiuntur:virtus expulsiua forti/
ficatur:et irritat̄:et cū hoc cōtinua fit hūorū re/
solutio quare egritudines abbreuiātur.

Cōtra virtus est fortior tpe frido ꝙ̄ tpe ca/
lido iuxta affori smū pͥme pticule.vē/
tres vere et hyeme.ergo morbi salubres erunt lō/
giores tpe cal'o ꝙ̄ tpe frigido.¶Ad h̄ dr̄ ꝙ rō ꝓ/
cederet si cetera essent paria.sed est magna dispa
ritas.Nā tp̄s calidū apit poros:ꝓuocat sudores
subtiliat:resoluit:paucificat.q̄re morbi salubres
citius ad salutē terminant̄.hec em̄ plus ꝓmouēt
ꝙ̄ fortitudo virtutis in hyeme.etiā morbi morta
les citius ad mortē terminant̄ tpe calido ꝙ̄ frigi
do. q꞉ adsunt hūores calidi fortius iprimētes.et
cū hoc fit spūum maior resolutio et v̄tutis debili/
tas ꝙ̄ tpe frigido.et hec v̄a sunt s̄m plurimū.naȝ
in morbis calidis inmaterialibus sicut est effime
ra secꝰ esset q꞉ caliditas sua a frigiditate tpis ci/
tius remouet̄. Silr̄ si morbi essent mortales:q꞉ vir
tutē suffocātes ꝓpter materiā multā malā gros/
sam et viscosam citius accideret mors tempore
frigido ꝙ̄ calido.

¶Et ex pulsu.nam si est velox:magnꝰ:fre
quens tunc egritudo est ad acuitatem de/
clinans.et si non:tunc non est acuta.

¶Champeriꝰ Pulsus is vocatur motꝰ vitalisq̄ potentia cuius cor ē principiū ingenitamq̄ sibi vitalem caliditatem omni corporis particule per arterias distribuit sicut iecur ꝑ venas alimētum.proinde estuante corde cōfestim totum corpus cōtra naturaȝ exestuat et frigente friget.

¶In hac pte 5ᵃ.docet ex pulsu significare lōgitu
dinē aut breuitateȝ morbi dicens.ꝙ si pulsus est
magnus velox ⁊ frequens:tūc egritudo est ad acui
tatem declinās.⁊ si nō:tunc egritudo nō est acuta
i.breuis terminatiōis.cā dicti est.q꞉ pulsus ma/
gnus velox et frequēs significat necessitatē euen/
tationis.hec aūt ceteris paribus significant ma
teriā esse calidā et ꝑ ꝯn̄s merito huius egritudi/
nem ab ea pendentē esse citius terminandā ꝙ̄ qn̄
pulsus non est tante magnitudis velocitatis aut
frequentie.cū illa significent febrē pendere ab hu
more frigidiori.Si tn̄ cōtingeret in febribꝰ pul/
sum esse paruū tardū ⁊ rarū:tūc significat s̄m plu
rimū ꝓpinquitatē mortis.hoc em̄ aliqn̄ accidit
in fine febriū acutarū cū ꝓpter extremā calidi re
solutionē cor infrigidet̄.et multotiens accidit in
sincopali tā minuta ꝙ̄ hūorosa que frequenter ad
mortē terminantur. Si vero pulsus esset paruus
valde velox et frequens significat magnā virtutis
oppressionē aut ꝓpter multitudinē materiei: aut
eius maliciā.⁊ tunc si morbus sit mortalis citius
s̄m plurimū ad mortē terminabit̄ ꝙ̄ si pulsus eēt
magnus velox ⁊ frequēs nō significans tantā vir
tutis oppressionē.Si vero morbꝰ sit salubris cre/
do ꝙ citius ad salutē terminabitur habens pul/
sum magnū velocem et frequentē:cum significet
maiorem ꝓportionē supra morbum.

¶Et ex rigore.nam si est prolixi spacij tūc
egritudo est decliuis ad prolixitatem. Et
si est breuis spacij tunc egritudo ad acui/
tatem tendit.et quando nullo modo est ri
gor tunc abbreuiabitur eius extensio.

¶In hac sexta parte docet cognoscere longitu/
dinem aut breuitatem morbi ex rigore dicens tria
primum ꝙ si rigor fuerit prolixus egritudo est
longa.secūdo si vero breuis cito terminatur. ter/
tio dicit ꝙ quando nullus est rigor sicut in febri/
bus continuis abbreuiatur eius scilicet febris ex/
tensio.quia cito terminatur.Causa autem predi/
cti est q꞉ rigor prolixus significat multitudinem.
aut grossitiem materie cui nō facile virtus domi/
netur.breuitas autē eius significat dispositiōes
cōtrarias in materia et virtutem facilius domi/
nantem.Causa auteȝ tertij quando nullus est ri
gor significat febrem esse continuam.q꞉ propriuȝ
est continuarum nō horrere.primo de differentijs
febr.febres autem continue sunt breuiores inter/
polatis .Causa autem quare continue non hor/
rēt est q꞉ nō spargitur extra venas materia supra
membra sensibilia. ¶Contra duo prima dicta
instatur .quia tertiana non pura et flegmatica
habēt minorem rigorē ꝙ̄ tertiana pura.¶Respō
detur qd̄ rigor dupliciter accipitur. vno modo
ꝓpter

ꝓprie pro motu mēbrorū cōcussiuo et taliter non sumit̄ hic.2°.cōiter vt cōuertit̄ cū typo.⁊ sic est q̄d cōmune ad frigus rigorē et horripilationē.⁊ hoc mō acceptus est lōgior in flegmatica et tertiana pura ꝙ impura.¶ Cōtra tertiū dictū arguit̄.qꝛ in febribus cōtinuis accidit aliqñ rigor ⁊ significat eorū velocē terminationē ad salutē vel ad mortez iuxta affor.A causone hito rigor superueniēs soluit si p̄cesserunt signa manifesta cōpleta digōnis Si vero nō significat mortē festinā natura tentāte crisim:et nō potente pficere.Itez iuxta afforismum.Si in febribus nō deficiētib⁹ rigores interciderūt iam debili existe ꝟtute mortale.significat̄ eñi vltimus nature conatus ad materiā expellendā q̄ nō potens expellere sucūbit.¶ Ad hoc d̄r ꝙ h̄ est sermo de typo accn̄te in p̄ncipio exacerbationū et paroxismorū.nō aūt in medio natura tentāte crisim.¶ Utrū aūt in p̄n° exacerbationū febriū cōtinuarū possit accidere typ⁹.tenēdū ē ꝙ sic sicut in p̄n° flegmatice ꝯtinue.dicit Aui.exacerbatiōes ipsius incipere cū frigore rigore et horripilatiōe sed illi typi nō ꝓueniunt merito sparsiōis materie supra mēbra sensibilia:sed ꝓpter multitudinē materie mote ad venas minores calidū naturale suffocantes.¶ Utrū aūt sit possibile febres interpolatas in p̄n° suorū ꝑoxismorū incipe sine typo. Dicit Ugo senensis:et silr̄ Gentilis h̄ nō esse possibile cū materia spargat̄ supra mēbra sensibilia rōnes aūt et experiētie efficaces sunt in ꝯriū.Nā possibile est materiā venientē ad mēbra esse taliter dispositā:sicut est disposita materia in augmēto alicui⁹ ꝑoxismi post rigorē.sed illa nō facit rigorē.ergo nec est ista tꝫ ꝯñia.et assumptū ꝓbat̄.qꝛ possibile est materiā aliquā benignā tarde moueri ad membra sensibilia.et sicut mouetur ita calefieri.et acq̊rere silr̄em dispositionē materie q̄ est in augmēto alicuius ꝑoxismi post rigorē:et tunc nullo mō faciet rigorē.Scđo quotidie videm⁹ in paroxismis iterpolatarū subintrantib⁹ īcipe.2m ꝑoxismū in statu p̄cedētis.et nullo mō seq̊ rigorem.

¶ Et cognoscunt̄ hore egritudinis qñq ex ꝑte horarū paroxismorū.nā si fuerint ꝓcedentes ſm accessionē superfluentē:ita vt vn⁹ antecedat supfluitatē alterius tendēs ad additionē:tunc egritudo erit in augmēto:qm̄ de egritudib⁹ sunt q̄ currūt vsq ad finē horarū suarū ſm augmētū.⁊ sunt quādoq de genere tertiane:et de genere assidue.si aūt steterit antecessio et steterint superfluitates:tunc sine dubio erit egritudo in statu.Et seruans horam vnam est longi spacij et si postponuntur tunc egritudo est in declinatione.

¶ In hac septima parte docet cognoscere tꝑa febriū ex mō paroxismandi.Et dicit quatuor.p̄m ꝙ cognoscunt̄ hore.s.vl̕es ex parte horarū ꝑoxismorū.i.ex parte paroxismorū cū inuadūt.nā si paroxismi fuerint ꝓcedentes ſm antecessionem superfluentez vt antecessio vnius excedat antecessionez alterius tunc egritudo est in augmēto et remouēs dubiū dicit:ꝙ ideo dixit ad significandū augmentū esse necessariū.aliqñ ꝙ anticipatio vnius paroxismi excedat anticipationem alterius.qꝛ sunt alique egritudines que semper procedūt anticipando a p̄n° vsq ad finē.Et đ istis sunt q̄dā tertiane: q̄dam continue.In istis enim per solaz anticipationem nō cognosceretur augmentū:sed requiritur ad cognoscendū ipsum ꝙ anticipatio vni⁹ paroxismi augmenti addat super anticipationē alterius.¶ Dicit scđo ꝙ si steterit antecessio.i.ꝙ paroxismi inuadant eadem hora ⁊ steteriut supfluitates.i.excessus vnius paroxismi supra reliquū tūc egritudo est in statu. ¶ Tertio dicit ꝙ illa febris in qua paroxismi inuadunt eadem hora a principio vsq ad finem est longi spacij et est sn̄ia illius afforismi.quibus exacerbationes aut paroxismi. ¶ Quarto dicit ꝙ qñ postponunt̄ paroxismi tunc egritudo est in declinatione.

Notandum primo pro declaratiōe huius ꝑtis ꝙ alique sunt febres in quibus a principio vsq ad finem paroxismi inuadunt eadē hora:alique sunt febres in quibus paroxismi in aliqua parte sui inuadūt eadez hora.et hoc est cōiter in principio et statu.in aliqua ꝑte postponūt et ē ſm plurimū declinatio.in aliq̄ anticipāt:et est ſm plurimū augmētū.¶ Tertio sunt alique febres in quibus paroxismi anticipant a p̄ncipio vsq ad finē.¶ Quarto alique in q̊bus postponūt a principio vsq ad finem. ¶ Notandū scđo ꝙ cā harum varietatuz sumitur a quatuor.a materia.a membris.ab astrorū influxibus quarto a regimine in sex rebus nō naturalibus. Cause varietatum quatuor.

A materia q̊dem.nā cū est vniformis quantum est merito illius est apta vt paroxismi equaliter inuadāt.maxime aūt hoc fit qñ est vniformiter grossa et viscosa q̄ nō pōt faciliter ab ordine suo remoueri.Itez merito quantitatis.nā quāto est pluris quātitatis est magis apta vt paroxismi anticipēt ecōtra qñ est pauce quātitatis est apta vt paroxismi postponāt.Item ex parte digōnis.nā quanto velocius digerit̄ aut velocius putret est causa anticipationis.q̄to aūt est magis cruda est cā postpositionis cū semꝑ primus paroxismus incipiat a subtiliori:et scđs a minus subtili:⁊ sic dein ceps. Ex parte aūt mēbrorū mittentiuz .nā quādo sunt fortia aut magis fortificātur:aut absolute aut in cōparatione ad materiā merito huius paroxismi anticipāt.quādo aūt magis debilitant̄ magis postponunt. Similiter ex parte acuitatis sensus eorū.Nā q̄to sensus eorū est acutior et intendat̄ eius acuitas forte ꝓpter hūidi resolutionē q̄ sensum faciebat obtusum tunc paroxismi anticipāt qꝛ irritat̄ virtus semꝑ magis ad expellēdum materiā.Ex parte aūt membrorū recipientiū fortitudo eorū est cā postpositionis paroxismi et debilitas anticipatiōis.Sꝫ ex ꝑte astrorū et ꝓprie lune nobis inter ceteros planetas ꝓpinque et hn̄tis dñiuz suꝑ hūiditatē nr̄i corꝑis qñ mouet̄ veloci⁹ sicut in auge sui epicicli paroxismi anticipāt.sed qñ tardus sicut in opposito augis ꝑoxismi postponūt.Ex ꝑte aūt regiminis.nā regimen in sex rebus nō naturalibus calefaciēs faciet ꝑoxismos anticipare.et ecōtra infrigidās faciet ꝑoxismos postponi.¶ Ad ꝓposituz cā ꝙ paroxismi inuadāt eadē hora est viscositas materie:et grossities et⁹ vniformis cū ꝑua ꝓportione ꝟtutis ad ipam. Et sic ista eq̄lis inuasio significādo materiā grossam et viscosam significat morbi longitudinem. ¶ Si autem queratur quis morbus sit longior an inuadens eadem hora: aut nullum seruans ordinem in inuasione. Respondetur ꝙ si hec inordinatio prouenit ex debilitate virtutis secūdum plurimum breuior erit.quia citius ad mortem terminabitur. Si autem hec inordinatio proueniat ex multa difformitate materie ⁊ sit salubris sic cete-

ris paribus erit longior cū sit difficilius virtuti dn̄ari materie tante diuersitatis ꝙ̄ materie vniformiter grosse. et eo magis quia medici male possunt exhibere digestiua quia si digerunt materiam subtilem ingrossando nocebunt materie grosse. Si vero digerūt materiam grossaȝ subtiliando nocebūt subtili. Causa aūt secūdi quare in aliquibus febribus ſm principium et statum paroxismi inuadāt eadē hora est. qꝛ in p̄ncipio materia sē cruda. nec ꝓcedit manifesta alteratio ipsi⁹ a calore naturali nec a calore putredinali: et sic est fere equalis pugna inter virtuteȝ et materiam. et hinc est ꝙ materia paroxismat equaliter vel quasi In statu etiā nō velocitatur digestio nec putrefactio cū sit fere cōplementum digestionis aut putrefactionis in ipso. quare natura paroxismando equaliter mouet̄ cōtra ipsam. Sed in augmento qꝛ velocitatur digestio et sil̄r putrefactio est apta materia cōtinue et velocius moueri. et sic paroxismi anticipabūt. ¶ Itē qꝛ maior quātitas cōtinue mouetur vsqꝫ ad statū: sed maior quātitas est causa anticipationis. In declinatiōe aūt fit postpositio. qꝛ paucificata est materia. et virtus nō multum a materia irritatur. Causa aūt ꝙ paroxismi in aliqua egritudine semꝑ anticipent est. qꝛ materia aut cōtinue subtiliatur. aut qꝛ membrorūȝ sensus continue fit acutior. Causa aūt quare postponūt semper est difformitas materie. vnde prim⁹ paroxismus incipit a materia magis subtili. secūdus a minus subtili. et sic deinceps. quare postponūt. cū materia grossa tardius moueat̄. ¶ Scd̄a causa pōt eē obtusio sensus mēbrorū que crescat a p̄ncipio vsqꝫ ad finem. ¶ Relique etiā due cause sumpte a regimine sex rerū nō naturaliū et ab astris potissime possunt esse cause tantarū varietatum. ergo verificando primū dictū Aui. in his morbis quorū paroxismi semꝑ anticipāt pura anticipatio nō est signū augmēti: sed anticipatio suꝑflua. nā in principio et statu lȝ sint anticipationes: nō tn̄ sunt superfluentes. In declinatione autem lȝ fiant anticipationes ille cōtinue remittūtur. Similiter in morbis quorū paroxismi semꝑ postponunt postpositio sola nō signū declinatiōis: sed postpositio superfluēs. In principio ⁊ statu erit sola postpositio absqꝫ superfluitate. In augmento aūt lȝ fiāt postpositiōes ille erūt ꝯtinue minores

Et similiter cognoscitur dispositio horarū ex augmento accidentiū febriū et statione eorum et declinatione ipsorum.

¶ In hac octaua parte ex accidentibus et morbi essentia docet cognoscere tēpora vniuersalia. nā cū accidētia incipiūt nec apparent in ipsa manifeste intendi est principiū vniuersale. cū aūt manifeste augmentādo ꝓcedūt est augmentū: cū auteȝ stāt in sui vltimitate vel circa tūc est status. cū aūt manifeste declinant est declinatio. ¶ Nota p̄mo ꝙ si distinguamus tēpora morbi penes accidētia res clara est. si aūt simul penes accn̄tia et materie alterationē vt sit p̄ncipiū qn̄ est materia cruda et accidentia incipiūt. augmentū qn̄ ꝓcedit manifesta digestio vel putrefactio manifesta et accidentia augmentant̄. Status qn̄ accn̄tia vltimātur et materia sil̄r hȝ cōpletā digestionē aut putredinē: tūc dicta Aui. clara sunt. Sed si distinguant̄ tꝑa penes alterationē materie: tunc dicta sua nō sunt vl̄r vera. in morbis em̄ non seruantibus materiaȝ vsqꝫ ad statū: sicut in pleuresi: et multis alijs febribus in q̄bus materia expellit̄ ꝑ magna parte in principio et in augmēto et in statu quo ad digōnem remanet pauca. pricipiū quo ad digōnē aliqn̄ icludit p̄ncipiū, augmētū et statū quo ad accn̄tia et status quo ad digestionē icludit declinationē accidentiū vt in pleuresi et multis febribus. sȝ in morbis reseruantibus materiā totā aut quasi totā vsqꝫ ad statū dicta sua continent veritatem. ¶ Notandū scd̄o ꝙ ista accidētia de q̄bus hic loquitur sunt sicut dolores capitis sitis vigilie ⁊c. ¶ Notandū tertio ꝙ cū dr̄ ꝙ in statu accidētia vltimant̄ dȝ intelligi cōparādo partes ꝓportionales paroxismorū inter se. Nulli em̄ est dubiū ꝙ in declinatiōe paroxismi stat⁹ sunt accn̄tia remissiora ꝙ̄ in statu paroxismi augumēti aut declinatiōis.

¶ Et ex additione paroxismorum eius in lōgitudine ⁊ breuitate ipsorū et fortasse diuersificātur et nō assimilantur.

¶ In hac parte docet cognoscere tꝑa ex ꝑte eēntie morbi. Nā cū paroxismi sunt breues et parū intensi est p̄ncipiū. cū manifeste intendūtur et ꝓlongātur est augmētū. Cū aūt fere stāt in vltiata sui intentione et longitudine est status. cū v̄o minuūtur est declinatio. ¶ Subdit tn̄ Aui. ꝙ aliqn̄ paroxismi diuersificant̄ et nō assimilant̄: qꝛ in statu poterit esse vnus paroxismus breuis valde in cōpatione ad paroxismos augmēti. Et sil̄r aliquis breuis in augmento in compatione ad paroxismos p̄ncipij aut declinationis: qd̄ totū ꝓuenit ꝑpter etherogeneitatē materie: et regimen nō cōueniēs: ⁊ silia Auicenna.

¶ Et qn̄qꝫ cognoscuntur ex dispōne euacuationū. nā cū accidit in paroxismo aliquo sudor aut vētris fluxus: et paroxismus scd̄s qui est post ipsuȝ est in similitudīe vehemētie p̄mi: et fortitudine eius: aut supra ip̄m tūc eūatio ei⁹ ē ꝑꝑ multitudinē: nō ꝑpter fortitudinem: et egritudo iudicat̄ longa.

¶ In parte p̄nti docet cognoscere longitudinē et breuitatē morbi. et ꝯn̄r longinquitatē aut ꝓpinquitatē status ex signis post apparentib⁹. hȝ hec ꝑs duas ꝑtes. In p̄ma docet hoc cognoscere ex eūatione. In scd̄a ex digōne. scd̄a ibi. (Et qn̄qꝫ cognoscunt̄). In prima parte dicit ꝙ longitudo et breuitas morbi ex euacuatiōe cognoscunt̄. nā qn̄ in paroxismo vno accidit sudor aut fluxus vētris et vos supplete vomitū fluxū sanguis nariū: et ceteras hmōi eūatiōes: cū q̄b⁹ v̄isil̄r educit̄ aliq̇d de materia factura morbū si sequēs paroxismus fuerit in vehementia primi: quo ad accidentia. et in fortitudine quo ad intensionē et longitudinē ipsi⁹ aut excesserit precedenteȝ debem⁹ iudicare ꝙ eūatio illa est ꝑpter multitudineȝ materie: nō ꝑpter dn̄ium magnū virtutis supra materiā totā. quapropter egritudo illa iudicāda est lōgior. Si aūt fuerit ecōtra ꝙ paroxismus sequens breuis fuerit iudicandum est egritudinē esse breuem. ¶ Circa quam partem notandū ꝙ si materia fuerit valde multa aut maligna natura multum irritata vehementi conatu materie ad ipsius expulsionem non digeste expellit aliquam partem ipsius simul cuȝ iuuatiuo. Isti sunt motus sinthomatici. i. ruinosi: et cū nō habeat dominiū supra totam materiam partem solam expellit. reliqua auteȝ materia agitata forte faciet paroxismum sequentem maioreȝ precedente: qui tamen forte erit minor ꝙ̄ si precedens materia non fuisset euacuata. Cum auteȝ materia est digesta aut propinqua vijs ductuum natura expellit multam quantitatem non agitando residuum

tando residuū taliter φ ꝟm plurimū sequēs ꝑoxis
mus est minor p̄cedente. et si nō sequēs saltē ter-
tius minor erit. ¶ In p̄mo aūt casu arguimus lon
gitudinem egritudinis si morbus sit salubris. si
vero mortalis arguimus breuitatē materia mul-
ta cito oppressura virtutem. sed in scđo casu ar-
guimus breuitatē morbi et salubritatē. ¶ Notā
dum scđo φ lȝ hec dicta sint vera ꝟm plurimum:
tamē quādoqȝ contigit error. nā materia existen-
te etherogenea forte sequens paroxismus pen-
dens a materia subtili erit breuis nōdū mota ma
teria grossa ⁊ multa ad putredinē que postea erit
causa longitudinis morbi: et forte mortis. Simi-
liter possibile est econtra materia existente beni-
gne et subtilis aut mediocris substātie ꝑoxismuȝ
sequenteȝ esse valde longū: qꝛ forte tota causa an̄
cedens transibit in cōiunctā facturam scđm paro
xismū. et sic egritudo in scđo paroxismo erit termi
nata sicut multotiēs vidi. Propterea do tibi sanū
consilium vt in his casibus expectes saltem duos
paroxismos anteq̄ꝫ de longitudine aut breuitate
morbi prenosticeris.

¶ Et qn̄qȝ cognoscūtur ex ꝑte digestio-
nis et cōtrarij digestionis ꝟm φ diximus.
verbi gratia qn̄ apparet sputū cū digestio
ne aliqua: aut vrina in qua ē nubes aliqua
tunc est principiū augmēti. deinde quādo
multiplicatur illud ⁊ apparet. aut cōtrariū
eius: tūc ē status. Et iterū quādo apparet
digestio aut cōtrariū eius velociter ex spu
to aut nube: tunc scias φ status est ꝓpin-
quus. et si tardatur: tunc scias φ status est
longinquus.

¶ Docet cognoscere tēpora morbi qn̄ sunt et lon
gitudinem et propinquitatem status ex parte di
gestionis et dispositionis contrarie digestioni.
Dicit eñ φ qn̄ apparet sputum cū digestione ali
qua aut vrina in qua est nubes aliqua: tūc est p̄n-
cipium augmenti. Deinde qn̄ multiplicatur illđ
scȝ digestio: aut dispositio digestioni ꝯtraria est
status. in principio eñ nō apparet aliqđ princi-
pium digestionis nec dispositionis cōtrarie di-
gestioni manifestū. ¶ Declinatio aūt in salubrib⁹
cognoscitur per materie euacuationem mortales
eñ nō habent veram declinationē. Deinde noti-
ficans propinquitatem aut longitudinē status di
cit φ quando apparet digestio aut cōtrariū eius
velociter ab initio egritudinis in sputo aut nu-
be: tunc status est propinquus. et si tardatur tunc
est longinquus. hi canones ꝟm plurimū sunt veri
lȝ nō semꝑ. nā materia existente difformi poterit
ex materia subtili cito apparere vestigiū digestio
nis. materia tamē grossa erit causa prolongatio-
nis egritudinis. Similiter quādo apparet in vri
na nubes que nō erit decisa a materia morbi: sed
ab humoribus sanis qui preerant tꝑe sanitatis.

¶ Chāpersus Principiū ac-
cessiōis febris vt plurimū est
correptio oīm extremaꝝ ꝑtiū
p̄cipue nasi qn̄qȝ tot⁹ corpo-
ris frigiditas

¶ Cognitio aūt horarū particulariū. nā
hora p̄ncipij ꝑoxismi ē hora in qua coarta
tur pulsus et tu iam sciuisti intentionē ei⁹
et plūbeus fit color extremitatū et infrigi
dantur extrema et ꝓprie extremitas au-
ris et nasi vsqȝ ad horam in qua sentitur
sparsio caliditatis.

¶ In hac parte docet cognoscere tpa particula-
ria. et tria facit. primo describit tpa ipsa. in scđa
ibi. (Et si tibi videt̃) declarat ipsa per exēpliū. in
tertia ibi. (Et scias qđ egritudo) ponit causas
longitudinis feb. p̄a pars diuit̃ in quatuor ꝟm φ
quatuor sunt tpa. scđa ibi. (Et hora augmenti)
tertia ibi. (Et hora status) quarta ibi. (Et hora
declinationis). Prima iterū in tres. nā primo de-
scribit p̄ncipiū ꝑticulare. scđo ponit accidētia fre
quenter in eo cōtingentia. tertio ōndit ꝟtutē ma-
gis debilitari in principio et statu q̄ꝫ in augmen-
to et declinatione. scđa ibi. (Et qn̄qȝ associātur)
tertia ibi. (Et vehementius quidē debilitantur.)
¶ In prima parte describēs primū dicit quatuor
Primū φ principiū est hora in qua pulsus coar-
tatur. et tu iam sciuisti. s. scđa primi ⁊ scies infert⁹
in ca. de signis febriū putridarū intentionē istius
scȝ quid sit pulsus coartatio. Scđo dicit φ in prin
cipijs paroxismorū calor extremitatū fit plūbe⁹
tertio φ infrigidant̃ extrema et ꝓprie extremitas
auris et nasi. quarto dicit φ primū durat vsqȝ ad
horā in qua sentit̃ sparsio caloris. s. inclusiue ⁊ nō
exclusiue. ¶ Circa primū notandū φ pulsus coar-
tatio est paruitas pulsus cū diuersitate pendens
a cā tegente et suffocante calorē. fit eñ hui⁹ pul-
sus coartatio in p̄ncipijs ꝑoxismorū ꝓpter mate
riam que expargit̃ de venis magnis ad minores
in exacerbationibus aut de venis ad extra venas
in paroxismis: qđ ꝟm plurimū est in ambitu to-
tius corporis q̄ꝫtū ad ꝑtes extremas. hec aūt ma
teria taliter exꝑsa suffocando calorē mēbrorū ad
que spargit̃. et ēt mittēdo vapores grossos ad cor
est cā φ spūs et sanguis subtilior ad cor retrahat̃
ꝓpter cuius retractionē cū suffocatione materie
iā dicta opȝ pulsum fieri ꝑuum ⁊ diuersuȝ: ꝓpter
virtutis debilitatē ꝯsequētē caloris suffocationē
¶ Circa scđm dictū notandū φ color fit plūbeus
permixtus ex albo ⁊ nigro. Nā ꝓpter p̄sentiā san
guinis nigri grossioris sine relucentia ꝓpter de-
fectū spirituū cū albedie cutis resultat color plū
beus. ¶ Cōtra tertiū arguit̃. nā si in statu paroxis
mi precedētis occurrat p̄ncipiū sequētis paroxis
mi extrema nō infrigidabunt̃. qꝛ calor feb. prece-
dentis magis suffert extrema calefacere q̄ꝫ suffi-
ciat p̄ncipiū febris infrigidare. ¶ Ad hoc đr argu
mentum cōcludere. sed posita in hac descriptione
dȝ intelligi deducto impedimēto: sicut đr in cap.
de lyparia. Infrigidātur aūt extremitates auris
et nasi magis: qꝛ ille ꝑtes sunt magis exangues
spiritib⁹ magis priuate q̄ꝫ cetere extreme. ¶ Vlti-
mo nota φ p̄ncipiū durat quousqȝ extrema īfrigi
data īcipiūt tepere. nam tūc est p̄n[m] augumenti.

ē qn̄ exigua tus
sicula irritet se
frigiditati im-
miscēs: oscita
tio: ⁊ pruritus
vel nausea: vl̄
lassitudo defi-
ciente aīa: ca-
pitis dolor vel
alterius ꝑtis.
In somnum
sepe delapsus
pulsus p̄terea
paru⁹ ⁊ corre-
ptus: tarde re
scindēs: ⁊ q̇ co
mitari ꝯsueue
runt egritudi-
nes casuū pre
sentium irrita
tio.

¶ Et qn̄qȝ associant̃ pricipio alteratio co
loris ⁊ pigricia: ⁊ angustia: ⁊ tarditas mo-
tuū: ⁊ ꝓfunditas somni: ⁊ mollificatio pal-
pebraꝝ: ⁊ horripilatio īter spatulas: ⁊ gra-
uitas sermōis: ⁊ fortasse accidit in eo rigor
fortis: ⁊ qn̄qȝ accidit cursus saliue ⁊ saltus
temporuȝ ⁊ tinnitus auriū ⁊ sternutatio: et
cōmotio membroꝝ corporis.

Accidentia fe-
brium in prin-
cipio.

¶ Narrat. iȝ. accidentia frequenter in p̄ncipio pa
roxismorum cōtingentia. Primū alteratio calo-
ris: quare fit color plumbeus de quo supra: sicut
cū in sincopalibus apparet facies sicut mortui fe
re omnibus spiritibus ⁊ sanguine ad cor redeūti
bus. ¶ Secūdum est pigricia: scȝ ad mot⁹ incho**ā**

dos: cū ꝓpter vapores exparsos per corpus musculi mouētes membra sint debilitati: et etiam qr inclinatur ad somnū. ¶ Tertiū est angustia cōsurgens merito nocumenti oris stomachi ꝓpter humores motos ad ipsum in principio paroxismorum. ¶ Quartū est tarditas motuū. s. ad ipsos cōtinuandos. ¶ Quintum est ꝓfunditas somni propter multos vapores: ⁊ ꝓprie frigidos aut humidos petentes cerebrū anterius: ⁊ ꝓprie rete mirabile: lʒ in causone ⁊ febribus colericis posset accidere subhet ꝓpter vapores sua mľtitudine opilantes. ad hoc forte adiuuat eleuatio vaporum a sanguine ⁊ flegmate: lʒ nō putreat. ¶ Sextum est mollificatio palpebrarum a vaporibus multis ad ipsarum musculos eleuatis. ¶ Septimum est grauitas sermonis. tum ꝓpter somnū. tum propter vapores ad musculos epiglotis eleuatos. ¶ Octauum est horripilatio inter spatulas ⁊ in dorso: et fortasse accidit rigor fortis: quorum cā inferius ponetur in capľo proprio fiunt aūt maxime in dorso et inter spatulas: qr ille partes sunt multū sensitiue propter neruos per illas partes disseminatos: ⁊ quia sub loco illo transit vena chilis: ⁊ arteria adorti in quibus multe materie occulte continentur: que facile p̄nt ꝓpter ꝓpinquitateʒ illis ꝑtibus cōicari. ¶ Nonū est ꝙ qñqꝫ accidit cursus saliue ꝓpter liquefactionē hūiditatū a capite et qñqꝫ ꝓpter multos vapores a stomacho ad ꝑtes oris eleuatos. ¶ Decimū est saltus timporum: idest tectigatio accidens in musculis illis qui sunt in timporibus ꝓpter ventositatem materie illis ꝑtibus cōicate. Et fortasse materia mordicans illis musculis cōicatur: que propter nocumentum sensatum ꝓpter nimiam eorum sensibilitatem cōmouētur ad illā excutiendā: que sibi nocet: et propterea fit motus ille. ¶ Undecimū est tinnitus ille auriū vaporibus ad miringā auditus: et ad neruū auditiuū delatis. ¶ Duodecimuʒ est sternutatio vaporibus aut humoribus acutis superioribus ꝑtib⁹ nasi cōicatis. ¶ Decimūtertiū est cōmotio mēbrorum corporis: scʒ in allicibus ꝓpter multos vapores membris sensibilibus cōmunicatos.

Et vehementius quidem debilitatur virtus propter debilitatem que est in principio aut statu.

¶ In hac parte dicit virtutem magis debilitari in principio et in statu: q̄ꝫ in augmento aut declinatione. in principio quidē debilitatur ꝓpter calidi innati suffocationē. vnde fit multorum spūuʒ corruptio. hec aūt suffocatio nō est i augmēto aut declinatione. similiter in statu ꝓpter caliditateʒ intēsam fit maior resolutio spūum q̄ꝫ in augmento in quo: caliditas non est tanta quanta in declinatione. in qua iam calor putredinalis exhalat materia pro magna parte resoluta: ⁊ materia est a corde magis longinqua. hec autem intelligūtur aliorum paritate supposita. nam possibile est virtutē ꝓpter nocumētū ꝑncipij augmēti. ⁊ stat⁹ esse tantū debilitatā: vt in declinatiōe ꝓportionabiliter possit min⁹ resistere q̄ꝫ in ꝑncipio vel statu.

Et hore augmenti medietas prima est hora in qua pulsus incipit apparere ⁊ magnificari ⁊ velox fieri. ⁊ spargitur calor in toto corpore ꝫm equalitatē: ⁊ medietas eius altera est hora in qua non cessat hec caliditas sparsa cū equalitate augmenti.

¶ In hac parte describit augmentū diuidens ipsum in duas medietates dicens ꝙ prima medietas augmenti est hora in qua pulsus qui primo erat suffocatus incipit apparere et magnificari et velox fieri: ⁊ spargitur calor in toto corpore ꝫm equalitatem. Sed scđa medietas est hora in qua hec caliditas sparsa cū equalitate ꝓcedit augendo. ¶ Circa quā partē notandū ꝙ Galen⁹ in libro de tꝑibus particularibus posuit quinqꝫ tempora ꝑticularia. s. principium: anomaliā: augmētum: statum: et declinationeʒ: quē Auicēna sequēs diuisit augmentū in duas medietates: quarū prima a Galeno đr anomalia. i. sine norma. nō eīm calor est eque ꝓportionabiliter sparsus in toto corpore: immo partes extreme valde parum calēt in comparatione ad calorem sibi debitum partibus centralibus magis calentibus debito. ⁊ hoc in principio ipsius: sed in fine huius prime medietatis est calor sparsus per omnia membra equaliter. i. ꝓportionabiliter. Scđa autē medietas que a Galeno vocatur augmentū est hora in qua nō cessat hec caliditas sparsa cū equalitate augmenti seruata debita ꝓportione ad calorem sibi debitum. Non dico tamē ꝙ in oībus mēbris semꝑ seruet̃ hec ꝓportio: sʒ mľto magis seruat̃ q̄ꝫ in ꝑncipio prime medietatis. Aliter possumus intelligere caliditatem cum equalitate augmentū in omnibus membris. i. ꝙ omnia membra in caliditate intenduntur in secūda medietate et in fine prime medietatis oīa sunt calida et debent dici calida sed in principio prime medietatis nō. Uñ hoc mō exponēdo equaľr idē significat qđ vniuersaliter.

Et hora status est hora in qua remāet caliditas sparsa cum equalitate ⁊ accidentia cum dispositione sua ⁊ pulsus fit maior q̄ꝫ vnq̄ꝫ ⁊ fit vehementius velox ⁊ freq̄ns.

¶ Describit statum particularem dicens ꝙ stat⁹ est hora in qua caliditas est facta intensior q̄ꝫ vnq̄ꝫ ⁊ remanet cum intensione illa ita vt non appareat ipsam notabiliter intendi aut remitti. ⁊ pulsus est maior q̄ꝫ vnq̄ꝫ fuerit in tali paroxismo. s. si virtus constet ⁊ est velocior ⁊ frequētior q̄ꝫ in alijs temporibus propter maiorem esse necessitateʒ in illa hora q̄ꝫ in alijs. Si tñ virtus multum debilitaret̃ nō esset incōueniens ipsuʒ esse minorem ⁊ tardiorem lʒ esset frequētior. Et credendū ꝙ aliquādo ex forti oppressione virtutis in principio: non potentis magnificare pulsum: immo nec forte velocitare fiat pulsus frequētior in principio q̄ꝫ in statu. Similiter aliqñ in declinatiōe mortali fit pulsus formicans valde frequentior q̄ꝫ fuerit pulsus in statu eiusdeʒ paroxismi: sed intelligitur sic debere esse sicut textus dicit merito necessitatis q̄ est maior in statu q̄ꝫ in reliquis temporibus.

Et hora declinationis est hora in qua incipit diminutio: et incipit pulsus temperari et equatur deinde illa in qua incipit corpus sudare ⁊ producit corpus ad eradicationem.

¶ In hac parte đscribit primo declinationē. scđo ostendit q̄ꝫdam cōtingentiā ad monendū medicos ne sint faciles ad ꝓnosticandum. secunda ibi. (Et multotiēs). Dicit quoqꝫ ꝙ declinatio est hora in qua incipit diminutio accidentiū et incipit pulsus tꝑari. i. redire versus tēperamentū in suis differētijs. et equatur illa. s. caliditas febrilis. qr ducitur

Decliatio q̄d sit.

ducit versus equalitatē egro cōnaturalē. Deinde incipit corp⁹ sudare: ⁊ ꝑducit ad febris eradicationē nisi alter subintraret paroxism⁹. Hoꝝ aūt cā est qꝛ materia paroxismalis est multū ꝑ pacificata et subtiliata ⁊ fumi resoluti ⁊ a fōte caloris elōgati. ¶ De sudore aūt nota ꝙ duplex est ꝗdam materie paroxismalis: ⁊ hic ſꝫ accidere ſm plurimū accidit in declinatiōe. Verū aliqñ materia existēte difformi accidit in augmēto ⁊ statu: ⁊ est signū longitudinis nō solū paroxismi: sed etiā toti⁹ egritudinis: et hic est afforismus quarte particule. ¶ Si sudor inciderit nō deficiēte febre. Alter est sudor materie que est sub forma cause āntis cretice expulse: ⁊ hic ſm plurimū incboat in statu vlꝭ: ꝗ est hora pugne: et etiā ſm plurimū incipit in statu particulari. Et cōsimiliter tam in declinatione vniuersali ꝙ̄ particulari: licꝫ frequenter in pluribus declinationibus particularibus cōpleatur.

¶ Chāpegius. In deficiētib⁹ aūt vigoribus paroxismorum moriūtur soluta ipsis vitali firmitudīe Obscurior nāqꝫ ꝓcidēs ſꝑ in ꝑniciosis deficientibus vigorib⁹ paroxismi fit pulsus. defluit nāqꝫ cū alijs in corꝑe: tū etiaꝫ febrilis calor. Hinc videt̄ vulgaribus: ⁊ īperitis: tū melius habere cū exurgit: ⁊ vēter ducit̄: vel alio modo mouet̄: aīa deficiēs. Aliq aliquātulū tuꝫ sudorē glutinosum educentes vita decesser̄t.

¶ Et multotiēs ꝗdē accidit apud mortem dispō que est sicut declinatio: et est ꝗ̄si eger euaserit: et nō opꝫ vt tu occuperis in hoc: immo cognoscas dispōnē pulsus: et an magnificetur et fortis fiat.

¶ In hac parte ponit ꝯtingentiā qua medici eruditur vt nō sint faciles ad ꝓnosticandū dicēs: qꝺ multotiēs accidit apud mortē dispō que est sicut decliatio: ⁊ est quasi eger iam euaserit. ¶ Scd̄o dicit ꝙ ad certificandū te ne error ꝯtingat nō debes solūmodo occupari. i. ꝯsidere in illa apparēti declinatiōe: imo cognoscere dispōnē pulsus an magnificet̄ ⁊ acquirat dispōnes ꝯueniētes an finiat tendēs versus formicularē aut formicantē.

Notandū ꝙ hec dispō similis declinationi pōt esse in trib⁹. In caliditate ad tactū sensata: qꝛ vbi erat valde calidus propter defectuꝫ caloris innati intendit ad frigiditatē: ⁊ cū nō sit trāsitus de extremo ad extremū nisi ꝑ mediū: aliqñ veniet ad tepiditatē siue qꝺdā tēperamentū graduale ꝓportionatū sanitati. ¶ Scd̄o pōt esse in opationib⁹: qꝛ forte natura agēs ſm vltimū conatū ꝑficiet aliquas opationes: ꝗs antea nō ꝑfecerat sicut cū homo ꝓpinquus morti se erigit: et loquit̄ cuꝫ antea hoc nō fecerit. ¶ Tertio est apparēs decliatio: qꝛ apparet remissio accidētiuꝫ qꝛ virtus defecta nō audet aggredi ꝯtra materiā ꝗre materia nō agitata apparēt accidētia remitti: et hec multotiēs apparēt in pestilētialibus. ergo in huiusmodi casibus nō ꝯfidas nisi pulsuꝫ cōsideres an fortificet̄: ⁊ tunc audacter pronosticare salutem: vel mortem ipso deficiente.

¶ Et si tibi vr̄ ponā tibi exemplū de tertiana. attēde ergo ꝙ cū tertiana in plurib⁹ dispōnibus incipit horripilatio: deinde frigus et rigor. postea sedat̄ rigor et minorat̄ frigus: et incipit calefactio. postea equatur calefactio: deinde additur: postea stat: deinde incipit minui vsqꝫquo eradicetur.

¶ In hac parte docꝫ Auicē. exēplo cognoscere hec quatuor tꝑa particularia. Nā in principio tertiane ſꝫ plurimū incipit horripilatio ꝗ fit ex remissioribus causis ꝙ̄ frigus ⁊ rigor: vt infra in ca. ꝓprio post horripilationē sequit̄ frig⁹ ⁊ rigor: cū est augmentū pricipij. postea sedat̄ rigor: ⁊ minorat̄ frigus: ita vt in extremis fiat ꝗdā tepiditas: ⁊ ē finis principij. ⁊ postea augmēto incipiēte incipit calefactio: ita vt sentiātur aliqua mēbra notabilit̄ calefieri. Postea in scd̄a parte ꝑme medietatis augmēti equat̄ calefactio. i. ꝙ oīa mēbra efficiunt̄ manifeste calida. nō tamē ꝙ caliditas sit eq̄lis in oībus. Deinde in scd̄a medietate augmēti addit̄ calefactio in oībus mēbris: ita vt in ipsis manifeste caliditas intendēdo ꝓcedat: ⁊ est finis augmenti: postea caliditas in statu in vltimata sui intēsione stat vt nō videat̄ manifeste addi aut minui. Vltio in declinatiōe icipit minui manifeste vsqꝫquo eradicetur. Et scias in hac vltima parte hui⁹ capl'i ponit causas ꝓlongatiōis feb. quaruꝫ sufficiētia ita sumēda est: qꝛ cā ꝓlōgatiōis febris aut sumitur a causis incorporeis: aut a causis corpeis. Si primū habētur tres cause scꝫ regio frigida: tꝑs anni frigidum: ⁊ reliquū regimē sex rerū nō naturaliū multiplicatiuū materie inepte digestiōi: aut euacuatiōi aut opilationē faciētes. Si vo cāe sunt corporee: aut sumit̄ a materia: aut a mēbris: si a materia sic mꝭta grossa: aut viscosa: aut frigida: aut difformis in partibus suis est cā ꝓlōgatiōis. Si vo a membris aut a cōplexiōe eoꝝ: aut a cōpositiōe: si a cōplexione tunc cōplexio frigida merito ꝓportiōis elemētoꝝ: sicut flegmatica: melācolica: frigida tñ et suꝑflue humida sensum obtūdēdo: ⁊ similes essent cause ꝓlōgatiōis: ⁊ silr̄ frigida ex decursu etatiuo sicut seniū. Si vo a cōpositiōe: tunc soliditas corporis. i. meatuū ⁊ poroꝝ strictura ꝓhibēdo materie euacuationē est cā ꝓlōgatiōis: sunt etiā multe alie cause ꝑter naturā: de quib⁹ hic nō egit Auicenna: sicut duricies viscerū: debilitas ṽtutis ⁊ similes: sꝫ tm̄ egit de naturalib⁹ aut nō naturalib⁹. Et tu ex causis cōtrarijs collige morbi abbreuiationem. Et he cause prolongationis intelligūtur in putri. non in effi. aut ethicis.

Dubium difficile discussione dignum est. vtrum feb. putrida salubris pendens a materia non reducibili ad benignum sit maior morbus in statu ꝙ̄ in augmento: ⁊ maior in augmēto ꝙ̄ in ꝑncipio loquēdo de his tꝑib⁹ distinctis penes alterationē materie: nō aūt penes accidentia nec morbi essentiā. ¶ Fit aūt in dubio mētio de febre putrida: qꝛ de effimera ⁊ ethica nō est dubiū: qꝛ cū sint morbi immateriales nō hn̄t tꝑa distīcta nisi penes morbi essentiā ⁊ accn̄tia. Et certū est ꝙ sunt maiores morbi in statu ꝙ̄ in augmento: ⁊ in augmēto ꝙ̄ in ꝑncipio. Silr̄ loq̄tur ī dubio de materia nō reducibili ad benignū: qꝛ certuꝫ est ꝙ morbus ꝑpēdens a materia reducibili ad benignū est minor in statu quo ad digōnē ꝙ̄ in alijs tēporib⁹: imo cū est sūme digesta ampli⁹ nō est morbus. ¶ In hoc dubio omissis argumētis ad ꝑtes: qꝛ de his aget̄ inferi⁹. primo ponā quedā notāda. scd̄o ponā opinionē plusꝙ̄ Cōmentatoris. tertio opinionē gentilis. ¶ Notandū prio ꝙ febris putrida hꝫ duplicē causam: antecedētē: ⁊ ꝯiūctā. Est aūt causa coniūcta febris putride cā corporea immediate febris ꝓductiua. hec aūt est humor putridus et vapor inde cōsurgens et non solus vapor vt opinatus est Cōciliator differētia cētesima ꝗnquagesima nona. quoniā humor putridus cordi cōtiguus: sicut sanguis putrescēs in dextro vētriculo cordis ꝓducit īmediate caliditatē putredinalem in corde ⁊ nō solū vapor eius: sed de humore a corde distante qui solus absqꝫ vapore ab ipso eleuato nō possit calefacere cor est magis dubiū. Sꝫ certe tenendū est ꝙ si vapor ab ipso cōsurgēs sit eiusdem speciei cum ipso humore a quo eleuat̄ ꝙ ipse humor est causa ꝯiūcta febris: sicut si ignis sit applicat⁹ alicui cōbustibili tam medietas ignis ꝓ

ꝓpinqua cōbustibili ꝙ̄ remota est causa īmediata calefactiōis cōbustibilis. Silr̄ in ꝓposito tam humor putrens ꝙ̄ vapor inde ꝯsurgēs cordi cōtiguꝰ est īmediata cā febris. Sed ponēdo vaporē specie distinctū ab eo a quo eleuat̄ magis est dubium.

¶ Sed tenendū est adhuc ꝙ humor est cā coniūcta febri: sicut sol calefaciēs hoiem ꝑ radios suos est immediata cā caloris illius: qꝛ causat illū: ⁊ nulla est cā īmediata q̄ sit ꝑncipalis: sed solū instr̄alis sicut si q̇s deberet nauē mediāte fune trahere: aut ꝑcutiēs aliquē cū baculo dicimꝰ ip̄m eē cām īmediatā: qꝛ nō mediat nisi cā instr̄alis. Est eñ vapor putridus: sicut instr̄m hūoris putridi. Cā ꝟo añs est cā corꝑea mediata causans febrē mediāte cā ꝯiuncta: ⁊ solū de ꝑ accidēs. sicut. x. ʒ. cholere exn̄tes in venis sunt cause febris: qꝛ stimulādo naturā sunt cause vt natura irritata expellat aliquā partē extra venas ad poros ⁊ cutē: q̄ expulsa ꝓpter motū illū putrefit: ⁊ fit cā ꝯiuncta febri. ¶ Nō dico tñ ꝙ q̄libet febris habeat duplicē cām: sed aliq̄ hꝫ soluꝫ cām coniūctā: vt qñ tota materia ad putredinē mouet̄ vt in tertiana vniꝰ paroxismi. Aliqñ nō hꝫ nisi causam antecedētem sicut in tertiana pluriū paroxismorū in tp̄e q̇etis in qua tertiana seruat̄ vnitas in cā antecedēte. Aliqñ nō hꝫ cām añtē neq; ꝯiunctā si ꝓpter caliditatē epatis ⁊ venarū ex cibo sumpto hodie generent̄ due. ʒ. colere q̄ putreāt ⁊ faciāt paroxismū. Deinde ex eadē cā gn̄ent̄ due alie. ʒ. ⁊ faciāt aliū paroxismū: ⁊ sic de alijs. Est ei manifestū ꝙ aliqñ nō habebit cām ꝯiūctā, nec añtē q̄ sit materia: vnitas aūt huiꝰ febris seruat̄ in cā añte q̄ est caliditas epatis ⁊ venarū. ¶ Scd̄o notandū ꝙ distinctio tēporū feb. penes alterationē materie debetur febribꝰ putridis tā interpolatis ꝙ̄ cōtinuis Est eñ febris interpolata febris inter cuiꝰ paroxismos cadit quies media: cuiꝰ cā cōiuncta putret extra venas. Cōtinua aūt est q̄ semꝑ affligit cuius cā coniūcta est humor putrens intra venas. Hec āt est duplex: cōtinua ꝓportionalis ⁊ est nota: licꝫ eñ ꝯtinue affligat: habet tñ excrescētiā de die in diem aut de tertio ī tertiū: aut de quarto in q̄rtū ſm analogiā ad suam materiā. Alia est ꝯtinua ꝯclusa ꝯtinue affligēs: et nō habēs hmōi excrescentiā de q̇bꝰ supra: ⁊ hec est duplex: quedā pēdet ab vnica materia durāte a principio vsq; ad finē cui nulla fit additio: sicut esset tertiana vnius paroxismi. Aliqua aūt pendet ab aliqua materia durāte a principio vsq; ad finē: cui tamē aliqua fit additio. Et hec est triplex. augmastica: in qua de materia plus addit̄ prime materie putrēti ꝙ̄ sit illud qd̄ ab eo resoluit̄ quapꝓpter augēdo ꝓcedit: ⁊ est fere tota augmentū. Scd̄a est peraugmastica q̄ declinando ꝓcedit. huiꝰ causa est: qꝛ de materia prima plus resoluitur ꝙ̄ sit illud qd̄ addit̄. Tertia est omotena q̄ vniformiter affligit: et est fere tota status. cuius causa est qꝛ tantū de materia addit̄ quantū est illud qd̄ de prima putrēte resoluit̄. Febres aūt iste quibꝰ nulla fit additio sunt rarissime: vt ꝑꝫ discurrendo.

Distinctio temporū. ¶ Distinctio aūt temporꝝ in his penes alterationem materie sumitur hoc modo: quia in principio nō est nisi vestigiū digestionis aut dispositiōis digestioni cōtrarie occultū. In augmento signa digestionis cōtraria sunt manifesta: ⁊ digestio aut putrefactio manifeste augēdo procedit. In statu licet aliq̄liter digestio intendatur: saltē vsq; ad medium status: in medio status est summa digestio: ⁊ ita summa putrefactio. ¶ Cōtra. maior est ꝓportio ꝟtutis digestiue ad materiā dirigendā a principio status vsq; ad mediū ꝙ̄ vnquā ante. ergo digestio magis intēditur: ⁊ velocitat̄ in hoc tēpore ꝙ̄ in augmēto: ⁊ si sic: sequit̄ ꝙ augmētū digestiōis dꝫ eē in statu magis manifestū ⁊ sensibile ꝙ in augmēto. ¶ Ad hoc dꝛ negādo vltimā ꝯsequentia. naꝫ ꝙ̄tūcunq; digestio velociꝰ ꝓcedat in statu ꝙ̄ in augmēto: illd̄ tñ nō est ita sensibile sicut ī augmēto. sicut ꝙ̄titas digitalis alicui corꝑi magno nō est ita manifesta: sicut quātitas eadem addita corꝑi paruo. ¶ Notādū tertio ꝙ licꝫ plures sint febres eiusdem speciei: nō tamē seruāt eandem ꝓportionē in motu materie suorū paroxismorū. pōt eñ esse vna tertiana: in qua materia vnius paroxismi sit maior ꝙ̄ materia scd̄i: ⁊ materia scd̄i ꝙ̄ tertij: ⁊ sic deinceps vsq; ad statū. Alia tertiana se hēbit oīno ecōtra: in q̄ materie suorū paroxismoꝝ erūt eq̄les: ⁊ sic paroxismi erūt fere eq̄les in lōgitudie: ⁊ in suis accidētibꝰ. ¶ Qd̄ aūt hoc sit verū oñditur. nā in continuis cōclusis hoc est possibile: sicut in augmasticis in quibus magis de materia mouet̄ ad putredinē in tēpore sequēti ꝙ̄ in precedēti. Et in omotenis in quibꝰ tantū de materia addit̄ ad putredinem in tp̄e sequēti quantū in tp̄e ꝓcedēti: ergo ita erit possibile in interpolatis. ¶ Harū autē diuersitatū causa potissime sumit̄ ex diuersitate materie. nā materia exn̄te difformi ⁊ etherogenea m̄lta ꝑs subtilis poterit moueri in p̄io paroxismo: ⁊ in secundo paroxismo materia erit paucior: qꝛ magis grossa ⁊ difficiliꝰ mobilis. in tertio ꝑoxismo paucior: qꝛ adhuc magis grossa: ⁊ sic deinceps. Aliqñ etiā res se habebit econuerso: ⁊ sic accidit ſm plurimū: ⁊ ꝓprie quādo materia est vniformis vel q̄si Nam primus paroxismus pēdet ja pauca materia quia nō est digesta: nec a iuuatiuo separata. Scd̄s pēdebit a pluria materia: qꝛ erit magis digesta ⁊ motui magis parata: ⁊ sic de alijs. ¶ Et ex hoc notato inferūtur q̄daꝫ correlaria. ¶ Primū. materia que mouetur in statu febris salubris aliqñ est pluris quantitatis ꝙ̄ illa que mouet̄ in principio: aliquando econtra ꝓpter causas suprascriptas. aliquando sunt equales ſm ꝙ aliqñ febris erit maior in statu: qꝛ longioꝝ et seuiorū accidētium ꝙ̄ in principio. aliquādo ecōtra: et aliquādo equalis. ¶ Ex quibꝰ sequitur ꝙ questio in eodē est īdifferēs et neutralis: cum aliquādo febris sit maior morbꝰ in statu ꝙ̄ in augmēto: et in augmento maior ꝙ̄ in principio. aliquādo ecōtra. aliquādo in omnibus erit equalis. nam materie multitudo et paucitas est causa potissima ad faciendū morbum magnū vel paruū. ¶ Tertio ex notato sequit̄ ꝙ tēpora febris quo ad accidētia: et penes alterationē materie raro coincidūt: immo fere non coincidunt nisi in morbis seruātibus materiā ad vnā creticā expulsionē. Et quia dubiū hoc modo est neutrale a quibusdam limitatur. Albertus eñ bononiensis dicit non aliter limitandū esse ꝙ̄ fuerit dictū in prin Albertus bononiensis.
cipio questionis. ipse tamē sequens plusq̄ cōmentatorem ponit generalē cōclusionem: ꝙ oīs febris putrida salubris ⁊c. est minor morbus in statu ꝙ̄ in augmento. et minor in augmento ꝙ̄ in principio. Et cōsequēter dicit ꝙ licꝫ plus de materia putreat in statu ꝙ̄ in principio: attamē quia illa materia est facta benigna per digestionē morbus est minor. ¶ Cōtra. malignitas materie principij est finita: et malignitas materie est aliquāta: īmo notabilis cum putreat et faciat febreꝫ et accidentia sequētia febrem. Sed certum est ꝙ contingit maiorem proportionē esse quātitatis materie status ad quantitatē materie principij ꝙ̄ sit malitia principij ad malitiā status. ergo plus promouebit ad magnitudinē

magnitudinem morbi quantitas materie in statu
ꝙ̄ ad remissionē morbi ꝓmoueat benignitas eius/
dem in comparatione ad principium. ⁊ añs est sa
tis manifestum volentibus absq̃ passione metiri
huiusmodi cōtigētias. in statu enī materia cōiter
Gentilis. magis nocet siccando imprimendo: sꝫ in pricipio
magis suffocando. ¶ Gētilis ãtꝫ in sua magna qō/
ne limitat titulum questionis ad febres incipien/
tes ab aliqua materia que tota incipiat putresce/
re: ⁊ ita ducatur ad statū absq̃ noue materie addi/
tione: sꝫ quia iste sunt paucissime: iō titulus q̃stio/
nis est valde artatus: ⁊ nō se extendit nisi ad feb. q̄
reseruant materiā ad vnā creticā expulsionē: ⁊ non
etiā ad omnes istas. Sunt enī multe ex istis reser
uantibus in quibus tota materia in principio nō
incipit putrefieri. Et sunt ēt multe ex istis in qui/
bus in augmēto ⁊ statu additur materia: que om/
nes postea vna crisi expelluntur. Ad paucissimas
itaq̃ febres se extēdit titulus questionis. Propter
ea Ugo senēsis dicit ꝙ q̃stio dꝫ limitari alijs pa/
ribus: exceptis illis in quibus fit cōparatio ⁊ ne/
cessario sequentibus. et ideo iuxta doctrinaꝫ secū
di cōplexionū in cōpatiōibus seruādā debet titu/
lus questionis sic formari. vtrū feb. putrida salu/
bris pendens a materia nō reducibili ad benignū
sit maior morbus in statu ꝙ̄ in augmento ⁊ maior
in augmento ꝙ̄ in principio. supposito ꝙ precise
sit tanta materia sub forma cause cōiuncte in ho/
ra status: sicut in principio vl'i partis status sibi pro
portionabili in principio cōparando: ita ꝙ si ē cō
tinua: q̄to plus est dissolutū in hora stat⁹ ꝙ̄ in p̄n
cipio tāto plus transiuit in tp̄e intermedio in pu/
tredinis actū. Et si est interpolata ꝙ precise tan/
tum trāseat de cā añte sub forma cause cōiuncte
in statu in vno paroxismo ꝙ̄tum trāsiuit in parox/
mo p̄ncipij. ¶ Quarto notādum ꝙ digō in nociti
uo non reducibili ad benignū q̄ est preparatio ma
terie ad expulsionem est duplex. quedā est adequa/
tio subiecte materie digerēde. vt qꝛ si subtil' sit im/
bibita ingrossetur. si grossa nō potēs per meatus
angustos trāsire subtilietur. Si visco sa adherens
membrorū superficiei incidatur. Altera autē est
proprietas occulta q̄ acquiritur materie per actio
nē caliditatis innate agētis in materiam ⁊ assimi
lant eam mēbris radicalibus: quorū est instrumē/
tum: cuiusmodi digōnis efficax argumentum est.
quia in apate fctō in corpore tēperato a percussio
ne ꝙ̄tūcūq̃ sanguis sit mediocris indigem⁹ matu
rantibus. non quidem vt sanguis ille acquirat sub
stantiam mediocrē: cū sit temperatus: sꝫ vt acqui/
rat proprietatē illam q̄ facile obediat virtuti ex/
pulsiue. Sil'r in sinocha facta in corpore tempera/
to nō fit crisis in prima ꝙ̄tūcunq̃ sit sanguis quo
ad modū sube mediocris ⁊ optime digestus: sꝫ fit
crisis in septima post actionem caloris in sangui/
nem dātis sibi proprietatē de q̄ supra. ¶ Itē si so/
la adequatio sube sufficeret nō oporteret ad signi
ficandum digestionē cōpletā ꝙ ypostases eēnt al
be. nā incipiente febre a cola rubea mel'ia vel san/
guine: cum q̃nq̃ huiusmodi humores sint medio/
cris substantie sufficeret ad significandum cōple
mentū digestionis ꝙ ypostases essent mediocris
substātie citrine rubee vel nigre. quod tamen fal/
sum est: ⁊ contra experientiā: que etiam debebant
apparere in prima die. ergo cōcluditur ꝙ preter
modū substantie requiritur proprietas de qua su
pra que acquiritur in materia per actionem mem
brorum radicalium in materia. que ꝓprietas ma/
xime cognoscitur per albedinē ypostasis. ¶ Quin/
to notandum ꝙ digestio debetur taꝫ cause añti ꝙ̄
coniuncte: licet de hoc dubium non paruum fue/
rit apud antiquos: sed ꝙ debeatur cause coniun/
cte manifestū est in apostematibus in quibus ma/
teria putrens ⁊ faciēs febrē digerit̃ ⁊ tandē sania Galenus.
tur. hoc idē penes Galenuꝫ. j. de differētijs febriū
ca. vj. reperitur in causa coniūcta febriū putridaꝝ
vbi dicit: ꝙ putredo humoꝝ qui in venis ⁊ arterijs
sunt est similis illi qui scd̄m apostemata: sed vincē
te natura in apostematibus fit pus laudabile. in
humoribus vero qui sunt scd̄m arterias et venas
ꝓportionale puri illud quod in vrinis subsistit hy
postasis. videmus etiā in cōtinuis ꝯclusis appa/
rere in ꝓcessu hypostasim laudabileꝫ: cum prius
non apparuerit: que aliquādo nō habent nisi cau
sam coniūctam. Qd̄ aūt debeatur cause antecedē
ti ostenditur in interpolatis: in quib⁹ apparet hy/
postasis laudabilis: cum prius nō apparuerit. Et
certum est ꝙ hypostasis illa nō decidit̃ nisi a mate
ria existente in venis que nō est putrida. A materia
enim putrēte in poris cutis nō eēt possibile decidi
materiā hypostasis: que venas ingrediēs cum vri/
na descēderet. Et etiā apud Auicen. scd̄a primi ca.
de hypostasi. hypostasis laudabilis principaliter
significat digestionē humorū qui sunt in venis. Et
idē Gal'. j. de crisi. Est aūt certū ꝙ in interpolatis
materie nō sunt putrētes intra venas: quia facerēt
continuā. ¶ Et ex his manifestū est ꝙ extranee lo/
cutus est cōciliator. differētia. clix. qui dixit ꝙ cau/
sa coniūcta febri est vapor putridus antecedēs hu
morem nō putridū: sed humor putridus est quodā
modo mediū inter causam antecedentē ⁊ ꝯiunctā
Et dicit ꝙ cause coniūcte qui est vapor pauca de/
betur digestio: quia nō habet substantiā impediē
tem: merito tamē qualitatū: quibus est nature re/
bellis: aliqua debet̃ alteratio. humori vero putri
do qui est causa media ꝓprie et per se debetur di/
gestio: quia oportet in eo facere cessare putredinē
manente substātia: sed humori qui est sub forma
cause antecedentis non debetur proprie digestio:
cū non sit putridus: sed bene ei debetur aliqualis
digestio per quā sua substātia adequetur. nō autē
est proprie digestio: nisi illa que facit cessare putre
dinem manēte suba iuxta diffinitionē digōnis. iij
tegni. Error aūt totus est in expōne textus Gale.
iij. tegni. ¶ Pro cui⁹ intellectu est sciendū ꝙ si ma/
teria fuerit putrens leui putredine: tūc digestio fa
cit cessare putredinē manēte suba. i. manente for/
ma hūoꝝ: qꝛ per digōnē hūor reducit̃ ad benignū
Si vō sit humor nō putrēs: ⁊ sit cā añs febris ꝑ ali
quā malā dispōnē in ipo: tūc sibi ꝯuenit digō que
facit cessare putredinē nō p̄ntē sꝫ secuturā merito
sue male dispōnis q̄ remouebit̃ ꝑ digōnē ꝑ quam
vel adequabit̃ suba eius: vel remouebit̃ eius ma/
la ꝯplō disponēs ad putredinē. Nō est tñ credēdū
ꝙ quilibet hūor possit tal'r digeri. naꝫ aliq̃n est ita
putridus vt necessariuꝫ sit ipsum resolui aut inci/
nerari: aut aliter sensibil'r expelli. tenendū est itaq̃
iuxta suprascripta ꝙ tam cā añti ꝙ̄ ꝯiūcte ꝓprie
debet̃ digō: ⁊ ꝙ descriptio data a Gal'. cōpetit so
lū digōni ī nocitiuo reducibili ad benignū. ¶ No
tandū sexto ꝙ ī feb. salubrib⁹ hūor q̄ mouet̃ poste
rius ſm p'mū est magis digest⁹ ꝙ̄ ille q̄ prio mo/
uet̃: vtputa in interpolatis tota cā añs a p̄ncipio
incipit digeri: vñ mā scd̄i parox̄ismi est magis dige
sta ꝙ̄ materia p̄mi. Et ita mā tertij mag' digesta ꝙ̄
materia scd̄i: ⁊ ita in ꝯtinuis ꝓportionalib⁹ ⁊ cōit̃
in oīb⁹ feb. salubrib⁹. Uerū aliq̃n ꝯtinḡit oppositū
tū ꝑꝑ etherogeneitatē materie sicut ī flegmaticis

nā qñq3 materia seq̄ntiū paroxismorū q̄ est grossior
q̄ materia p̄cedentiū: ⁊ nō facile passibilis a v̄tu-
te digestiua est minus digesta q̄ materia p̄cedētiū
⁊ hec est cā quare aliqñ perdūtur signa digestiōis
⁊ post statū redit principium: ⁊ quare fiūt recidiue
vere. ¶ Et ex hoc notato seq̄tur p̄mo q̄ in plurib⁹
materieb⁹ p̄cedit digestio in quib⁹ nō p̄cedit pu-
trefactio: p3 in materieb⁹ interpolatarū ⁊ multa-
rū aliarū febriū. ¶ Sequit̃ scdō q̄ vt p̄limū in ma-
terieb⁹ putrētib⁹ in statu nō p̄cessit putrefactio a
principio vsq3 ad finē. Jstud p3 in interpolatis in
quib⁹ materia paroxismi stat⁹ solu3 incipit putre-
re in p̄ncipio eiusdē paroxismi: ⁊ ita dōm est de mate-
ria exacerbatiōis stat⁹. Jtē in multis cōtinuis con-
clusis in q̄b⁹ stat⁹ in .xiiij. die est verisimiliter existi-
mandū est nihil esse de materia mota a p̄ncipio.
¶ Ex his seq̄tur q̄ licz ɔcederet̃ digestionē ⁊ putre-
factionē simul intēdi posse: ex hoc tñ nō seq̄tur q̄d
hora stat⁹ vt plurimu3 in feb. putredis materia sit
magis putrida q̄ in p̄ncip. Nā nō op3 q̄ pluri tē-
pore putruerit q̄ materia q̄ est sub forma cāe ɔiun-
cte in p̄ncip. imo stat q̄ p̄cise eq̄li tp̄e aut m̄lto mi-
nori. hoc p3 ī interpolatis in q̄b⁹ tā in statu q̄ ī pri-
cipio materia incepit putrere in principio suorū
paroxismorum. si enim sint in pūctis eque distan-
tib⁹ a p̄ncip. suo⁊ paroxismo⁊ ille materie sūt equa-
liter putride. Si v̄o sint in pūctis ineq̄ distātib⁹ il-
lam in⁹ putret q̄ magis vicinat̃ suo p̄ncipio. idem
iudiciū est in ɔtinuis p̄portionalib⁹. ¶ Ex q̄b⁹ tā-
dē seq̄tur q̄ via vera ad soluēdū q̄ōnē p̄positā non
est ex hoc q̄ digō ⁊ putrefactio sil̄ intēdant̃: l3 Gen-
tilis putauerit illud esse fundamētū solutiōis du-
bij p̄positi. ⁊ p3 q̄ꝛ isto ɔcesso nō seq̄tur in statu v̄l
putredinē eē intēsiorē in materia q̄ fuerit a p̄nci-
pio: nisi solū in casu in quo vna materia a p̄ncipio
vsq3 ad statū putruerit: ⁊ simul digesta fuerit: q̄ eēt
tota cā morbi q̄ casus rarissime ɔtingit: ⁊ nō v̄r eē
de intentiōe auto⁊: q̄ ponūt regulas q̄s volunt in
plurib⁹ v̄ificari: sicut sunt canōes in ordinādo die-
tam ⁊ siles. ¶ Septimo notandū q̄ illud d̄r magis
putridū q̄d magis appropinq̄t termino putrefa-
ctiōis q̄ est incineratio: aut magis distat a termīo
a quo: siue a non gradu putredis ¶ Ex quo seq̄tur
q̄ nō oē q̄d est magis putridū est magis calidū: cū
ea q̄ m̄ltū appropinq̄nt incineratiōi min⁹ habeāt
de humido: ⁊ p̄ ɔñs minus de calido actuali q̄ ea
q̄ aliq̄tulū magis distāt: sicut videm⁹ in stercorib⁹
que putrēt q̄ min⁹ sunt calida cū vicinant̃ incinera-
tiōi. Cū g̃ tā in p̄ncip. q̄ in statu v̄l materia ter-
minet̃ ad incinerationē: g̃ vtrobiq3 erit magis pu-
trida. q̄re fundamentū Gētilis nullū q̄ dicit febrē
eē maiorē morbu3 in statu q̄ in p̄ncip. q̄ꝛ materia
status est magis putrida. ¶ Forte r̄ndebit̃ q̄ illud
d̄r magis putridū: q̄d h3 plus de calido putredina-
li: q̄ꝛ putredo nō est aliud q̄ calor fixus in materia
putrida: vt vult Auicē. ij. primi in ca. de cāis calefa-
ciētib⁹. vbi dicit q̄ intētio putredis est q̄ caliditatē
extraneā euenit̃ facit: ⁊ nō aliud. putredo itaq3 nō
est aliud q̄ calor putridus: ⁊ b̄m istud illud est ma-
gis putridū q̄d est calid⁹ c̄liditate putrida: nō aūt
q̄d magis appropinq̄t incineratiōi aut q̄d magis
distat a termīo a quo. ¶ Cōtra seq̄tur q̄ tā in p̄nci-
pio v̄l q̄ in statu materia eq̄l̄r erit putrida cū vtro-
biq3 trāseat a nō gradu putredis vsq3 ad terminū
eius: g̃ fundamētū Gētilis nullū: cū in vtroq3 trāsi-
tu tā materia p̄ncipij q̄ materia stat⁹ erūt eq̄liter
calide caliditate putredinali. ¶ Notandū tñ q̄ nō
oē q̄d est magis putridū est maligni⁹ minus putri-
do: sicut in materia pestilentiali: q̄ licz sit min⁹ pu-
trida: p̄ōt tñ esse malignior alijs magis putridis:
cū etiā absq3 putredine esset malignior. videm⁹ eñi
q̄ materia antracis est malignior p̄l̄ib⁹ alijs mate-
riebus a p̄atū magis putridis ⁊ fetētib⁹ cū corrū-
pat oīe sibi vicinū. ¶ Octauo notandū q̄ digō in
materia: ⁊ si nō p̄hibeat oīno ipsam putrefieri p̄-
hibet tñ ipam putrefieri valde maligna putredīe.
¶ Prima p̄s notādi est manifesta ī a p̄atib⁹ in q̄b⁹
sanies laudabilissima adhuc faciet feb. putrida3.
Jtē in febrib⁹ in q̄b⁹ materia ī statu ⁊ declinatiōe
est summe digesta: ⁊ adhuc facit febrē putridam.
¶ Secūda p̄s notādi p̄bat̃ q̄ꝛ tam sanies laudabi-
lis q̄ sedimē laudabile decisum a materia invenis
digesta sunt dantia fiduciā sanitatis cū q̄bus non
timem⁹ malignā putredinē. p̄ hoc ē s̄nia Gal̄. ij.
de crisi. vbi dixit. nō est possibile apparēte sedimi-
ne laudabili q̄ febri sit difficultas v̄l dominiū. Et
idem sentit Auicē. ij. q̄rti cū dixit ca. de signis dige-
stionis. Et scias q̄ nō febris cū apparitiōe digō-
nis neq3 sublimatio fit cum declinatiōe a p̄atis ti-
mor vehemēs. ¶ Notādū nono q̄ est possibile ca-
lorē naturalē ⁊ p̄ternaturalē in eandē materiā age-
re vnum digerēdo alterū putrefaciēdo: ita vt digō
⁊ putrefactio adequate in eade3 materia intēdan-
tur. hoc p̄mo manifestu3 est in sanie laudabili que
cū generat̃ putrefactio intēdit̃: q̄ꝛ febris putrida
crescit ⁊ alia accñtia tp̄e ebullitiōis. Jdē ēt accidit
in materijs in cōcauitate venarū: vt est apud Gal̄.
p̄mo de differētijs febriū. vi. ca. gñat̃ eñi ypostasis
laudabilissima p̄ ebullitionē cū qua etiā fit febris
intēsio. ¶ Decimo notandū q̄ trāsmutatiōes fa-
cte in corp̄e hūano sunt triplices: q̄dam oīno natu-
rales facte a calore naturali solū: sicut digestiōes
quib⁹ cibus in chilū: chilus in sanguinē: sanguis
in hūiditates scd̄as trāsmutat̃. Quedā oīno p̄ter-
naturales sicut putrefactiōes q̄ fiunt in cācrenis
ascachilos estiomeno. Quedā āt sunt medie sicut
est trāsmutatio humorū in saniē. Et hec est triplex
quedā in qua agit principaliter calor naturalis ⁊
parū extrane⁹: sicut cū fit sanies laudabilissima: et
sicut cū materia hypostasis laudabilis in cōcaui-
tatibus venarū gñat̃ in febrib⁹. Quedā in q̄ mag̃
cōcurrit calor extrane⁹ putredinalis: sicut qñ gña-
tur sanies maligna: fetida: nigra v̄l viridis. et qñ
generat̃ hypostasis maligna sil̄r tēdens in viride
vel nigrū. ¶ Et est tertio alia transmutatio in qua
calores isti equaliter cōcurrunt: ita vt in materia
vtriusq3 vestigiū appareat et equale. Credo tamē
tenendum esse vnū et eundem calorem numero re-
pertū tam in mēbris q̄ in materia esse simul natu-
ralem ⁊ p̄ternaturalē talia noīa sortiri b̄m diuersi-
tatem operationū ⁊ effectuū qui sequūtur. ¶ Un-
decimo notandū q̄ feb. possunt cōparari duplici-
ter in malignitate: ⁊ fortitudine. nullū eñi incōue-
niens est vnā eē alia maligniorē: q̄ tamē sit remis-
sior: sicut pestilētialis cōparata causoni. fortitudo
eñi febris sequit̃ caloris intēsionē: ⁊ multitudinē.
malignitas āt p̄ternaturalitatē qua magis ledat
et occidat: q̄ malignitas seq̄tur aut venenositatem
aut putredinē intēsiorē ⁊ huiusmodi: licet etiā se-
quatur caloris intēsionē et m̄ltitudinē. Et ita vna
febris ad seipsam cōparata diuersis temporibus
p̄ōt esse vno tp̄e malignior ⁊ min⁹ intēsa. ⁊ alio tē-
pore se habet econtra. Et cum malignitas febris
tanq̄ penes effectū habeat attendi penes lesionē
operationū illa febris est malignior q̄ ampli⁹ est
operationū lesiua: siue merito caloris naturalis
siue p̄ternaturalis: siue merito vtriusq3 hoc notādū
p̄ōt elici ex dictis Gal̄. iij. de crisi, ca. iiij.

Quantū ad

Galenus. ij. de crisi.

Galenus:

Quantũ ad secũdũ articulũ ꝑ opinione plusꝗ̃ cõmentatoris et sequentiũ pertractãda supponitur primo titulum questionis sic esse limitanduz: sicut ab initio dictum fuit: scꝫ vtrũ febris putrida salubris pendens a materia nõ reducibili ad benignũ sit maior in statu ꝗ̃ in augmẽto: ⁊ maior in augmẽto ꝗ̃ in principio: loquẽdo semꝑ de his tẽporibus distinctis penes materie digestionẽ. Secũdo supponit̃ ꝙ in tota materia que in statu facit feb. continue ꝓcesserit digestio a princip. vsqꝫ ad statum. Tertio ꝙ digestio facit materiã putrere min⁹ mala putredine ꝗ̃ si nõ fuisset digesta. hoc suppositũ ptꝫ ex notatis. ¶ Quarto supponit̃ ꝙ in rõne feb. includũtur duo. vnum ꝙ sit calor. alteruꝫ ꝙ sit p̃ter naturam. ⁊ ratione vtriusqꝫ potest dici febris maior: scꝫ aut qꝛ sit magis preter naturã: aut qꝛ sit calor intẽsior. Hoc suppositũ est manifestũ ex vltimo notato suprapposito. ¶ Quinto supponitur: ꝙ accidentiũ in febribus ⁊ in aliis morbis q̃dam sunt ꝓpria morbo: ⁊ quedã sequũtur morbũ ⁊ nature incitationem: sicut sunt propria febribus coartatio pulsus. frigus extremitatuꝫ corporis: exiccatio: sitis: dolor capitis: instãtie vigiliarũ: ⁊ similia. Sequentia autem febrem et nature incitationẽ sunt sicut rigor: vomitus: fluxus ventris: et omnia accidentia cretica.

Rõ respõsiua. **His suppositis** sit hec ↄclusio respõsiua ad dubiũ. Ois febris putredinis salubris pendẽs a materia non reducibili ad benignũ in qua tota ⁊ sola putrente in statu processerit digestio a principio vsqꝫ ad statum est maior morbus in aliqua parte principii: ꝗ̃ in aliqua parte tẽporũ sequentiũ: ⁊ maior i aliqua parte augmẽti ꝗ̃ in aliqua parte status. ¶ Ista cõclusio est de intentiõe Gal. in cõmento illius affo-

Galenus. rismi. incohoãtibus morbis: ⁊ rationib⁹ sic ꝓbatur. ¶ Prima: quia materia in statu est magis digesta ꝗ̃ in augmẽto: ⁊ magis in augmẽto ꝗ̃ in pricipio: ergo cuꝫ digestio iuxta tertiũ suppositũ faciat materiam minus mala putredine putrere: ꝗ̃ si nõ digeratur materia putrẽs erit magis maligna in aliqua parte pricipii ꝗ̃ in aliqua parte tẽporũ sequẽtium. et sic dicendũ est de augmento statui cõparato: sed materia magis maligna ceteris paribus maiorem facit morbũ. quare ↄclusio vera. ¶ Secũda ratio est virtus maiorẽ habet ꝓportionẽ ad materiã in statu ꝗ̃ habeat in augmẽto: et maiorem in augmento ꝗ̃ in pricipio: ergo materia minoreꝫ in his tẽporibus habebit ꝓportionẽ ad virtutẽ alterandã: et sic morbus erit minor in statu ꝗ̃ in augmento: et minor in augmẽto ꝗ̃ in pricip. ¶ Tertia continue post principiũ talis morbi salubris corpus mouetur ad sanitatẽ: et digestio ↄtinue procedit: ergo cõtinue post minus participat de termio a quo: qui est: egritudo in statu. itaqꝫ morbus erit minor: cum tunc corpus sit magis motũ ad sanitatem ꝗ̃ tempore precedẽti. ¶ Quarta: qꝛ in statu accidentia ꝓpria morbo sunt remissiora ꝗ̃ in principio. ptꝫ in pleuresi suppurata: in qua dolor ⁊ cetera accidentia sequentia pleuresim sunt remissiora ꝗ̃ in principio. Et ita scd̃m plurimũ est in ceteris apostematibus suppuratis: nam circa generationem saniei fiũt dolores ⁊ febres magis ꝗ̃ facta sanie iuxta afforismũ. ¶ Quinta maiori ⁊ minori eq̃liter decrescẽtib⁹ cõtinue crescit proportio maioris ad minus: sꝫ virtus q̃ est maior in morbo salubri: qꝛ hꝫ ꝓportionẽ maioris ineq̃litatis ad sp̃m: ⁊ morbus q̃ est minor ↄtinue decrescũt a p̃ncip. vsqꝫ ad statũ: virtus q̃dẽ decrescit: qꝛ resoluit̃: sp̃ũs paucificat̃: ⁊ huĩdũ ↄsumit̃: ⁊ morb⁹ decrescit qꝛ materia digerit̃: ⁊ efficit̃ min⁹ maligna: ⁊ etiã ex actione caloris ꝑ parte resoluit̃: ergo cõtinue decrescit proportio morbi ad virtutẽ quare morb⁹ nedũ absolute: sed in cõparatiõe ad virtutẽ erit minor in statu ꝗ̃ in augmẽto: ⁊ minor in augmẽto ꝗ̃ in p̃ncipio. ¶ Sexta ois febris putredis salubris est malignior in p̃ncipio ꝗ̃ in augmẽto: et in augmento ꝗ̃ in statu: ergo est maior morbus ⁊c. Assumptũ ꝓbatur: qꝛ malignitas morbi habet attendi penes preternaturalitatẽ tanꝗ̃ penes causam ⁊ lesioneꝫ opationũ ꝑ se ductiuarũ ad mortẽ tanꝗ̃ penes effectum: vt põt elici ex vltimo notato: sed ois talis feb. in p̃ncipio a quo materia nõ est digesta est magis p̃ternaturalis aliorũ paritate supposita ꝗ̃ in statu in quo materia est digesta: ⁊ est ad mortẽ periculosior ꝗ̃ in statu in quo ꝓpter digestionẽ ↄpletã sunt certa signa salutis. igit̃ est maior morbus in p̃ncip. ꝗ̃ in statu: sꝫ i augmẽto iudiciũ est mediũ et ad intellectũ ↄclusiõis suprascripte itellexit Rabi moyses cũ dixit: ꝙ egritudo in tp̃e status est melior qñ infirmus dꝫ saluari. ¶ Ex q̃ ↄclusiõe sequitur neutralitatẽ precedentẽ febrẽ esse maligniorẽ ꝗ̃ sit febris tp̃e status: quia magis preternaturalis ⁊ periculosior. ¶ Scd̃o sequit̃ oẽm febrem putridam salubrẽ aliorũ paritate supposita esse minorem febrẽ in statu ꝗ̃ in principio partes ꝓportionales istorũ tempoꝝ ad inuicẽ cõparãdo: nam postꝗ̃ materia putrens est eq̃lis ⁊ magis benigna ꝓpter digestionẽ: minorẽ debet facere febrẽ: sicut videm⁹ in apostematibus suppuratis minorẽ esse febrẽ ⁊ remissiora accidẽtia: taliter etiaꝫ dꝫ esse in materia summe digesta in cõcauitate venarũ: cum Gal. j. de differentiis febriũ cõparet digestionem que est in venis ꝑ quã fit materia hypostasis laudabilis digestiõi materie apostematũ in q̃bus generatur sanies: ⁊ hunc intellectũ habuit Auicen. ii. q̃rti ca. de iudiciis digõnis: cũ dixit: ꝙ nõ est sublimatio febris cũ apparitiõe signoꝝ digõnis: sicut nõ est cum digestione apostematis dolor fortis. ¶ Ex his itaqꝫ tandẽ cõcludit̃ ꝙ febris putredis salubris est maior morbus in p̃ncip. ꝗ̃ in statu: ⁊ secundo ꝙ est malignior: et tertio ꝙ est intensior febris aliorum paritate supposita. in augmẽto aũt in omnibus his iudicium est medium.

Sed contra hãc determinationẽ arguitur: qꝛ febres seruãtes materiã ad vnicã creticã expulsionẽ sunt maiores in statu ꝗ̃ i tp̃ib⁹ p̃cedẽtib⁹: ergo determĩatio falsa. tꝫ ↄña. assumptũ. ꝓbat̃ prio de intentiõe Gal. ii. de crisi. ii. ca. vbi dixit ꝙ febris in p̃ncip. est parua debilis respectu ei⁹ qñ in statu est cõpleta ⁊ fortis. ¶ Amplius accñtia ꝓpria q̃ sequũtur ipressionem materie in mẽbro sunt fortiora in p̃ncip. ꝗ̃ in statu ⁊ cũ hoc in statu accñtia cõia ⁊ ꝓprie accñtia cretica sunt fortiora ꝗ̃ in p̃ncip. illa eñi remississime accidũt in principio. ergo absolute accidentia sunt fortiora ꝗ̃ in principio. ¶ Ad hec dr̃. ¶ Ad p̃mum ꝙ in seruãtib⁹ materiã ad vnicã crisim cetera non sunt paria: qꝛ plus de materia est in statu ꝗ̃ in p̃ncipio: cũ scd̃m plurimũ in ꝓcessu noua addat̃ materia que postea tota in crisi expellitur. Et sic r̃ dr̃ ad Gal. ii. de crisi. ¶ Ad scd̃m negat̃ assumptũ: ⁊ dr̃ ꝙ accidentia omnia tam sequentia impressionem materie ꝗ̃ sequentia oppressionẽ fortiora sunt in p̃ncipio ꝗ̃ in statu aliis paribus. accidentia tamen cretica que sunt ad salutẽ fortiora sunt i statu ꝗ̃ in princip. cum raro in principio accidat crisis. Con

cedēdū tñ est ꝙ vt plˀimū febres putride salubres
sunt maiores in statu q̄ in ṗncip. licz in statu mate-
ria sit digestior: tñ multo est amplior q̃ est sub for-
ma cause coniūcte in statu q̄ in princip. Preterea
cōtra determiatione instaṫ: quia febris nō est nisi
calor ṗter naturā: ⁊ iste est maior in statu q̄ in ṗnci
pio: vt ptz ad tactū: et qꝛ pulsus sunt maiores velo
ciores ⁊ frequētiores: ⁊ similiter anhelitus. ¶ Se-
cundo: quia status est hora pugne prima quarti.
capitulo tertio: et Galenus prima affori smorum
et hoc nō est nisi propter fortem stimulationē quā
facit materia in naturaz: ideo crisis fit magis in
die paroxismi: sed causa maioris irritationis na-
ture nō est nisi maior impressio a materia in mem-
bro: quare febris fit maior in statu. ¶ Itē acciden-
tia omnia sunt in statu maiora tam q̃ merito men-
sure sunt preter naturā: q̄ que ex toto gñe ṗter na-
turam: vt dolores ⁊ similia: quare intēsior ⁊ magis
preter naturā. ¶ Itē oēs opatiōes animales vita
les et naturales sunt magis lese in statu q̄ in pri-
cipio: vt apparet intelligēti. ¶ Itē si febris est ma
ior in pricipio q̄ in statu: tūc sequiṫ ꝙ neutralitas
sequēs pricipiū est maior q̄ febris in statu. ¶ Item
Galenus in libro de tēporibus morbum: cō parat (Galenus.)
plante et aīali in pricipio paruis postea augmen-
tatis: postea magnis. ¶ Itē pro hac parte est Ga-
le. ij. de crisi. c. ij. cū dixit. Iam ergo opz vt exerci-
tes teipsum donec cognoscas vnāquāqꝫ egritudi-
nem singularē ꝫm seipsam: an est integra et cōple
ta cum velocitate. nam si nō antecesseris ⁊ exercita
ueris teipm in hoc cum studio ⁊ solicitudine nō co
gnosces egritudinē quādo incipit: cum sit pauca
et debilis. ¶ Ad hec respōdetur. ¶ Ad primū diciṫ
ꝙ calor nō est maior in statu q̄ in ṗncipio aliorum
paritate supposita: comparādo partem calidiorē
status ad partē calidiorē in pricipio. ¶ Sz vt plu-
rimū nō est paritas: qꝛ amplior ē cā ꝯiūcta febris
in statu q̄ in ṗncip. ⁊ silr negaṫ ꝙ pulsus sint maio
res etiā aliorꝫ paritate supposita. ¶ Ad scōm dꝛ ꝙ
maior est pugna in statu q̄ in principio quia plus
de cā antecedēte trāsit in coniūctā in statu q̄ in ṗn
cipio ꝓpter materie digestionē: ⁊ sic nō seruaṫ pa-
ritas. Nō si seruetur paritas: dico ꝙ non erit maior
pugna ꝓpter obediētiam materie: ꝑ quā facile se-
parabiṫ. ¶ Silr ad tertiū diciṫ ꝙ accn̄tia nō sunt
maiora ꝫuata ꝑitate sz vt plurimū nō ꝫuaṫ ꝑitas.
¶ Ad quartū diciṫ ꝙ oēs opatiōes sunt magis le
se in statu q̄ in principio. Nec per hoc sequitur ꝙ
morbus sit maior: quia tota lesio illa nō est acqui-
sita tēpore status: sed in tēporibus precedētibus.
¶ Utrū aūt in equali tpe status acquiraṫ maior le
sio q̄ in equali tpe pricipij aliorū paritate suppo
sita est dubiū nō paruū. ¶ Cuius solutio fiat in vi
dendo ī quo tpe est maior ꝓportio ꝟtutis ad mor
bū in statu vel in pricip. Et credo vtrāqꝫ partē fa-
cile defendi posse. ¶ Ad quintū diciṫ ꝙ febris au-
getur tpe pricipij: nec hic sumiṫ ṗncipiū ꝑ instāti
initatiuo morbi: sed ꝑ vno de tpibus morbi. ¶ Si
que aūt autoritates Gal. ⁊ aliorū videntur sonare
oppositū. Dic ꝙ intelligunt de tpibus distinctis
penes accidētia. aut ꝙ nō seruaṫ paritas: qꝛ plus
de materia repitur de forma cause coniūcte in sta-
tu q̄ in pricipio. ¶ Sed cōtra hanc determiationē
est hic argumentū. Febris est maior in statu paro-
xismi q̄ in pricipio eiusdē: ergo simile erit in febre
in casu cōclusionis. illa enī est sicut vnus paroxis-
mus. ¶ Rn̄de sicut scis. ⁊ maxime argumētū proce
dit de paroxismo status vniuersalis in quo mate-
ria est magis digesta q̄ putrida.

Quantū ad tertiū articulū ꝓ opinio
ne Gētilis sit hec (Gentilis opinio.)
pria cōclusio. In materia febris putride salubris
que nō reducitur ad benignū post initium febris
procedit putredo intendendo: vsqꝫ ad certū tēpus
ꝓbaṫ cōclusio in pricip. putredo materie ē aliquā
te intēsionis aliter nō faceret febrē: qui gradus pu
tredinis est acq̄situs in tēpore neutralitatis prece
dentis febrē. ¶ Et ꝓcedit augmētum vsqꝫ ad cer-
tum tēpus: qꝛ aliter nō augereṫ feb. nō potest enī
febris augeri nulla addita noua materia: nisi per
augmētum putredinis in ea: aut qꝛ materia magꝭ
cordi vicinaṫ: q̃ rarissime accidit: qꝛ ꝫm plurimum
augmētū febris fit per cremētum putredinis ī ma
teria. hec autē putredo ⁊ similiter febris sequēs eā
nunq̄ cessat nisi materia expellaṫ aut incineretur.
¶ Secūdo: qꝛ simile est de materia febriū putredi-
nis: ⁊ de materia apatū. prio de drijs febris. ca. vi.
¶ Sz in materia apatuz post ipsorꝫ initiū intēdiṫ
putredo: ergo silr fiet in materia putridarū: ptz mi
nor ꝑ augmentū fetoris in materia cū maturatur.
¶ Tertio hoc manifestū est ī materia sinoche: in q̃
cum fit flobotomia in principio euacuaṫ sanguis
parū distās a naturali. postea cum fit flobotomia
euacuaṫ sanguis mltū alteratꝰ ⁊ fetēs. ¶ Scða cō
clusio ī mā feb. putride salubris ꝓcedēte putredi
ne procedit etiam digestio. ¶ Hec ꝯclusio q̃ est fun
damentū positiōis Gētilis ꝓbatur: qꝛ quādo cūqꝫ
vni passo duarū dispositionū susceptiuo applicā
tur duo agentia illas intēdētia. ille due dispōnes
in illo passo inducētur. sed materie febris putride
salubris applicaṫ calor naturalis intendēs digō-
nē: ⁊ calor ṗternaturalis intendens putrefactionē
quare vtraqꝫ dispō induceṫ. ¶ Scða ratio ex Gal. (Galenus.)
prio ꝓnosticorū. cōmento vltimo. Et ex Auicē. ij.
quarti cap. de iudicijs saniei. sanies fit a calore na
turali: qui intēdit digestionē: ⁊ a calore preter na-
turā intēdēte putrefactionē. probaṫ. in sanie est al
bedo intenta a calore naturali et fetor intentus a
calore preternaturali: ergo idem accidet in mate-
ria febriū iuxta Gal. vbi supra. ¶ Tertia ratio: qꝛ
egestio nigra apparens in statu et silr hypostasis
aut vrina nigra nō significant ita male: sicut quan
do apparēt in pricip. quarta particula afforismo
rū. Egestiones nigre qualis sanguis ⁊c. ⁊ scða pri
mi. Etiā Isaac de vrinis. ¶ Sed hoc nō pōt eē nisi (Isaac.)
qꝛ cum putrefactiōe in statu etiaz ꝓcessit digō que
nō ꝓcessit in principio quare ⁊c. ¶ Tertia conclu-
sio de intentiōe gētilis responsiua ad dubium vel
quesitū est ista: ois febris putrida salubris pēdēs
a materia nō reducibili ad benignū que tota ꝓces
sit sub forma cause coniūcte a pricipio vsqꝫ ad sta
tum illius saltē nulla facta notabili diminutione
est intensior ⁊ fortior in statu q̄ in augmento: et in
augmento q̄ in principio. ¶ Ista conclusio est de (Galenus.)
intentione Galeni. in libro de temporibus vni-
uersalibus vbi assimilat morbuz plāte que primo
incipit. postea augetur. postea stat. et Auicenna se
cunda primi. dixit ꝙ in augmēto manifestaṫ con-
strictio: ⁊ ꝙ in statu consistit ex multis suis parti- (Aliabas theo. iiij.)
bus. Et Aliabas quarto theorice dixit ꝙ augmen
tum est quādo incipit maturatio: ⁊ tunc augeṫ vir-
tus morbi ⁊ virtutis debilitas. ¶ Et hoc idē clare
dicit Auicenna prima quarti ca. iij. ⁊. iiij. Et certū
est ꝙ ibidem loquitur de tēporibus distinctis pe-
nes alterationē materie. ¶ Et ꝓbatur ratione. qꝛ
illo tempore febris putrida est fortior ⁊ intēsior in
qua materia est magis putrida in statu q̄ in prin-
cipio cū a ṗncip. vsqꝫ ad statū ꝓcesserit itendēdo.
¶ Et confirmatur

¶Et cōfirmatur: qꝛ simile est de tota consistētia febris in casu ꝯclusionis: sicut de vno paroxismo febris: sed paroxismus continue ꝓcedit intendēdo a principio vsq̄ ad statū: vt pȝ ex quotidiana experientia: ⁊ nō est nisi qꝛ materia magis putrefit ⁊ calefit. ergo ⁊c. ¶Tertio in febre putrida virtus etiā ꝓcedit debilitādo notabiliter vsq̄ ad statū. ⁊ morbus augetur aut saltē ſm oēm opinionē nō notabiliter diminuitur. Huiꝰ rei exemplū manifeste habemus in paroxismis. ergo cōtinue crescit ꝓportio morbi ad virtutē: ergo in equali tēpore plus ledentur et minuentur operationes in statu ꝙ̄ in augmento: et in augmēto ꝙ̄ in principio quare accidētia fortiora fient. ⁊ sic morbus intensior.

Sed cōtra hāc determinationē instatur p̄io qꝛ si digestio ⁊ putrefactio intendātur equaliter aut magis digō ꝙ̄ putrefactio: et digō facit materiā benignaȝ ⁊ putrefactio malignā: seq̄tur ꝙ eq̄lr aut magis ītendetur in materia benignitas ꝙ̄ malignitas. ¶Ad hoc dꝛ ꝙ putrefactio magis intēditur ꝙ̄ digō ⁊ ī plibꝰ ptibꝰ: qꝛ licȝ aliq̄ pars materie dealbetur a qua decidit hypostasis ſm digōnē summā: nō tm̄ totalr dealbatur. pȝ ex hisq̄ accidūt ex crisi in qua expellunt humores sub ꝓpꝛijs formis: vt colera citrina sanguis ruber ⁊ melācolia nigra. Et si queratur quō signa digōnis sunt signa salutis si maior ps humoꝝ non digeritur ⁊ forte oēs putreāt? ¶Rñdet ꝙ nō obstāte putrediē virtus mēbroꝝ remanet fortis q̄ significatur ꝑ hypostasim: quapꝑ pōt totā expellere materiā tā dealbatam ꝙ̄ nō dealbatā. Et ista etiā hypostasis ē signū ꝙ ⁊ si humores nō digerātur: nō tm̄ putrefiāt maligna putredine: ⁊ ꝯcedendū est in residuo materie aliquā digōnē esse. ¶Scdo instatur: qꝛ digō ⁊ putrefactio sunt cōtraria: sȝ ꝯtraria nō pñt intēdi in eodē subiecto: sicut nec caliditas ⁊ frigiditas ⁊ hmōi. ¶Ad hoc rñdetur ꝙ isti motꝰ sunt aliquo mō ꝯtrarij tm̄ nō ꝓpꝛie: imo sunt vnus motꝰ diuersa noīa sortitus ſm diuersas dispōnes q̄ inducunt: in q̄bꝰ

Galenus.

apparet vtriusq̄ caloris tā naturalr ꝙ̄ ꝓternaturalis vestigiū. Et hoc voluit Gal. j. de differētijs febriū cū dixit altera vocatur putredo quā ⁊ digōnē dicimꝰ in vnā spēm sempꝑ trāsmutatur ps. ¶Et iō qñ materia est hoc mō summe digesta: ⁊ etiā summe putrida facit maiorē febrem. Et huius exemplū est sicut quādo aliq̄d nō coloratū rubescit: licȝ nō formalr tm̄ virtualr acq̄ritur albedo ⁊ nigredo. Et crescēte rubedine crescūt ꝟtualiter albedo ⁊ nigredo: ita vt rubefactio possint aliquo mō dici albefactio ⁊ nigrefactio. Qō aūt putrefactio ⁊ digestio nō sint ꝓpꝛie ꝯtraria: sed participēt naturā ꝯtrarioꝝ ē manifestū: qꝛ putrefactio quarto metauroꝝ ē ꝯtrariū magis gñationi mixtoꝝ: sȝ tm̄ vnū vni est ꝯtrariū. Qō aūt participēt naturā ꝯtrarioꝝ pȝ: qꝛ nō pñt sub quibuscūq̄ gradibꝰ se cōpati. ꝑfecta em̄ digō que est in corꝑe tēperato nō patitur secū summā putrefactionē que est in hisq̄ incinerātur: sȝ gradꝰ summe digōnis ⁊ putrefactiōis se cōpatiētes sunt in statu febriū ⁊ apostematū salubrium: qñ apparet optīa hypostasis ⁊ sanies laudatissima. ¶Cōtra sanie laudabili ꝑfecta febris remittitur iuxta afforismū. Circa gñationē saniei ⁊c. et simlr dolores ⁊c. ergo ꝯclusio falsa. ¶Preterea ē silr de hypostasi ⁊ sanie. p̄io. de differētijs febriū. ca. vj. ergo hypostasi laudabili ꝑfecta debet febris remitti. hoc argumentū est mihi difficile. ¶Tertia rō: quia nō valet hoc argumentū longiori tēpore ꝓcessit putrefactio in statu ꝙ̄ in principio vel augmēto: ergo febris est maior. Nam ex hoc fundamēto sequeretur ꝙ feb. esset maior in declinatiōe: et sic fundamētū gentilis nullū. ¶Dicitur ꝙ argumētū illud sic absolute nō valet: sed bene valet cū hac additiōe: ⁊ materia tunc p̄io est summe digesta: ergo tūc est summe calida calore putredinali: et fit febris maior. Unde dꝛ ꝙ intētio putredis hȝ attēdi penes distātiam a nō gradu putredis: ⁊ penes accessioneȝ ad summū gradū caloris putredinalis. nō aūt penes accessum ad terminū putredinis qui est incineratio. que em̄ sunt valde vicina incinerationi paruȝ habent de calore actuali putredinali: licȝ tamen Gētilis in qōne sua dicat oppositū: ⁊ male possit rñdere ad argumentū factū statim. ¶Quarto arguitur sic. digestio ⁊ putrefactio sunt diuersi motus cū velit Gal. v. de simplici medicina. digestionē fieri a calore naturali. putrefactionē ꝟo a calore preternaturali. ¶Respondetur scdm gentilem qō est vnus motus dictus digestio et putrefactio: licet fiat a diuersis agentibus. Propterea in materia digesta sicut in sanie apparet vestigiuȝ caloris naturalis: scȝ albedo ⁊ vestigium caloris preter naturam: scȝ fetor: licȝ ſm veriorē opinionē sit vnus et idem calor numero perficiēs hunc motū: qui dꝛ naturalis ⁊ ꝓter naturā ſm diuersos effectus. ¶Et si adducatur textus. A. in sermone vlī vlcerū ꝙ in laudabilissima sanie nō est putrefactio. dic ꝙ non est putrefactio maligna qualis in herpete estiomeno sed bene aliqualis putrefactio. ¶Quinta rō positio Gētilis est volūtaria. licȝ em̄ supponat verum ꝙ scȝ digō ⁊ putrefactio vsq̄ ad aliquē gradū possint simul in eadē materia adequate intēdi: ⁊ se cōpati: tm̄ nō ꝓbat vsq̄ ad quartū gradū: est em̄ certum ꝙ cū putredine qualis est in herpete ⁊ silibus nō intēditur digō: imo diminuitur: ⁊ silr cū materia denigratur: vñ fit sputū nigruȝ: et hypostasis nigra: ergo ꝯsilr cum materia est summe digesta: vt qꝛ sanies ⁊ hypostasis sint albe ⁊ laudabilissime dȝ putredo esse remissa. Huius autē signum est: qꝛ sanie laudabili perfecta febris ⁊ calor remittitur iuxta afforis. Circa generationē saniei ⁊c. Et silr debet esse hypostasis apparēte laudabili: quia potius ante perfectā digestionē febris est intēsior: scȝ in augmento in quo fit ebulitio ꝓparās ad summā digestionem: et tunc debet esse summa putredo que deinceps remittitur. certe hec rō sicut ⁊ instantia superior est mihi difficilis. ¶Sexta rō. digestio materie facit ipsam putrere minus maligna putredine ꝙ̄ si ipsa nō esset digesta: ergo in febre salubri habente plures paroxismos ceteris paribus ex parte quātitatis materie. materia paroxismorū principij que nō est digesta debet putrere magis maligna putredine ꝙ̄ materia paroxismoꝝ status que est digesta ergo hec febris in principio erit maior morbus ꝙ̄ in statu. Hinc dicitur concedēdo illud ad qō deducitur. sed non sumus in casu gentilis. loquitur enim gentilis de febre pendente a materia in qua putredo et digestio processit vsq̄ ad statum. ¶Cōtra digestio facit materiā benigniorē: putrefactio maligniorem. sed possibile est scdm variam dispositioneȝ materie ꝙ digestio in aliqua materia magis ꝓcedat et intēdatur ꝙ̄ putrefactio. sicut in materia benigna. et possibile est econtra: sicut in maligna. ergo possibile est ꝙ equaliter intendantur. quo posito sequitur ꝙ febris aliquando erit benignior: aliquando malignior in statu ꝙ̄ in temporibus precedentibus: aliquando equalis.

Ego autem credo nullam positionū superiorū defēdi posse: ⁊ multa ex argumētis supra positis contra eas militare:

Sed credo in hac materia has ꝯclusiones esse te-
nendas. ¶ Prima conclusio. omnis febris putri-
da salubris est salubrior in statu ꝙ in augmēto: et
in augmēto ꝙ in principio: ⁊ voco febrē tunc salu-
briorem in qua apparent magis certa signa salu-
tis: et que est sanitati propinquior. probatur. qꝛ in
statu apparent completa signa digestionis q̄ sunt
dantia fiduciā sanitatis. ¶ Secunda cōclusio oīs
feb. putrida salubris est maior morbꝰ ⁊ malignior
in principio ꝙ in augmēto: ⁊ in augmēto ꝙ in sta-
tu oīum paritate supposita: preterea in quibus fit
cōparatio: ⁊ que necessario sequūtur ad cōparatio
nem: opʒ enim supponi paritatē ex parte quātita
tis materie ⁊ ex parte gradus putredinis in oībus
his tēporibus: et reliquorū que faciunt ad morbi
magnitudinē vel remissionē. nemo enī dubitat qđ
tertiana vniꝰ paroxismi est maior in statu ꝙ in aug
mento: ⁊ maior in augmēto ꝙ in principio: sed nō
seruatur paritas ex parte gradus putredis: quia
in pricipio materia est occulte digesta. in augmen
to manifeste. in statu summe digesta: sed quāto est
digestior est aptior putrere minus mala putrediē
quare ⁊c. Et pro hoc sunt omnes autoritates pro
opinione plusꝙ Cōmētatoris superius adducte.
¶ Tertia cōclusio vbi nō seruatur paritas in oībꝰ
contingēs est febrē esse maiorē morbum aliquādo
in pricipio: aliquādo ī augmēto. aliqñ in statu ma
xime propter disparitatē in ꝗtitate materie ī gra
du putredis. ptʒ. nā maior gradus putredis ⁊ ma-
ior ꝗtitas materie faciūt morbū esse maiorē. Cuʒ
aūt hec possint cōtingere in quocūqꝫ istorū trium
tēporū sequit̄ veritas cōclusiōis. ¶ Quarta cōclu
sio. licʒ ita sit vt asserit scđa ꝯclusio: nō tamē oīs fe
bris putrida salubris est intēsior in pricipio ꝙ in
augmēto: et in augmēto ꝙ in statu. ꝯclusio pʒ. naʒ
multe febres putride per digōnē intendūtur in ca
lore: sicut pendentes a materijs frigidis que per
digestionem calefiunt. non est autem necessarium
ꝙ omnes materie calide per digestionem calefiāt
immo qñqꝫ infrigidātur. Digerimus enim mate-
riam colericam subtilem ⁊ sanguinem supercale-
factum per potum aque frigide: sicut etiam acci-
dit in digestione que est in iuuatiuo: sicut cum san-
guis in lac transmutatur. ¶ Rationes autem que
possunt adduci contra hanc opinionem superius
posui et solui cum pertractaui opinionem plusꝙ
Commētatoris. Et sic cum dei gratia sit finis hu-
ius questionis.

¶ De causis effimere oīs speciei. Ca. v.

C Chāperius. Fiūt quotidiane febres circa humorꝫ tabem solo cōflagrante spiritu: et iō a latinis quotidianea neotericis vero effimere vocitantur.



Ause omnium specierū febris
effimere sunt cause ꝑmitiue ca-
lefacientes essentialiter et cale
facientes per accidens de sum
ma occurrentium et assumpto-
rum: scilicet in cibo et potu et passionum
corporearum et animalium et ex dolori-
bus et apostematibus apparētibus: ⁊ sunt
de eis ex opilationibus quarum causa non
est primitiua.

C Postꝙ Auicenna in quattuor capitulis prece-
dentibus egit de quattuor vniuersalibus de febri
bus presciendis. In hac parte agit de effimeris. et
primo in generali. secundo in speciali ibi. (De fe-
bribus effimeris sunt.) in principio sexti capituli.
Primam partem diuido in quattuor. Nam in pri
ma parte premittit sermonem generalem de febri
bus effimeris. in secūda parte ibi. (Et de proprie-
tatibus.) in principio sequentis capituli ponit si-
gna generalia febriū effimeraꝝ. in tertia parte ibi
(cum expedit.) in pricipio tertij capituli ponit cau
sas et signa permutationis feb. effime. ad alias
feb. in quarta ibi. (in omnibus speciebus.) in prin
cipio quinti capituli ponit curationē generalem
feb. effimerarū. In p̄io capitulo ponit quattuor
generalia de febribus effimeris presciēda. ꝓpter
ea hoc caplm̄ dicit̄ sermo gn̄alis in feb. effimeris.
Primū est cause cuiuscūqꝫ effimere in gn̄ali. Scđʒ
est tempus duratiōis feb. effi. ⁊ incipit ibi. (Et iste
quidem feb.) tertium qualiter se habeant in faci-
litate et difficultate cognitionis et cure ibi. (Et
hec quidē febris.) quartū est q̄ corpa sint paratio-
ra ad ipsas ibi. (Et hoīes quidē.) primā partē di-
uido in tres. Nam p̄io in gn̄ali ponit causas effi-
merarū. in scđa ibi. (Et nō ꝓueniūt.) ponit modū
quo hm̄ōi cause ducūt ad effimeras ⁊ nō ad alias
febres. in tertia ibi. (Et sunt quidaʒ hoīm.) remo-
uet quendā errorem. Et si q̊s q̄reret quare Auicen.
in hoc primo tractatu simul egit de generalibus
presciendis de febribus et de effimeris. nō aūt sic
de putridis aut etbicis. Dicendū obmissis amba-
gibus ꝙ hoc fecit quia sibi placuit. C De p̄ia āt
parte dicit ꝙ cause oīum specierū feb. effime. sunt
cause primitiue calefaciētes essentialr̄. i. ꝑ se ⁊ im-
mediate ⁊ calefaciētes per accidens: sicut opilan-
do aut ꝑ antiparistasim. Et iste cause sunt de sum
ma occurrentiū: sicut aeris solis balnei ⁊ similium
que corpori occurrūt. Et sunt de summa assumpto
rum in cibo ⁊ potu sicut cibi et potus calidi actua
liter aut potētialiter ⁊ silr̄ medicine. Et sunt etiam
iste cause de summa passionum corporearū sicut
est exercitiū: ⁊ de summa aīaliū. s. passionū sicut est
ira ⁊ reliq̄ animi accn̄tia: ⁊ ex doloribꝰ ⁊ a patibus
apparētibꝰ. i. extrinsecis. Nā intrinseca scđm plu
rimū faciunt feb. putri. licet non negādum sit ipsa
posse facere effimerā: sed extrinseca frequenter fa
ciunt effimeram raro putridā nisi sint magna aut
maligna. Et sūt de eis. s. causis alique sunt ex opi
lationibꝰ quaꝝ scʒ effimerarū cā nō est primitiua
vel aliter. quarū opilationū cā nō est primitiua. s.
semper cū opilatiōes etiam perducētes ad effime
rā possint a causis pēdere corporeis: lʒ frequētius
pendeāt a causis primitiuis sicut aere frigido bal
neo stiptico et similibus. C Notandum primo qđ
duplex est effimera: vera ⁊ nō vera. vera est illa que   Duplex effimera.
pēdet a cā primitiua: sʒ nō vera pendet a cā corpo
rea: licʒ tamē ambe in veritate debeāt dici effime-
re cum ipsis competat diffinitio effimere: sed pen-
dentes a causis primitiuis: ideo dn̄r vere: qꝛ scđm
plurimū durāt solū per vnā diem: ⁊ sic sibi cōpetit
quid noīs effimere. Sed pendētes a causis corpo
reis durant lōgiori tempore. scđa causa: quia pri-
mis vnica tantū debetur intētio que est alteratio
cum non habeant aliquā causam corporeā a qua
pendeāt. Secūdis autem duplex debetur intentio
vna ad causam corporeā que est ipsius remotio al
tera ad febrem: que est alteratio. ¶ Notandum se-
cundo. quod Auicenna numerando causas preter
passiones corporeas ⁊ animales dixit quasdā cās
sumi ex doloribus: qđ fecit quia dubium erat apđ
aliquos an dolores sint inter dispositiones cor-
poreas aut animales numerandi: quod dubium
tamē solui posset. Nam dolores corporis sunt in-
ter dispositiones corporeas numerandi sicut exer-
citium et similia que incipiunt cum manifesta cor
poris passione: sed dolor siue tristitia mentis ira ⁊
cetera

cetera animi accidentia numerantur inter dispo/sitiones animales cum incipiant sine manifesta corporis passione: sed solum anime: quāuis quā/doqꝫ perducāt ad manifestas corporis passiōes.

¶ Et non proueniunt cause earū cum ve/hemētia sua ad hoc vt pertrāseat illud qđ inflammat spm̄: nam si pertrāseāt illud fa/ciunt cadere in ethicā: aut in speciez febriū humorū quam dicemus. ¶ Cause eñ pri/mitiue quādoqꝫ mouent antecedentes: ꝙ si mouerint eas ad putredinē erunt febres putredinis.

¶ In secunda parte dicit ꝙ iste cause iam nume/rate faciūt solū effimerā quādo nō calefaciūt nisi spūs ponendo in ipsis calefactū esse. Si eñ cum vehementia sua ꝑuenirēt ad ponendū calefactuz esse in humoribus aut mēbris tunc fieret humora/lis aut ethica. nā cause primitiue plerūqꝫ mouent antecedētes. et si mouerint eas ad putre. faciunt febres putridas. si autem fixerint caliditatem in membris fiet ethica.

Dubitatur circa partē presentem. qꝛ effimera est morbus factus. pri/mo de feb. ad glauconē. ꝛ. viij. terapētice. ergo nō habet causaz a qua pēdeat spāli depēdētia. ¶ Di/cēdū ꝙ apud tenētes spiritum esse formal'r aiatū effimera est morbus factus siue mala ꝯpl'o facta est: eñ calefactū esse qđ est in spiritib⁹. ¶ Sz apđ tenētes ꝙ spūs nō sit formaliter aiatus febris ef/fimera est ꝯpl'o fiens in corde. et nō est calefactuz esse qđ est in spū. quia oīs morb⁹ est passio vnien/tis. verū calefactū esse in spiritib⁹ est imediata cā eius. Gal'. tamē qui vt credo nō tenet spm̄ eē for/maliter animatū est interpretādus ꝙ dixit effime/ram esse morbum factuz ſm quandā metaphorā: quia sicut ethica que ē morbus factus indiget so/lum intentione que est ad febrem ꝛ nō ad causaz: ita effimera. s. vera indiget solum intentione que est ad febrem. s. alteratione.

Secundo dubitatur vtrū effimera sit pu/tri. ¶ In quo dubio tenendū est ꝙ licet aliquādo effime. sit putri. illud tamē ra/ro cōtingit. prima pars ꝓbatꝛ. nam spūs possunt putrefieri. et certū est ꝙ effimera pendēs ab eis ē putrida sicut feb. ꝑendēs ab humore putrido di/citꝛ humoralis putrida. assumptū autē probatur de intentiōe phi. iiij. metau. qꝛ oīa putrescūt ꝑter ignem. Item qꝛ aer cui spūs in modo substātie et in cōplexione assimilatꝛ putrescit ergo et spūs po/terit putrere. assumptū est Auicē. scđa pmi. in ca. de mutationib⁹ aeris ꝯtra naturā. et prima q̄rti. ca. de pestilētia. tertio. qꝛ de intentione Arist. iiij. metau. putrefactio opponitꝛ generationi mixtoꝝ. qꝛ sicut in mixtiōe fit elemētoꝝ coniunctio ita in putrefactione fit ipsoꝝ sepatio. Ex quo infertꝛ ꝙ oīa mixta possunt putrere. ¶ Secūda pars cō clu/sionis ꝓbatꝛ. qꝛ spūs propter substātiā suā remis/siuā et humidū suū facile euaporabile. et qꝛ sunt magis calidi quā hūidi raro putrent. sed ſm pl'm cū inflāmantur resoluuntꝛ et corrūpuntꝛ absqꝫ pu/tredine. et ꝑ ꝯn̄s feb. effimera pendens ab eis est ſm pl'm nō putrida. Ecōtra aūt est de feb. hūora/li: qꝛ est ſm plurimū putrida. raro eñ ebuliūt hu/mores sine putredine: licet aliqn̄ illō sit pol'e: sicut in sinocha nō putrida. ¶ Et ꝑpter hāc cām aucto/res nō fecerūt mētionē de effimera putrida. qꝛ ra/ro cōtingit. Itē qꝛ nō diuersificatꝛ morbus cura/tionis siue sit putridus siue sit nō putridus. soluz eni opus ē alteratiōe. Et si spūs sint valde dimi/nuti opus ē eoꝝ restauratiōe. ¶ Alij tñ dicnnt ꝙ effi. nūqꝫ est putrida. s. manifesta de qua est sermo apud medicos q̄ fit cū manifesta hūidi eductiōe absqꝫ ipsius resolutiōe. Et ꝑpterea oīa q̄ putrēt hac putredine efficiuntꝛ mollia et humida. Sps eñ non possunt putrere hac putredine manifesta cū sint remissiue substātie habētes humidū faci/le vaporabile: cuius non pōt apparere sepatio a partib⁹ terreis. Sed hūores possunt putrere hac putredine manifesta. ꝑpterea hūorales ſm pl'm sunt putride. ¶ Et si instetꝛ ꝙ spūs possunt putre/re putredine descripta ab Aristo. iiij. methauroꝝ dr̄ ꝙ ē verū. sed tñ illa putredo spūs. qꝛ nō est sen/sibil' nō facit vt apđ medicos effi. dicātꝛ putride.

Tertium dubium discussione di/gnū est nūq̄d ef/fimera possit ꝯiungi cū putrida vel ethica. ī quo dubio sunt due famose opiniones. ¶ Una Tha/dei doctoris antiq̄ssimi q̄ tenet effimerā nō posse cōiūgi cū ethica vel putrida motus auctoritate Isaac. 2°. febriū. et auctoritate Gal'. pmo de diffe/rētijs febriū. 8. cap. vbi dixit. Calefiunt eñ āpli⁹ Isaac israelita / Galenus.
ī effimeris supfluitates. deinde principiū putre/factionis huic assumētes accēdunt aliā febrē spe/cie priore iā q̇escēte. Ecce vult ꝙ qn̄ putrefiūt hu/mores accenditꝛ alia species feb. ab effimera et ꝙ effimera q̇escit cum accenditur putrida. ¶ Huius aūt causam reddens Thadeus dicit: ꝙ caliditas Thadeus flo/rētinus.
putride ꝛ ethice pertrāsit spm̄. qꝛ cal'itas nō figitꝛ in substātia spūs. qꝛ substātia sua ꝑ actionē cal'i/tatis putride febris aut ethice nimis subtiliatꝛ et exterminatꝛ vt nō sit potēs ad retinēdū cal'itatē in eo īpressaz deducto spāli cōseruāte. Quare licet spūs ita subtiliat⁹ ageret caliditatē in corde sen/sibiliter ledentē opatiōes: nō tamen illa cal'itas debet dici feb. effimera: cum non sit aliqđ calefa/ctum esse in spiritibus.

Secunda opinio fuit thome de garbo q̇ in ꝯmēto libri de differentijs Thomas de garbo.
febriū recitans opinionē Thadei dicit illam opi/nionē esse ita vilē vt non sit digna redargui. quasi dicat ꝙ ex seipsa manifeste falsa est. ¶ Sed tamē si quis bene cōsiderauerit erit difficile repire me/liorem viā ad saluandū dicta Gal'. et Isaac locis supra allegatis. Ipse ergo vna cuz Gentili tenet Gentilis.
effimerā posse causare putridā et ethicam cū q̇b⁹ coniungi potest. et similiter putridam et ethicam posse causare effimerā cum qua cōiungi possunt. Et tertio ꝙ ipse possunt simul coniungi penden/tes ab vna aliqua causa vel pluribus. ¶ Primum sic ꝓbatꝛ. ponatꝛ sor. habere talem dispositionem in humorib⁹: vt hinc ad duas horas debeat īcur/rere febrem putridā. et ꝙ nunc ex calefactione so/lis incurrat effimeram: que agens in humoribus sortis ad putredinē dispositis velocitet eorū pu/trefactionē ita vt sequatur putrida. Et certum ē in hoc casu effimerā per aliqđ tēpus posse cōiun/gi cū putrida. aliter sequeretur latitudinem fixio/nis caliditatis spirituum subito deperdi vtputa initiante putrida. ¶ Et confirmatur: quia in casu priori ex actione caliditatis solis possunt spirit⁹ taliter disponi vt in fine secunde hore incipiat ef/fimera: et per casum etiam incipiet putrida. ergo ambe possunt simul incipere. et cum nulla latitu/do subito deperdatur: vt supra per aliquod tem/pus remanebunt coniuncte.

¶ Secundo ꝑncipaliter arguitur sic. quācūqꝫ ca/

Aristoteles.

liditatē potest recipere in facto esse. ergo putrida calefaciēte spm̄ poterit q̄cunq̄ gradus caloris a putrida ipressus i spm̄ recipi in facto eē. Et si sic effi. et putridi. simul cōiungūtur. tenet pn̄a. et assumptū manifestū est. quia frequenter omnem caliditatē quam recipit spūs a causis extrinsecis recipit in facto esse: aliter non sequeretur effimera. ergo etiā potest esse per actionem febris putride in spiritum. ¶ Et cōfirmatur: quia ille motus est calefactio. sed terminus cuiusq̄ motus est mutatū esse. v. phy. ergo terminus calefactionis spūs est calefactū esse: ipsius qd̄ est causa effime. quare putri. et effimera simul coniungentur. ¶ Tertio sic. humor putridus existēs in bubone potest esse causa effimere ponēdo spūs in calefacto esse. Et potest esse causa putredinis cōicādo vapores putridos cordi. ergo bubo erit simul causa vtriusq̄. ¶ Quarto sic. potentior est caliditas febrilis ad calefaciēdum spm̄ quā sint multe cause extrinsece. sed ille possunt inducere in spūs caliditatē factā sufficiētem ad effimeram. ergo etiā febris putrida poterit inducere eandē vel similē caliditatē in spiritū sufficientem ad causandū. ¶ Quinto argumento Thome qd̄ est sicut demr̄atio. accipiamus cor sortis ethicū. putrefiat sanguis in ipso existens et faciat putridā durantē per quatuor dies. tūc in hoc tpe necessariū est nouos spūs in corde ex sanguine ibi reperto generari qui spūs erunt putridi sicut sanguis ex quo generātur. et si sic seq̄tur q̄ habebunt caliditatē fixam q̄ est causa effimere. ergo simul ethica effimera et putrida pendēs a sanguine putrido cōiungētur. ¶ Sexto p̄suppono q̄ stantibus causis sufficientib' ad productionē alicui' effectus: ille effectus producatur et tam diu duret effectus quā diu durant cause sufficientes ipsum conseruare. ¶ Presuppono scd̄o q̄ calefactū esse humorū sufficiens causare caliditatē in corde sensibiliter ledentē operatiōes sit causa putride ita vt quā diu duret tam diu cōseruetur putrida. Et silr̄ q̄ calefactū esse spūs ponens caliditatē in corde sensibiliter ledentē operationes sit causa effimere: ita vt quā diu duret tam diu cōseruetur effimera. Hoc suppositū manifestū est ex diffinitione effimere et putride. ¶ His suppositis arguitur sic. caliditas medicine calide in tertio: sicut est confectio anacardina sumpta in potu ponit in spiritibus calefactum esse sufficiens ad febrem effimeram: sed tantā proportionē ad calefaciendū spm̄ calefactū esse humorū potest habere quātā habet confectio anacardina. ergo si cōfectio anacardina ponit in spiritibus calefactū esse sufficiens ad effimerā: etiam calefactū esse humorū agens ab eadem vel simili proportione idem poterit facere quo stāte sequitur q̄ putrida et effimera simul cōiungentur. assumptū aūt probatur qꝛ tanta precise potest esse potētia calefacti esse humorū quāta ē potentia confectionis anacardine. Et quecumq̄ sunt equalia se habent in equali proportione ad tertiū ex primo Euclidis. ergo &c. assumptū autē probatur. quia potētia calefacti esse humorū potest esse maior quam potentia confectionis anacardine. et pōt eē minor. ergo pōt eē eq̄lis: q̄re &c.

Thomas de garbo

Tertia opinio nondū vulgata que ē Agonis et quorūdam modernorū ponit quatuor cōclusiones. ¶ Prima q̄ effimera potest esse cā putride vel ethice cū q̄bus pōt cōiungi. ¶ Scd̄a q̄ ambe possunt ab eadē cā vel plurib' simul pēdere. et sic p aliquo tpe simul coniungi. ¶ Tertia q̄ illud tēpus est ita paruū vt non sit medico sensibile. ¶ Quarta q̄ nulla putrida vel ethica pōt eē causa effimere nec aliquo pacto cōiungi cū effimera ab ipsis pendēte nec pro tpe: neq̄ p instāti. p̄ma cōcl'o et vltima sunt de intētione Isaac et Galeni p̄mo de differētijs febriū. Dicūt em̄ q̄ effimera pōt esse cā aliorū modorū fe. sed q̄ ipsa nō potest ab alijs causari. qꝛ spūs non habz materiā q̄ possit retinere calorē cessāte alia febre q̄ est cā. ¶ Et hanc cōclusionē p̄mā probant rationes adducte p opinione Gētilis et Thome et similiter per easdē pbatur cōcl'o scd̄a. Et cōclusio tertia est de intētiōe Isaac et Galeni. in libris iam allegatis cū dicūt q̄ spūs nō habēt materiā que possit retinere calorē cessāte alia febre que est cā. Propterea auctores parū faciūt mentionē de cōplicatione effimere cū alijs modis febriū. ¶ Vltima aūt cōcl'o pbatur etiā experiētia. Nūq̄ em̄ vidimus post parorismū tertiane etiā in corpe colerico qd̄ est patissimū ad effimeras remanere effimerā. qd̄ tamē deberet esse si putredo posset causare effimeram. Et similiter nūq̄ cōpertū est effimeram sequi putridam vel ethicam. quare &c.

Galenus. Isaac.

Sed opus est vt respōdeam' ad argumenta Thome et Gētilis q̄ pcedunt contra hāc cōclusionē. Obmisso ergo primo argumēto suo qd̄ facit p p̄ma cōclusiōe respōdetur ad scd̄m q̄ quācūq̄ caliditatē ab aliquo determinato agēte impressam: vt puta a sole vel vino que nō sunt fortia agētia pōt recipe spūs i facto esse: sed nō a febre putrida q̄ exterminat spūs substātiam ita vt caliditas nō possit figi. ¶ Et ad cōfirmationē cōceditur q̄ termin' intrinsecus calefactionis est calefactū esse. i. gradus caliditatis inducte. nō aūt est calefactū esse more medicorum qd̄ ē caliditas fixa. ¶ Ad tertiū dicitur q̄ humor putridus existēs in bubone si causat putridā nō causat effimerā. qꝛ pter fortitudinē sue actionis exterminat spirit' substātiā. ¶ Ad quartū negatur cōsequentia. et cōceditur q̄ minus potēs caliditas pōt inducere in spiritibus calefactum esse: qd̄ fortior caliditas nō pōt inducere: licet possit inducere valde intensiorem caliditatē. Et cōsequēter cōceditur q̄ quāto caliditas magis intenditur in aliquo subiecto tāto minus figitur. Exēplū manifestū habes i carnib' in q̄b' figitur calitas putredinalis a calore ptinēte. s. aere: et tm̄ nō figitur in eis caliditas a caliditate ignis assante aut elixāte. nā remote ab igne statim ifrigidantur. sed licet remoueantur ab aere calido et ponantur in aere frigido aut i aq̄ nūq̄ ampli' remouetur calor putredinalis. Sz si deberet remoueri poti' remoueretur per actionē fortis caliditatis. ¶ Ad q̄ntū Thome dr̄ q̄ sp̄s genit' ex sanguine putrido nō ē putridus. qꝛ nō hz calitatē fixam pter nimiā tenuitatē sue substātie. neq̄ est necessariū q̄ oē genitū ex putrido sit putridū. vt ē apd̄ Auic. de fe. sāgui. ¶ Ad sextū admissis suppositis forte cōceditur q̄ calefactū eē hūorū pōt iducere calefactū eē i spiritib' sufficiēs ad effimerā. Sz dr̄ q̄ illd̄ calefactū eē hūorū nō sufficit causare febrē putridā: sz solū neutralitatē febris. Et si esset ita potēs q̄ causaret putridā nō poneret calefactū eē in spiritib'. qꝛ nimis subtiliaret eorū substātiā. ¶ Cōtra. calefactū eē hūorū ē potētius aut eq̄ potēs ad calefaciēdū cor q̄ calefctm̄ eē spūum: cū pducatur ab eo: sz calefactū eē spūum pducit in corde caliditatē sensibilr̄ ledētē opatiōes. ergo etiam calefactū esse humorū pducet in corde caliditatem sensibiliter ledentē operatiōes. Replicatio ē efficax. quare est aliter respondendum.

Vltimo cōtra

Ultimo contra ultimam conclusionez arguitur. nā effimera potest couiungi cū putrida cuius ipsa effimera est cā iuxta primā cōclusionē. sed tanta precise potest esse proportio putride non sequentis effimerā ad calefaciendum spiritus: quāta est putredo sequētis effimere. ergo si effimera potest cōiungi cum putrida sequēte ipsam effimeram: etiā effimera sequens putridaz poterit coniungi cum ipsa putrida. Nam postq̄ est eadem pportio vtriusq̄ putride ad calefaciendum spiritus non magis vna subtiliabit spiritus substantiam q̄ altera. ¶ Et confirmatur. quia a duobus agentibus s. a causa effimere et putrida magis subtiliat̄ substantia spiritus q̄ a putrida tantū. ergo ꝛc. Opinio tamen dicens ꝙ nullo modo possunt effimere et putride coniungi potest facilius defendi q̄ hec vltima: et est mentibus auctorum magis conformis. et maxime Galeni ꝛ Isaac in locis supra allegatis. Et Auic. i capitulo presenti. vbi dicit. Et intentio quidem permutationis est ꝙ retentio caliditatis pertransit spiritū ad corpus aut humorem. quasi dicat non retinetur in spiritu cum figitur in corpore aut humore. et in hoc sequitur Ga. primo de differentijs febriū. loco supra allegato et ratio mea vltima suprascripta est efficax contra opinionem Ugonis. et tu potes formare casum in quo manifestius apparebit vis illius rationis.

Auicenna.

¶ Et sunt quidam hominum qui estimāt ꝙ febris effimera non fit nisi ex labore spiritus et corporis et illud est error.

¶ Hic narrat falsam opinionem circa causas effimere. et patet ex labore spiritus. i. accidentibus anime et labore corporis. i. exercitio. Est. n. certuz ꝙ a multis alijs causis preter istas potest effimera contingere.

¶ Et iste quidem secunduz plurimum recedunt in die vno et raro pertranseunt tertium diem. nam si pertranseant illam quātitatem estimatur de esse earum ꝙ ipse permutātur. Et intentio quidem permutationis est ꝙ retētio caliditatis pertransit spiritum aut ad corpus aut humorem. licet sint de hominibus qui dicant ꝙ ipsa quandoq̄ remanet sex diebus ꝛ consumitur integra cōsumptione cui non esset similis si permutaretur ad aliud genus.

¶ In hac parte ponit tempus durationis effimerarum. et dicit tria. primum ꝙ feb. effimere secundum plurimum recedunt in die vno. i. in. xxiiij. horis. et raro pertranseunt tertiam diem. et si pertrāseant tertiam diem estimatur ꝙ ipse permutantur ad humoralem vel ad ethicam. Secundo dicit ꝙ intentio huius permutationis. i. ꝙ hec permutatio sic intelligitur ꝙ retentio caliditatis. i. caliditas fixa pertransit spiritum ad corpus aut humorem. quia figitur in corpore aut humore et non in spiritu. Ex quo manifeste collige ex modo loquendi Aui. ꝙ cum fit ethica aut putrida cessat effi. que prius fuerat. quod etiam est de intentione Galeni et Isaac locis supra allegatis. Tertio dicit ꝙ quidam ex hominibus dicunt ꝙ effimera quandoq̄ remanet sex diebus et consumitur integra consumptione cui consumptioni integre non esset similis si permutaret̄ ad aliud genus febriuz quasi. d. ꝙ in his sex diebus remanet effime. absq̄ transitu in aliud genus febrium. Causa quare durat vera effi. solum. xxiiij. horis est. quia spūs sunt tenuissimi quare vel corrūpuntur in hoc tempore vel per infrigidationem ad benignum reducunt̄ nisi habeant causam continue fouentem. pertranseunt autem aliquando vsq̄ ad diem tertiū et vltra quando sunt non vere pendentes a causa corporea continue calefacientis. Nec est credendū ꝙ idem spūs nūero faciat effi. durātē trib⁹ aut pluribus diebus cū fere in quacūq̄ cibatione restaurētur noui spūs. ij. terapēti. primis ergo spiritibus corruptis accenditur caliditas in alijs donec remoueatur causa corporea a qua pēdet calefactuz esse spiritus. ¶ Contra tertium dictū instatur. qr potest vna putredo cōsumi in paucioribus q̄ sex dieb⁹. ergo dictū Aui. non verū. assumptū manifestum de tertiana vnius paroxismi ꝛ de febrib⁹ peracutis q̄ in. iiij. terminantur. ¶ Respondendū ꝙ cōsumptio illarū non est similis consumptioni effi. qr cum manifesta euacuatione consumuntur effi. vero nō: cum substantia spirituosa non possit sensibiliter euacuari.

Galenus.
Isaac.

¶ Et hec quidem febris ē facilis curationis et difficilis cognitiōis. et similiter principium ethice.

¶ In hac parte dicit ꝙ feb. effi. est facilis curationis et difficilis cognitionis. ¶ Contra effimera ē facilis cognitionis apud Gal. primo de differētijs febrium. ¶ Dicendū dupliciter. primo ꝙ effi. comparata ad putredinem est ꝫm p̄lm difficilioris cognitionis quā putredo. et hoc voluit Auicē. sed comparata ad principium ethice est faciliorıs cognitiōis. et precipue cum ethica est alijs febribus complicata: et hoc voluit Gal. ¶ Aliter dicendū ē ꝙ effimera cum incipit est difficilis cognitionis. cum autem processit vsq̄ ad statum vel declinationem est facilis cognitionis. primum voluit Aui. ꝫm Gal. Est autem difficilis cognitiōis: quia parum impedit hominem in suis operationibus. et calor suus est parum mordax vix recedēs a dispositiōe sanitatis. ¶ Item videt̄ ꝙ ethice p̄ncipium sit difficilis curationis: cum sit caliditas fixa in membris non facile remouibilis. ¶ Dicendum ꝙ est facilis curatiōis comparata ad putredinem ꝫm p̄lm occurrentes. quia sibi non debetur in principio nisi infrigidatio que faciliter per applicita et assumpta ꝑfici' potest: sed putridis preter infrigidationem que debetur feb. est alia intētio circa digestionem humoris et ipsius euacuationem que non facile completur.

¶ Et homines quidē velocius cadētes in febres effimeras: et qui vehemētius leduntur ab eis si erretur in eis: sunt illi in quib⁹ calor et siccitas sunt magis vincentes: q̄m perueniunt velociter ad ethicā et tertianā. Deinde illi in quibus calor et humiditas vincunt: quoniā perueniunt velociter ad febrē putredinis. deinde illi in quibus calor ē plurim⁹. deinde illi in q̄b⁹ ē plus siccitas.

¶ In hac vltima parte ponit que corpora sint ad feb. effime. paratiora. secūdo dat quendam canonem. ibi scōa. (Et cum illi.) In prima parte ponit quatuor ordines preparatorum tam ad casuz in effimera quā ad hoc vt ledantur ex effimera. In primo gradu sunt corpora calida et sicca: quoniā

peruenīunt velociter ad ethicam et tertianam. in scōo ordine sunt calida et hūida: qm̄ ꝑueniunt velociter ad feb. putredinis. in tertio gradu sunt calida tātū: in quarto sunt sicca tm̄. ¶ Cōtra calida tantū sunt magis ꝑparata ad effi. ꝙ calida et humida humiditate prohibente spirituum inflāmationem. igitur ordo malus. ¶ Respondetur concedēdo illud ad quod deducit. sed intētio Auic. fuit ordinare ista corpora non solū in preparatiōe ad casum in effimeras: sed ad casum in effimeras et ad lesionem ab eis simul. Nunc autē corpora calida et humida sunt magis apta ledi ex trāsitu ad effi. ꝙ corpora calida tantū. q2 citius transeūt ad putredinē ꝙ calida tantum. Aggregatum ergo ex vtraq3 preparatione est maius in calidis ⁊ humidis ꝙ in calidis tantum.

¶ Et cū illis qui habēt cōplexionē calidam et siccā accidit fames ⁊ adueniūt cum ea vigilia et labor aīalis et labor coporeus festinat ad ipsum febris effimera cum horripilatiōe quadā: ꝙ si nō succurrat ⁊ cibet statim festinabit ad ipm febris putredis.

¶ Quid dicat in hac parte vltima est satis manifestum. Sed est dubium quomodo febris effimera incipiat cum horripilatione: cum nō cōueniat effimere incipere cum typo nec pulsus coartatione. vt in cap. sequenti. Dicendū horripilationē fieri in corpore colerico ex quibusdā vaporibus ad cutim sparsis per calefactionez effimere et nō accidit merito spirituuz. nisi ergo succurrat iuxta textum his corpibus colericis cū cibo quiete animi et corporis somno ⁊ huiusmodi infrigidantibus facile trāseūt in effi. et ex effimera ī putridā.

¶ De signis effimerarum in generali.



E proprietatibus earum est ꝙ ipse non fiunt a causis antecedentibus.

¶ In hoc capitulo agitur de signis febriū effimerarum in generali. et habet hoc cap. viij. partes ſm ꝙ sunt octo maneries signorū ipsius effimere. ¶ Prima est sumpta a causis. scōa a priuatione coartationis pulsus. tertia a caliditate miti. quarta a pulsu et vrina simul. quinta a pulsu tantū. sexta ab accidētibus. septima a sudore. octaua ab experientia per balneū. partes patebūt discurrendo per textū. ¶ Prima maneries signoꝝ effimeraꝝ est ꝙ nō fiūt causis antecedentibus. i. corporeis. sed a causis primitiuis. et hoc intelligit de effimeris veris. nam non vere possunt fieri a causis corpeis iuxta determinata superius. et hoc est signum ꝓpriū effimerarū verarū. quia conuenit omni effimere vere non soli. cum etiam multe putride fiant a causis ꝓmitiuis.

Alexander aphrodiseus. Manifestū est qđ facillime oīm spūs succenditur et celerrime dissoluitur: minusq3 fuerit quotidiana: absunt aūt humores.

¶ Neq3 incipiunt cū coartatione et est ꝙ ipse nō incipiunt scōm plm cū rigore et frigore extremitatū et profundatione caliditatis ⁊ declinatione ad pigritiā ⁊ somnū ⁊ submersionē pulsus et subtilitatē ei9 et diuersitatē eius et paruitatē ipsius: īmo fortasse accidit in principio earum similitudo frigoris ⁊ horripilationis ⁊ punctio cuius causa est vapor chimi mali et remouet velociter et accidit: sed raro rigor ꝓpter multitudinez vaporū ledentiū lacertos ꝓpter punctionem suam superflua multitudine.

¶ Ponit scōam maneriem signorum sumptorum a priuatione coartationis pulsus. et dicit duo. primum ꝙ non incipiunt effimere cum coartatione pulsus: et est ꝙ non incipiunt ipse ſm plm cū rigore frigore extremitatum ⁊ horripilatione notabili neq3 ꝓfunditate caliditatis pigritia ⁊ somno et submersione pulsus cum diuersitate ⁊ paruitate ipsius. Nam hec paruitas cum diuersitate a materia suffocante et tegente propter dicit pulsus coartatio. ¶ Secundo dicit ꝙ fortasse in principio accidit similitudo frigoris et horripilationis: sed nō frigus: nec horripilatio notabilis. Huius autem simultatis horripilationis et frigoris causa est vapor mali chimi. i. humoris vnde faciliter remouetur. Et similiter accidit sed raro rigor ita vt membra se concutiant propter multitudinem vaporum ledentium lacertos extrinsecos et cutim per punctionem suam superflua multitudine. maior enim multitudo requiritur ad faciendum rigorem siue similitudinem rigoris ꝙ similitudinem frigoris aut horripilationis. Et bene dictum est huiusmodi typos fieri a vaporibus ⁊ nō ab humoribus ſm ꝙ accidit in principio feb. interpolatarum. sic enim feb. essent fortes et diu durantes. isti tamen vapores non sunt putridi neq3 habent caliditatem fixam sed eleuati sunt per caliditatem febrilem ab humoribus non putrentibus. nam si essent putride ⁊ peruenirent ad cor esset feb. putri.

¶ Et est eius inflammatio nō mordicatiua aspera: immo bona sicut caliditas corporis laborantis et ebrij.

¶ Hic ponit tertiam maneriem signoruz sumptā a caliditate. dicēs ꝙ eius caliditas nō est mordicatiua. i. acuta fortiter imprimens in tactum neq3 aspera. quia non est cum siccitate et inequalitate sed bona. i. mitis sicut caliditas laborātis et ebrij ad differentiam caliditatis putredinalis que est mordicans. et caliditatis ethice que est aspera. ¶ Contra calor fundatur in substātia subtili ergo est mordicatiuus. negatur consequentia. quia dolor mordicatiuus fit ab humore qui qualitatem habet acutā. secunda primi. cap. de speciebus doloris. et similatur calori ebrij: quia est mitis sicut ille quāuis calor ebriorum quandoq3 occidat: vt in cōmento afforismoruz. Si inebriatus aliquis. Credo tamen ebrium non mori merito caloris vt calor est: sed merito multitudinis vaporum vini cerebrum opilantium ⁊ perducentium ad apoplexiam. vnde prohibito anhelitu fit suffocatio.

¶ Et cum vrina est in primo die digesta et pulsus bonus tunc iudica ꝙ est febris effimera. et illud ideo quoniam vrina non alteratur in ea inquātum ipsa est effimera: et ē sedimen eius digestum non decliue ad colorem humoris. et est quandoq3 nubes eius pendens. quādoq3 est natans eius boni coloris. et quandoq3 accidit vt non equetur color eius. tamen eius substātia est equalis: et non alteratur color eius nisi propter id quod associatur ei de causa alterationis vrine: quāuis non sit illic feb. effimera ex eo quod dicemus in tertiana et similibus ei.

¶ Ponit quartam maneriem signorum sumptaz ab vrina et pulsu simul dicens: ꝙ qñ vrina est in

primo die

primo die digesta et pulsus bonus.i.non coartatus sicut in principio iterpolatarū necꝫ etiā paruus et frequēs sicut in principio ethicarū: sed magnus velox et frequens sicut dicetur inferius. tūc iudica ꝙ est febris effimera. Et illud idō qm̄ vrina nō alterat̃ in ea.s.effi.nisi inquātū effime. q̄ ꝑ caliditatem simplicē suā absqꝫ alioꝝ humoꝝ mixtione potest vrinā tingere sed parum. et ideo subiungit ꝙ sedimen.i.ypostasis est digestū et non decliue ad colorē hūoris.s.peccātis:cū effimera sit immaterialis. Eius aūt nubes.i. ypostasis est qn̄qꝫ pendens circa mediū vrine.et quādoqꝫ est natans existens circa superficiē ꝑm ꝙ cōsueuit esse in sua dispositione naturali.boni coloris.i.non multuꝫ permutati a colore naturali. Et subdit ꝙ quādoqꝫ accidit vt nō equetur color eius.tamen eius suba est equalis.i.mediocris ꝑm ꝙ consueuit esse ī sua dispositione naturali. Et demū dicit ꝙ color vrine non alterat̃.s.notabiliter nisi propter illud qđ ei associatur de causa alterationis vrine quāuis illic nō sit feb.effi.et sunt cause que possunt esse īdifferēter in effi.in tertiana et quibuscūqꝫ alijs febribus sicut caliditas epis superflua: nimia abstinentia et similes. Ex quo infert̃ ꝙ per simplicē alterationem vrina potest aliqualiter tingi licet illud parum sit.magna eñi tinctura est per admixtionē rei tingentis:licet de hoc non sit paruū dubiuꝫ quia si textus dicit:et illud ideo qm̄ vrina nō alterat̃ in ea inquātū effi.textus ē clarus:et optime concordat particulis sequentibus. ¶ Sed cōtra hunc textū est textus Aui.in cap.de febre effi. ex āgustia cū dixit ꝙ signa eiꝰ sunt igneitas vrine et acuitas eius. Item in cap. de feb. effi.ex ira est aqua rubea acuti tactꝰ. Respondebit̃ ꝙ illud non est merito effi.inquātū effi.i.inquātum caliditas immaterialis accēsa in spiritibꝰ sed est merito inflammationis epatis et humorū:qđ potest etiam accidere in alijs febribus. vnde aliquid humoris cum vrina permiscetur tingens ipsam.

Dubitatur vtrum digestio apparens in vrina in principio et in toto processu feb.sit signū sufficiens ad concludenduꝫ effimeram. ¶ In quo dubio tenendū est ꝙ sic. vbi feb.incipiat a materia digesta. in quo casu sola digestio non est signum efficax sed digestio simul cum bonitate pulsus. ¶ Cōtra.qꝛ effimera ē morbus immaterialis.ergo signū eius non debet esse sumptū a materia. ¶ Ad qđ dicit̃ ꝙ licet non habeat materiā a qua pēdeat:et licet signa digestionis non sumant̃ a materia eius: sumuntur tamen signa digestionis maxime bona ypostasis et mediocritas substātie ab humoribꝰ naturalibus in corpore effimerante repertis. ¶ Et si instet̃ scđo ꝙ digestio potest apparere in feb. tertiana q̄ habet tantū duos paroxismos in prima die. ergo illđ non est signum efficax ad significandū effimeraꝫ. ¶ Dicēdū ꝙ signū digestionis:licet appareat in in fine p̄mi diei:non tamen apparet in principio sicut in effimera. ¶ Et si instetur tertio qꝛ ī effi. ex nauseatiua satietate et opilatione apparet vrina cruda. Dicendū illud non esse merito effimere:sed merito cause eius.

¶ Et pulsus est decliuis ad spissitudineꝫ et fortitudinē et magnitudinem nisi in ea q̄ est a passiōibus debilitātibus.et nisi fuerit in stomacho hūor mordicatiuꝰ aut frigidus aut causa alia de his que mutant pulsum preter febrem.

¶ In hac quinta parte ponit q̇ntā manerīē signorū sumptā a pulsu.⁊ p̄mo declarat qualis debeat esse pulsus effimerantis ꝑm q̇nqꝫ conditiones. in scđa parte ponit canonē correctiuum circa dicta de pulsu et vrina ibi.(Et scias) p̄ma cōditio ē ꝙ pulsus est spissus fortis et magnꝰ. Ex quo cōcluditur ꝙ sit velox nisi in ea effi.q̄ prouenit a passionibus debilitātibus:sicut dolore vehemēti ⁊ huiusmodi:⁊ nisi fuerit ī stomacho hūor mordicatiuus:aut frigidus:sicut frigꝰ fl'atis: aut cā alia de illis que mutāt pulsum preter febrem sicut exercitium forte resoluens et nimia fames.

¶ Et raro quidē diuersificat̃.si vero diuersificet̃ erit ei ordo.nam si diuersificet̃ illud tūc erit ꝓpter causam aliā antecedentē febrem:aut vicinātem ei sicut est labor vehemens:aut mordicatio vehemens in visceribus:et similia his.

¶ Scđa cōditio.ꝙ pulsus effimerātis raro diuersificatur.⁊ si diuersificet̃ erit ei ordo in diuersitate sua. Causa aūt diuersitatis nō est effi.inquātū est effi.sꝫ cā an̄s febrē:sicut exercitiū vehemēs aut ꝓpter causam vicinā.i.existentē simul cum effi. sicut mordicatio vehemens in visceribus.⁊ similia his que faciunt pulsum diuersum resoluendo aut opprimendo aut propter fortem pugnam.

¶ Et quādoqꝫ accidit vt induret̃ ꝓpter frigus vehemēs et inspissans infrigidans: aut ꝓpter caliditatē solis vehementē exiccantē:aut ꝓpter vehementē laborē exiccātem:aut famē: aut angustias:aut vigilias: aut euacuationes.

¶ Tertia conditio ꝙ pulsus effimerātis non debet esse durus:licet quādoqꝫ induret̃ aut propter frigus vehemēs.s.extrinsecū indurās arteriā: aut ꝓpter solis caliditatē vehemētē exiccantē arteriā aut ꝓpter laborē vehementē aut famē:aut angustiam.s.oris stomachi.aut vigilias: aut euacuationes:que oīa exiccant et indurant arteriam.

¶ Et quādoqꝫ festinat in eo dilatatio et tardatur constrictio et nō festinat plus q̄ꝫ naturalis nisi raro et cum velocitate pauca:qm̄ necessitas euētationū in eo est vehementior q̄ꝫ necessitas educendi vaporē corruptum.vapor eñi in eo non est corruptus cōparatiōe sui ad equalem:imo est bonus comparatione sui ad eum:⁊ cum ambiguꝰ sit tibi pulsus ⁊ constrictio eius tunc scias ex anhelitu.

¶ Quarta conditio pulsus est ꝙ diastoles siue dilatatio festinat.i.velocitatur et tardatur constrictio siue sistoles et non festinat.s. constrictio plus q̄ꝫ naturalis nisi raro.i.parum.⁊ est cum pauca velocitate.in comparatione ad diastolem. Omniū horū causam reddens dicit ꝙ necessitas euentationis est vehementior in effimerante q̄ꝫ necessitas educendi vaporem corruptum.quia vapor nō est corruptus in effimerante cōparatione sui ad eum. ¶ Circa quas partes notandū ꝙ diastoles in effimerante est maior velocior ⁊ frequentior q̄ꝫ sit sistoles.quia necessitas euentandi est maior q̄ꝫ necessitas mundificandi et educendi vapores corruptos.constrictio tamen in effimera est maior velocior ⁊ freq̄ntior q̄ꝫ sit ꝯstrictio sui sani sꝫ nō multū.qꝛ vapores effimerātes sunt calidiores q̄ꝫ ipsiꝰ

sani:tamen non peccant in grossitie aut multitu dine magna respectu sui sani. et hoc est qđ dixit. vapor nanq̄ in eo nō est corruptus in comparatio-ne sui ad eum. qđ intellr̄ in materia subiecta: non aūt in caliditate. Est enī natura calidior ī effime-rante ꝙ̄ in nō effimerante. et cum ambiguus sit ti bi pulsus ꝙ tu non ꝯprehendas eiꝰ constrictionē que a paucis cōprehendit̄ nisi a Gal̄. tu debes iu dicare per anhelitū. nam pulsus et anhelitus ꝓ-portionant̄. ¶ Preterea videbis dilatationē an-helitus maiorem velociorē et frequentiorē in effi merante ꝙ̄ sit constrictio. et cōstrictionē maiorez velociorem et frequentiorē ꝙ̄ tempore sanitatis.

¶ Et pulsus quidē redit post eradicatio-nem eius ad consuetudinez eius naturalē in corpore illo et hoc est signum bonum.

¶ Quinta conditio ꝙ pulsus post eradicationem febris redit ad consuetudinē naturalez. et hoc est signum valde efficax sup̱ effimera. in hūoralibus nanq̄ quāuis sint interpolate s̄m ph̄m non oīno re dit ad dispositionem naturalez propter aliquas reliquias humoris putrētis.

¶ Et scias penitus ꝙ quotiēs vrina ⁊ pul sus sunt boni significāt ꝙ febris est effime ra. et quādo non sunt boni non oportet ꝙ nō sit effimera. multotiēs enī est ī ea vrina tincta, ⁊ pulsus diuersus ⁊ debilis: et pūus.

¶ In hac pte ponit canonē correctiuū signi sum-pti a pulsu et vrina dicens. ꝙ quotiēs vrina ⁊ pul sus sunt boni significant̄ ꝙ feb. est effimera. sed qn̄ nō sunt boni non opꝫ ꝙ tu iudices ꝙ non sit effi-mera. nam multotiēs est vrina tincta .s. notabili-ter et pulsus diuersus debilis paruus ꝓpter cau sas alias ab effimera. ¶ Contra. ad cuius esse se-quitur aliquid: ad eius non esse sequitur contra-rium: vt Mesue. ij. cap. ergo si vrina bona signifi cat effimeram: quādo nō est bona significat ꝙ nō est effimera. ¶ Dicendū ꝙ propositio illa verifica tur in causis et effectibus cōtrarijs et adequatis.

¶ Et de illis que significant ꝙ ipsa est fe-bris effimera est vt sit principiū eius facile et leue. et sit augmentū eius non addēs su pra duas horas: et neq̄ associentur statui accidentia vehementia. et vt non accidant in ea accidentia praua. et nō sit in ea ebuli tio caloris vehemens: et minorantur cū ea dolores. ꝙ si cū ea fuerit dolor capitis aut dolor alius nō sit fixus inseparabilis post eradicationem eius. Et hec quidem signi-ficant ꝙ ipsa est effimera.

¶ Ponit sextam maneriem signorū sumptam ab accidentibus dicens. ꝙ febris effimera habet pͥn cipium facile .i. paucoꝝ accidentiū et leue .i. facile tolerabile. aliter leue .i. cum caliditate remissa. se-cundo dicit ꝙ augmentum eius nō est addens su pra duas horas. calor enī actualis in re tenui in paruo tēpore tendit ad summū. ⁊ in statu sunt ac-cidentia parua ⁊ dolores .s. capitis et aliorū mē-brorum minuuntur. Et subdit ꝙ si aliquando ac-cidat dolor capiti aut alius dolor sicut in corpo-ribus valde sensitiuis: ille dolor non est fixus sed immediate eradicatur cessante effimera. et hoc ē signū efficax. non enī ita accidit in putridis.

¶ Et ph̄m quidem eradicationis eius fit per sudorem et humorositatem similem su dori naturali non humoroso. et non sit ve-hemens superfluitas iterum in quātitate sua: immo appropinquat sudori naturali in quātitate sua sicut est ꝓximus ei in qua-litate sua. si enim videris sudorem plurimū tunc febris erit non effimera.

¶ Septima cōgeries signorū est ꝙ s̄m ph̄m termi natur effimera per sudorem ꝓpinquū naturali in qualitate et quātatite. nā si esset multus non esset effimera. Similiter si esset mordax aut acutus aut sapiēs naturam extraneā alicuius humoris signi ficaretur ꝙ non esset effimera.

¶ Et de eis de quibus febris effimera ex-peritur: est vt ingrediatur balneum habēs eam: cūq̄ morā fecerit euenire in eo quasi horripilationem non consuetam scitur ꝙ febris est febris putredinis: et egrediatur habens eam ex balneo ilico. et si nihil alte rat̄ a dispositiōe sua tūc febris ē effimera.

¶ Ultimo docet cognoscere effimeraꝫ per experiē tiam de balneo. Et patet qđ dicit. per balneū enī in febre putrida liquefiūt humores qui peruenie-tes ad membra sensibilia faciunt horripilationē non consuetam. hoc autē non accidit in effimera.

¶ Gētilis super hoc capitulo mouet duo dubia. Duo gentilis dubia.

Primum dubitatur vtrū effimera habeat quatuor tempora. ¶ In hoc du-bio tenenda est hec cōclusio. licet effimera nō ha-beat quatuor tēpora penes materiā distincta. ha bet tamen quatuor tēpora penes morbi essentiaꝫ et accidentia distincta. prima pars est manife-sta. quia est morbus immaterialis. scđam partem declarat Auicē. in sexta manerie signoꝝ effimera-rum qui attribuit sibi principium leue. augmen-tum breue: statum non prauuꝫ: declinationē per-fectam.

Secundum dubium vtrum aliqua ef-fimera sit mortalis. ¶ In quo dubio teneatur hec conclusio. licet effimera s̄m plurimū sit salubris ⁊ ad salutem terminetur. Aliqua tamen est mortalis de necessitate ad mor tem terminanda. prima pars questionis proba-tur. nam effimera est egritudo parum seua non timorosa. et proprie non numeratur inter acutas quāuis sit breuis terminationis: vt est apud Aui-cen. superius in capitulo tertio. huius prime fen. secūda pars conclusionis probatur. Nam in effi-mera possunt esse spūs cordis: et ipsum cor infe-cti qualitate venosa: vtputa per inspirationem aeris pestilentialis: quapropter spiritus cordis poterunt corrumpi anteq̄ noui regenerentur. et sic accideret mors. et hoc modo concederetur ali-quam effimeram esse morbum pestilentialeꝫ mor talem. ¶ Secūdo etiam si non essent spiritus in-fecti maligna qualitate nec esset pestilētialis: po test tamen esse mortalis respectu alicuius subie-cti. nam ipsa est morbus: et ledit sensibiliter ope-rationes: et est alicuius potentie ad debilitandū virtutem. ¶ Cum autem sit necessarium ex decur-su etatiuo hominem tēperatum deuenire ad non gradum virtutis: aliquando effimera habebit ꝓ-portionem maioris inequalitatis ad virtutē eius quare morietur ex effimera. Ampliꝰ sicut dicit Gē-tilis ex auctoritate Galeni ī libro de quatuor tē-poribꝰ morbi. effimera poterit esse mortalis vni homini et non alteri. qꝛ vnus habet sanitatē vniꝰ modi nō potentē resistere effimere. alter facillime resistet. Gentilis.

resistet. sanitates enim quorundam in indiuisibili cōsistunt: ita vt a quocunq excessu supra tēperamētū suum facillime et multū patiunt. Quidam autē difficillime et vnus multū leditur ab vna re et nō ab alia. alter ecōtra. Tante aūt varietates cōtingunt sm varias proportiōes elementorum et qlitatū elementorum et sm variā proportionē mēbrorum inter se. vnde in vno indiuiduo cor cōpatit vni mēbro et nō alteri: in alio indiuiduo ecōtra. et tertio sm proportionē variā naturarū inter se. s. cōplonis cōpositiōis et vnitatis. et quarto sm varias qlitates insequētes materiā. et qnto sm varios influxus celestes. et sexto in plerisq cōtingūt sm varietatem acuitatis sensus. et eius obtusionē. ¶ Utrū autem effimera sit porismalis videbit in cap. de effi. ex opilatione et nauseatiua satietate.

PERMUTATIO FEBRIS EFFIMERE.

¶ Cum expedit vt febrē effimerā patiens cibetur et errat medicus sup eam et nō cibet ipsum: pmutatur febris in corporibus colericis ad ethicā incedentē et in corporibus carnosis ad sinochā que est absq putredine. et fortasse permutatur ad illam q̄ est cum putredine.

¶ In hoc capitulo ponit Auicē. causas permutatiōis feb. effime. ad alias febres. Et habet hec pars duas partes sm q sunt due cause siue duo errores hic specificati quib' fit trāsit' ex effimera ad alias feb. &c. ibi scda. (Et similiter) In pma dicit q si expedit vt patiēs febrē effimerā cibet et medicus erit omittēs cibatonē tunc febris effimera permutat in corporibus colericis ad ethicā incēdentē et in corpib' carnosis que sunt sanguinea ad sinocham sine putredine. et fortasse cōtinuata actione caloris febrilis permutat ad sinochā cū putredine. Ratio quia obmisso cibi est causa huius permutationis et cibatio prohibet ipsam. qr cibus refrigerat corpus et proprie conuenienter exhibitus. et humectat ipsum: quapropter prohibet vlteriorē calefactionē et exiccationem. ¶ Notandum q per ethicā incendentem debet intelligi ethica habens calorem intensum. non enim omnes ethice habent eundē gradū caloris sed diuersificant sm corporū cōplexiones et sm causas faciētes eas. in calidiorib' enim corporib' fit ethica cū maiori gradu caloris pter simboleitatem. sed in frigidioribus est remissioris gradus. Agentia etiam valde calida caliditatē figunt intensiorem. et ecōtra remissius calida remissiorē. non est tamen negandum quin corpora colerica possint per cibi omissionē produci ad febres colericas: immo forte valde citius q̄ sanguinea in sanguineas. sed maxime locutus est de ethica. in hanc enim multo magis parata sunt q̄ reliqua corpa. alter textus habet ethicam intendentē. i. procedentē vel aptam procedere et diu durare. alter textus habet ethicā incendentem. i. causonem. sunt enim apta perduci ad ethicam et causonem.

Ethica incendens.

¶ Et similiter quando necessariū est adiutoriū in aperiendo poros rarificando corpus: et non fit: inflāmatur in humoribus retentis in corpore inflammatione eius quod calefacit cum fortitudine eius quod putrefacit.

¶ In hac scda parte ponit scdm errorē. Nā quando poris opilatis esset necessarium ipsos aperire vt fieret transpiratio et non aperiuntur accenditur caliditas in humoribus et accenditur interdum fortis absq putredine: et fit febris humoralis absq putredine: et accēditur interdum fortis cum putredine: et fit febris putrida. et hoc est qd dicit textus, ille inflammatur in humoribus retentis in corpore inflammatione eius qd calefacit. s. absq putredine et inflāmatur inflammatiōe eius qd putrefacit. Sunt autē et multe alie cause transitus effimere in alias species febrium preter istas. sed has duas posuit loco exempli vt medicū cōmonefaciat. ¶ Notate tamē q licet sit possibile ex caliditate accensa in alijs humorib' fieri febrem humoralem sine putredine: vt inferi' in cap. de causone. medici tamen non fecerunt mentionē nisi de febre sanguinis sine putredie eo q illa frequentius contingit natura existente magis sollicita de sanguine q̄ de alijs humoribus. quapropter illum magis a putredine preseruat.

¶ Significatio illius est q ipsa declinat absq sudore aut humorositate. aut cū sudore absq mūdificatione per sudorem. et est declinatio longa difficilis et absq mundificatione pulsus: immo remanet in pulsu aliquid et remanet dolor capitis si fuerit. et hoc totū significat pmutationem ad febrē putrefactiōis humoris aut ethicam. nam si cause fuerit vehemētes aut plōget mora eius permutabitur ad ethicā.

¶ In hoc capitulo ponit signa trāsitus effimere in alias febres sicut dicit rubrica. et primo in generali. scdo in speciali. scda ibi. (q si) prima pars adhuc diuidit in quatuor partes sm q sunt quatuor signa. primum est quando effimera declinat absq sudore aut humorositate. s. sudore mediocri secūdum quia licet declinet cum sudore tamē non fit mundificatio integra per sudorem illum. tertiū est declinatio longa. s. vltra. xxiiij. horas et difficilis. s. cum seuis accidentibus absq mundificatione pulsus. quia pulsus non oino redit ad differentias naturales. quartum q remaneat dolor capitis si fuerit: et supplete vos alios dolores sequentes febrem: qd non solet accidere in effimera. nam recedente effimera q̄ primum recedunt oēs dolores et cetera accidentia: vt dictum est in caplo de signis effimerarum. Et hoc totum. s. aggregatum ex his quatuor signis significat transitum iā esse factum aut saltem esse in fieri ad febrem humoralem aut ethicam. nam si cause fuerint vehemētes aut prolongentur in hora actionis talis fit trāsitus in ethicam. Si vero non sint vehementes aut non diu durauerint fit transitus in humoralem.

Contra primum signum instatur. quia cū effimera sit morb' immaterialis declinare sine sudore qui est materialis non videtur proprium signum transitus in aliam febrem. ¶ Dicendum q quāuis immaterialis sit: tamē propter actionem sue caliditatis liquefiunt humores aliqui aut humiditates scde que declinante effimera sub forma sudoris euacuantur cum quarum euacuatione perfecte declinat effimera. Nō si non sudet in declinatiōe est aliqua quatuor causarum. aut quia superuenit typus aliquis prohibēs sudorē. aut qr subseqt fortis caliditas p quā fit illarum hūiditatū que debent sub forma sudoris

euacuari insensibilis euacuatio. Aut tertio. qr est
multitudo malorũ humidorũ qui nõ facile virtuti
obediũt. et hec tria significãt transitũ in putridã
Aut quarto. qr est ꝑuatio huoꝝ ⁊ hũiditatũ scdaꝝ
et hoc vltimũ significat trãsitũ in ethicã. Qd autẽ
accidat sudor ⁊ febris nõ mũdificeꝛ significat ꝙ
calor nõ est fundatus ĩ re facile euaporabili: sicut
est spũs. Et similiter ꝙ declinatio sit longa vltra
24. horas et difficilis. i. seuoꝝ accñtium: et rema/
nẽtia dispositionũ ꝑter naturã in pulsu: et rema/
nentia doloris capitis oĩa magis significant ca/
lorem ꝑter naturã esse fundatũ in huore ꝙ ĩ spũ q̃
est res tenuissima facile euaporabilis. ¶ Et si in/
stetur quõ declinet effimera si permutaꝛ. ¶ Rñde
tur ꝙ remittiꝛ aut oĩno recedit alijs febrib⁹ sup/
uenientib⁹. aut forte obumbraꝛ ꝓpter alia fortia
accñtia supuenĩẽtia. Et si poxism⁹ interpolate su
peruẽiat declinat forte cũ paroxismo illo. Penes

Thadei opi/nio.

tamen Thadeũ qui non vult effimerã et putridaꝫ
simul coniungi posse. Dicendũ febre putrida su/
perueniente ipsam omnino desinere.

¶ Qd si ad ethicã ꝑmuteꝛ videbis tactum
arteriarũ calidũ valde. et videbis febrem
similẽ vel fixam. et in oĩbus mẽbris addiꝛ
calefactio sup repletionẽ. et ĩ tꝑe acceptio
nis cibi aut videbis pulsum seruare equa/
litatẽ cũ duritie et paruitate. et videbis si/
gna reliqua q̃ diximus de signis ethice.

¶ In hac parte ponit signa spãliũ ꝑmutationum
primo ad ethicã. scdo ad sinochã sine putredine.
tertio ad fe. putridas. scda ibi. (Et qñ) tertia ibi.
(Et qñ) In ꝑma pte dicit ꝙ si cause fuerint vehe/
mentes aut multũ prolongate sicut valde longa
aut intẽsa tristitia aut longa statio sub sole: et sic
de singulis effimera ꝑmutaꝛ ad ethicã. cui⁹ ꝑmu/
tationis signa sunt quatuor. ¶ Primũ. qr videbis
tactũ arteriaꝝ cal'm valde in cõparatiõe ad reli/
quas partes corꝑis. vnde caliditas ꝑcepta in tẽ/
porib⁹ vbi est multitudo arteriaꝝ apparebit ma/
ior ꝙ reliq̃s partib⁹ priuatis arterijs. et sic de reli
quis ꝑtibus arteriosis. ¶ Scdm. qr caliditas fixa
in oĩbus mẽbris est similis. qr non addiꝛ neq3 mi/
nuitur sicut in reliq̃s febribus. ¶ Tertiũ. qr calefit
corp⁹ tꝑe acceptiõis cibi notabiliter ꝭm omnia
mẽbra. ¶ Quartũ. qr pulsus seruat equalitatẽ cuꝫ
duritie et paruitate. et in summa videbis reliqua
signa que inferius ponẽtur in ethica. hec quidem
signa ante permutationẽ sunt debilia: sed permu
tatione facta valde manifesta. horum signorũ ve/
rificatio reseruetur vsq3 ad capitulũ de ethica.

¶ Et quando ꝑmutatur ad genus febriũ
qd nominaꝛ sinochus absq3 putredine vi/
debis additionem et repletionem calidita
tis et inflammationem faciei.

¶ Ponit signa ꝑmutationis ad sinocham sine pu
tredine. et sunt tria. s. repletio venarũ. additio ca/
liditatis supra caliditatem proportionatam effi
mere. tertiũ est inflammatio faciei cum rubedine.
hec tria simul significant caliditatem accẽsam in
sanguine. et tu supple reliqua signa inferius po/
nenda in capitulo de sinocha.

¶ Et quando ꝑmutatur ad febres putre
dinis apparent horripilatio et diuersitas
pulsus et ꝑuitas et coartatio. et est calidi/
tas mordicatia sicca et vehemẽtia accñtiũ
in vrina vero fortasse remanet digestio ex
substãtia ⁊ in pluribus non apparet in ea
digestio.

¶ Ponit signa permutatiõis ad putridas. ⁊ sunt
quinq3. primũ est horripilatio. i. typus cum spar/
gitur materia ad aliqua membra in quibus pu/
trere debet. scdm est diuersitas pulsus paruitas ⁊
coartatio. Diuersitas quidem ꝓpter pugnam: qr
virtus diuerso modo conatur supare materiã ⁊ di
uerso modo opprimitur a materia. Paruitas. qr ĩ
principio talis motus cor retrahit spiritus et in/
clinatur non multũ remittere. Est eñi natura ma/
gis sollicita de mẽbris nobilibus intrinsecis ꝙ
extrinsecis. Coartatio eñi in pulsu nõ est nisi par
uitas eius cum diuersitate a materia suffocante
et tegente calorẽ actualiter sicut ignis suffocatur
sub lignis viridibus. tertiũ est caliditas mordica
tiua sicca ꝓpter fumos putridos. quartũ est vehe
mentia accidentiũ. s. doloris capitis sitis instan/
tie vigiliarum cũ similib⁹ ꝓpter fumos putridos
multo magis ledentes ꝙ spũs inflãmati. quintũ
qd in vrina forte remanet digestio quãtũ ad sub/
stãtiam eius cum nondum impresserit calor putre
dinalis in principio permutationis. sed in pluri
bus dispositionibus vrine non apparet digestio
scilꝫ in colore ⁊ ypostasi: cum iste facilius permu/
tentur ꝙ substãtia vrine. Credo tamẽ ꝙ Auicẽ. lo/
quitur de pluribus effi. non de pluribus disposi/
tionibus vrinarũ. nam ꝭm pl'm etiã ante ꝑmuta/
tationẽ in putridam apparet vrina male cõditio
nata ꝓpter humores malos in venis repertos ad
putredinẽ ꝑatos. hi eñi sunt causa huiusmodi ꝑ/
mutatiõis. licet non sit negandũ in principio pu/
tride posse apparere vrinã bene conditionatam.
sicut quando febris incipit a materia digesta aut
a materia benigna q̃ facile digeri potest.

¶ De curatione generali feb. effi. Cap. ix.

In omnibus specieb⁹ febris effi/
mere oportet vt afferãtur super
corpora patiẽtiũ eas ea que nu/
triant eos nutrimẽto bono cum
velocitate digestionis: quoniam febriens
est eger: et eger est lesus.

¶ In hoc capitulo ponit curationẽ generalem fe
brium effimerarũ. et habet tres partes. In prima
docet curare effimeras per assumpta nõ eũantia
in scda ibi. (Et cõcediꝛ eis balneũ) docet curare
per extrinsecus applicata. in tertia ibi. (Eũone
autẽ) docet curare per eũantia. prima pars diui
ditur in septem partes ꝭm ꝙ septeꝫ sunt canones
quos ponit circa assumenda. partes patebunt.

¶ Primus canõ est iste. omnes patientes effimerã
debent nutriri nutrimento bono. quia boni chimi
et paucarum superfluitatum. et cuꝫ hoc sit facilis
digestionis: quoniã omnis febriẽs est eger. ⁊ om/
nis eger est lesus in operatiõibus respectu sui sa/
ni. quare cum digestiua sit debilior debent conce
di ea que sunt faciliores digestionis ꝙ tempore
sanitatis.

¶ At quibusdã eorũ conceditur delitia/
ri in eo sicut patienti ex labore et angustia
et fame ⁊ in illis in quorum corporib⁹ cho/
lera plurima est. Et qui conqueritur se pa
ti horripilationem in principio deglutiat
cibum infusum in aqua aut vino vt sit ma/
gis penetrans.

¶ Secũdus canõ. quibusdam eorum effimerãtib⁹
conceditur

cõceditur delitiari.i.comedere quãtũ bene potest digerere:et isti sunt quattuor:scz patiẽtes effime/ram ex labore:⁊ effimerãtes ꝑpter angustiaz:idest propter nocumentũ in ore stomachi aut ex angu/stia:idest ꝑpter ingẽtem tristitiã propter rẽ amis/sam irrecuperabilẽ.⁊.iij.effimerãtes ex fame.⁊.iiij corpora in quibus abundat multa colera. Isti enĩ debẽt a cibo delitiari:cum sint exiccati ⁊ ꝯsumpti. ⁊ in quibusdã eorũ si multũ ieiunẽt timet̃ sincopis propter resolutionẽ spirituũ:aut ꝑpter raptũ co/lere ad os stomachi. Et qui cõqueritur se pati hor ripilationẽ.i.tipũ deglutiat in princip.huius hor ripilatiõis cibũ infusuz in aqua aut in vino aque cõmixto. Nã per hanc cõmixtionẽ facilius pene/trat cibus ad loca in quibus colera cõmouetur fa ciens horripilationem.

¶ Et ista q̃dẽ cibãt̃ etiã in p̃ncipio febris.

¶ Tertius canon.ꝙ isti quattuor supradicti ciban di sunt in pricip.feb.ꝑpter causas supra scriptas.

¶ Contra.nõ pura corpora quãto magis nutries **Hippocrates scdo afforis.** tanto magis ledes.ij.afforis.sed corpora abundã/tia in multa colera sunt nõ pura. ergo non sunt ci banda:et maxime in principio feb. Respondetur quod regulariter non sunt cibandi: sed coacte ti/mendo sincopim.

¶ Et q̃busdã ꝓhibet̃ delitiari ĩ ea ⁊ inuitur eis vt fiãt subtiliatiua sicut ĩ patiẽte ex opi/latione et soliditate ⁊ ex apostemate.

¶ Quartus canon ꝙ quibusdam effimerantibus probibeutr delitiari:immo precipit̃ eis subtilia/tio cibi sicut in effimerãtibus ex opilatione: scz in venis intrinsecis:et in effimerãtib⁹ ex soliditate.s. ex opilatiõe in poris cutis ⁊ in effimerantibus ex apostemate:et sil'r ex nauseatiua satietate ⁊ ĩ silib⁹: quorũ effimera pẽdet a cã corporea repletionali.

¶ Et meli⁹ quidẽ est vt postponat̃ cibatio vsq; ad declinationẽ nisi ĩ illis q̊s excepim⁹.

¶ Quintus canon ꝙ scdm plurimuz melius est vt postponatur cibatio vsq; ad declinationẽ effime/re nisi in illis quattuor quos excepimus. Cibatio namq; nõ est regularis nisi in declinatione. auget enim caliditatem et prolongat febrẽ:et in quibus/dam materiam causat feb.

Et aqua frigida quidem oportet vt nõ pro hibeatur in principio rei: quoniã virtus est fortis quare nõ timetur debilitas:et est me lior cura in infrigidando.

¶ Sextus canon:ꝙ aqua frigida nõ debet ꝓhibe/ri in princip.effimere:quãdo virtus est fortis: ⁊ nõ timetur debilitas caloris innati: ⁊ cũ hoc optime curat effimeram in frigidando.

¶ Verũ si fuerit illic debilitas in viscerib⁹ ⁊ febris iam extẽdit̃ aut fuerit vehemẽs tunc melius est vt de ea non multuz sumatur.

¶ Septimus canon:si fuerit debilitas in visceri/bus:scz in membris naturalibus aut propter ra/ritatem texture:aut propter frigiditatem:aut apo stema:aut lubricitatem aut fit presentia multoꝝ humorũ paratoruz putredini: qđ comprehẽditur quia feb.extẽditur neq; cessat in tempore in quo cessare debet.aut fuerit vehementior ista feb.q̃ cõ ueniat effimere. Ista quidem indicãt transitum in putridã in cuius principio non conuenit aqua fri gida. Et vos supple te alias causas ꝓhibentes ex hibitionem aque frigide de quibus infra in ca.ge nerali curationis febrium putridarum.

¶ Et concedit̃ eis balneũ cũ eoꝝ paroxis/mus cõsumitur in febribus effimeris ꝑpter accidẽtia de q̃bus est humectatio ⁊ de qui/bus est sudatio et rarificatio poroꝝ: ⁊ de eis est infrigidatio in quieta dispositiõe.

¶ In parte presenti curat effimeras per exteri⁹ ap plicata:et posset hec pars diuidi in octo partes scdm ꝙ octo sunt cañ. Primus ꝙ effimerantibus conceditur balneũ cum eorum paroxismi declinãt propter quatuor iuuamenta accidentia ex balneo primũ:q2 balneum facit sudare.scdo poros rarifi/cat.tertio humectat.quarto tandẽ in quieta dispo sitione infrigidat:scz cũ homo iam exiuit balneuz et est quietus.aqua enim in poris retenta sedu/cit ad suam frigiditatem naturalẽ vt est apud Aui cen.ij.primi ca.illo.quidam ornate loquẽtium.

¶ Et ꝓhibet̃ vbi timet̃ casus putredinis.

¶ Secundus canon.balneum probibetur vbi time tur casus putredinis vel in feb. putridas propter presentiam multorum humorũ maloruz.nam per balneum calefiunt humectantur agitantur: et sic ad putredinem disponuntur.

¶ Et non oportet vt euitet balneũ nisi ha/bens eam ex opilatione: propterea ꝙ bal/neum generet egritudinẽ putridam.

¶ Tertius canon.nõ oportet vt probibeatur a bal neo nisi qui patitur effi.ex opilatione.quasi dicat. ꝙ hic maxime inter omnes debet euitare balneuz: et propter opilationem hic intellige opilationem intrinsecam aut extrinsecã ab humoribus pendẽ/tem multis grossis aut viscosis. Si enim opilatio intrinseca penderet a frigiditate aeris aut a spissi tudine cutis aut a balneo a luminoso balneũ cõ/peteret:quia poros aperit et rarificat et remouet causam opilationis:sed in opilatione ex humori/bus multis forte amplius opilat et ad putredinez disponit.

¶ Et sil'r patiẽs eã ex satietate nauseatiua nisi ĩ fine rei et cũ dilatant̃ pori et descẽdũt nauseatiua satietas illic enĩ opz vt balneet.

¶ Quartus canon ꝙ patiẽs effime. ex nauseatiua satietate non debet balneari nisi in fine rei.i.nau seatiue satietatis:scz cum paucificata est nausea/tiua satietas per vomitũ secessum et abstinentiã.⁊ cum dilatant̃ pori:idest tempus dilatationis po/rorum:hoc est quando homo in fine nauseatiue sa tietatis sumpsit cibum qui iam digest⁹ est prima et secunda digestione:et iam digeritur digestione tertia. et est in via vt ad membra spargatur. tunc enim est tempus balnei vt pori dilatẽtur:et nutri/mentum per membra dispargatur vel distribuat̃ ⁊ residuum nauseatiue satietatis resoluatur.

¶ Et habens catarrum nõ balneet̃ nisi sit adustiuus.

¶ Quintus canon ꝙ habens catarrum nõ balnee/tur nisi sit adustiuus:idest calidus. Scitur enim ex quinta terrij.de cura catarri ꝙ balneum non cõue nit in catarro frigido nisi p̃digesta materia ⁊ pau cificata.sed bene conuenit in catarro calido bal/neum aque dulcis parum calide ad sedãdum eius acuitatem et etiam ad ipsum dirigẽdum.

¶ Et omnes habentes febres effimeras oportet vt nõ prolongent morã in aere bal nei:immo in aqua eius quantuz volunt nisi habentes eam ex soliditate et ex spissitudi-

ne.eis enim conuenit vt prolongent moraz
in aere balnei donec sudent.
¶ Sextus canon.habentes feb.effime.non prolon
gent moram in aere balnei: scꝫ calido: quia addit
caliditatem spirituũ:et non refrigerat neqꝫ hume
ctat:immo morentur in aqua balnei:quãtum volũt
idest quantũ eos delectat.Ab hoc canone excipiũ
tur patiẽtes effime.ex soliditate ꝛ spissitudine cu/
tis siue pori sint naturaliter stricti siue opilati fri/
gore aeris aut ab aliquo stiptico sicut balneo alu
minoso.aut etiam a materia pauca. Istis enim lꝫ
competat balneum aque calide:tamẽ multo ma/
gis cõpetit balneũ aereũ.quare non.est ita aptum
reddere inopilationẽ sicut balneũ: que remanens
in poris reddunt postea se ad suam frigiditatẽ no
tabilem:et est apta aliquo modo opilare. Posset
etiã balneum maxime aereuꝫ cõcedi habentibus
opilationẽ intrinsecã a paucis humoribus pen/
dentem. Nam rarificando poros ꝛ sudorẽ prouo/
cando posset educere materiã opilantẽ.

¶ Embrocatio autẽ si fuerit infundendo
aut liniendo tantum opilat poros.

¶ Septimus canon.aqua dulcis calida embroca
ta aut linita super corpus effimerantis aut epi/
thimata opilat poros.propterea nõ conuenit effi
merantibus ex opilatione. aqua enim hoc modo
applicata cito infrigidatur circa corpora eorum
et infrigidata addit inopilationem: sed balneum
aque calide minus noceret aut forte iuuaret opila
tione existente leui cum longiori tempore maneat
calidum. Similiter in effimerãtibus in quibus in
tendimus materiã resoluere propter materiaꝫ su
prascriptam.magis conuenit balneũ aque dulcis
calide quã ipa aqua calida embrocata aut epithi
mata. Neqꝫ hic canon cõtrariatur dictis Auicen.
quarta primi.ca.de embrocis.vbi dicit.ꝙ embro/
ca est medicamen congruũ ei qđ oportet dissolui.
Hic enim canon intelligitur vbi nõ est opilatio no
tabilis:et etiam licet vbi non est opilatio conue/
niat ad resoluendũ:multo tamẽ magis balneum
cõuenit cum diutius caliditatem suam retineat.
Et licet casus ab alto sicut fit in embrocis faciat
virtutem aque profundius penetrare ꝙ̃ penetrat
in balneo.tamẽ hec cita infrigidatio aque embro
cate magis impedit resolutioneꝫ ꝙ̃ ipse casus ab
alto iuuet faciendo penetrare virtutẽ.vbi aũt esset
opus solum infrigidare aut humectare:ꝛ nõ resol
uere hec aqua embrocata magis cõpeteret ꝙ̃ bal/
neũ.magis eñi ĩfrigidaret et hũectaret ꝙ̃ balneũ.

¶ Et in curatione omnis febris effimere
que est ab opilatione extrinseca aut intrin-
seca fricatio aperit poros habentis eã.dein
de si obuiat hũiditati plurime resoluit eaꝫ:
ꝛ si nõ obuiat hũiditati parue exiccat eam.

¶ Octauus canon et vltimus est:ꝙ fricatio aperit
poros habentis effimeram ex opilatione:ꝛ si frica
tio obuiat materie multe resoluit eam:et si obuiat
pauce exiccat eam. Dinus itelligit ꝙ si obuiat hu/
miditati multe resoluit eam:idest paulatim ꝛ tar/
de transmutat eã in vaporem Sed si materia fue/
rit pauca exiccat eam:idest cito resoluit ꝛ cõsumit
Gentilis opinio. Gentilis autem dicit ꝙ fricatio obuians materie
multe resoluit ipsam:quia subtiliat:dilatat ꝛ spar
git ipsam. Sed si obuiat pauce,extrahit eam a cor
pore.vtraqꝫ expositio põt saluari.tutius tamẽ est
materia existente multa premittere euacuationeꝫ
et si fiat fricatio materia existente multa fiat frica
tio nõ fortis nec valde lõga: sed tanta vt pori ape
riantur:et materia aliqualiter subtilietur:et ad re
solutionẽ disponat:sꝫ materia exñte pauca frica
tiones fortiores et diuturniores concedi pñt.

¶ Euacuatione autem nõ indiget aliquis
eorum nisi habens opilationem repletiona
lem et habens nauseatiuam satietatem et
qui habet febrem effimerã ex soliditate cu-
ius corpus est repletum.

¶ In hac tertia et vltima parte huius capituli po
nit canonem circa euacuationẽ:ꝛ dicit ꝙ neqꝫ effi/
merans indiget euacuatione scꝫ per vias sensibi/
les ad differẽtiam euacuationis que est per poros
cutis qui non sunt vie sensibiles nisi habens reple
tionaliter opilationem:scꝫ intrinsecã pendentem
a materia et habens nauseatiuã satietatẽ. Et qui
patitur effimeram ex soliditate que est opilatio in
poris cutis corpore existente repleto. In his enim
tribus casibus:ꝛ similiter in effimera ex apostema
te conuenit euacuatio per vias sensibiles: scꝫ per
vomitum per secessum per fluxum emorroydalem
menstrualẽ sanguinis narium et similes scđm exi/
gentiam materie euacuande et diuertende. Cano
nis causa est satis nota. ¶ Ex dictis in presenti ca
pitulo possumus elicere quinqꝫ intentiones cura/
tiuas fe.effimerarũ. Prima remouet causam eius
et vicinam si qua sit. Secunda alterat discrasiam
febrilem. Tertia prohibet transituꝫ effimere in hu
moralem aut ethicaꝫ. Quarta corrigit accidentia
tam sequentia febres ꝙ̃ causas febris. Quinta or/
dinat debitum regimen sex reruꝫ in contrariũ cau
se discrasie febrilis et accidẽtibus. ¶ Si ergo pen
det a sole ponatur in vmbra loco frigido ꝛ humi/
do et remoueatur causa vicina:scꝫ caliditas ĩpres/
sa in cerebrũ cum succis et aquis frigidis exterius
applicatis. Similiter remouenda est quecũqꝫ cau
sa corporea et incorporea ꝛ vicina eius si qua sit si
cut dicetur clarius in capitulis proprijs. ¶ Secũ/
da intentio perficitur cum frigidis et hũidis actu
vel potentia cum expediat aliquãdo approximare
calida actu sicut facere balneũ fricatiões: tum ad
remotionẽ cause:tum ad vaporis et sudoris educa
tionem. ¶ Tertia prohibens transitum in alias fe
bres perficitur remouendo causam transitus aut
aperiendo poros et faciẽdo materias et vapores
exalare:et aliquando cibando ipsos in principio
febris:et permittendo ipsos in illo delitiari:et ali
quando euacuando cũ fuerit superfluitas in quã/
to aut in quali. ¶ Quarta autem intentio corrigit
dolores capitis instantiã vigiliarum sitim ꝛ simi/
lia sequentia febrem. Et corrigit aliquando sinco
pim epilensiam et cetera que aliquãdo sequuntur
causaꝫ febris. Vidi enim plures sincopizare ꝛ epi
lenticos fieri ex tristitia ad quam secuta est febris
effimera. ¶ Quinta intentio ordinans debitũ regi
men sex rerum naturaliuꝫ nõ scđm plurimũ debet
magis intendere ad causam ꝙ̃ ad feb.et scđm plu
rimũ magis ad feb.ꝙ̃ ad accidentia feb.licꝫ opor
teat magis intendere ad accidẽtia ꝙ̃ ad fe.aut ad
cãm feb.cũ modũ excedũt sicut sincopis ꝛ epilẽsia
Regimẽ tñ ꝑm plurimũ dꝫ declinare ad frigidũ et
humidũ.et regulariter debemꝰ cibare paroxismo
declinãte:licꝫ aliquando cogant cibare in princi/
pio:sicut particulariter videbiť in ꝓprijs caplis.

¶ Species febris effi. CAP. X.


De febribus effimeris sunt que om
nino cõparantur ad dispositiones
animales:et de eis sunt que cõpa-
rãtur ad

¶ Chãpertus. Cause quoti/diane febris quã effimeram

neotericivocāt sunt labores: frigora:vigilie cure:merores: animi irritationes in iram: rigor:estus:incococtio:et cutis densitas vt difficilliē possit erumpere spiritus.

rantur ad dispositiões corporeas: et de eis sunt que proportionantur ad res que eueniunt deforis.

¶In hac parte agit de febribus effimeris in speciali. In primo capitulo enumerat oēs species effimere de quibus est acturus. In secundo cap'o. ibi.(Quādoꝗ accidit.)incipit sigillatim de vnaquaꝗ specie determīare. Primū capitulū diuido in partes duas:q: in prima ponit vnā diuisionem et numerat effimeras que sub vno mēbro diuisionis illius ptinent. in secūda ibi.(Et de comparatis.)ponit subdiuisionē. ¶In prima parte dicit ꝙ in febribus effimeris sunt quedā que omnino cōparantur:idest pendent a dispositiōibus aīalibꝰ. et quedam pendēt a dispositionibus corporeis. ⁊ quedā a rebus que veniunt a foris: quia non sunt dispositiones animales neꝗ corporee. ¶Notandum prīo ꝙ effimera nō habet species ꝑprie sumptas:sed habet quosdā modos diuersificātes curam medici qui sumuntur a causis ipsarum remotis. Superius eñi in diffinitiōe febris ostēsum est ꝙ febris nō habet species cum cōtineatur sub calore que species est specialissima. ¶Notandū secundo ꝙ sunt alij modi feb. effimerarum qui sunt magis proprij q̄ isti:licz nō sint species proprie sumpte:⁊ isti sumūtur a diuersitate spirituū a quorum calefacto esse immediate pendet effimera. Et dicimus ꝙ alique effimere pendent a calefacto eē spirituū animaliū:alique a calefacto esse spirituū vitaliū:alique a calefacto eē spirituū naturaliū de quibus agetur in sequētibus. ¶Notādū tertio q̄d veniens de foris nō conuertitur cum causa primitiua:sed per causam de foris venientē intelligēda est causa extra nos que nō pertinet ad corpus nec ad animā:sicut sol calor aeris cibus potus et similia:vnde causa de foris sub causa ꝑmitiua ptinet.

Effimera spēs non habet.

¶Et de comparatis ad dispositiones animales est illa que fit ex angustia et illa que fit ex tristitia:et de illa que fit ex estimatione et cogitatione ira et vigilijs et somno et tranquillitate et timore et gaudio.

¶In hac pte ponit octo spēs effimerarum q̄ pēdent a dispōnibꝰ aīalibus: idest que se magis tenēt ex parte aīe q̄ corpis:licz vtriꝗ aliquo mō pertineāt Prima est effimera ex angustia. Secunda ex tristitia. Tertia ex estimatiōe que est operatio virtutis estimatiue que est in secūda medietate scōi ventriculi cerebri:et cogitatiua q̄ est opatio virtutis cogitatiue exn̄tis in prīa medietate scōi vētriculi. quarta est pendēs ab ira. quinta a vigilijs. sexta a somno ⁊ trāquillitate scz aīali. septima a timore. octaua a gaudio. Iste eñi oēs dispōnes magis se tenēt ex pte aīe q̄ ex pte corpis:lz alique inter istas sint magis subleuate ad gradꝰ dispōnum imaterialiū.

¶Et de proportionatis ad dispositiones corporeas sunt ille que comparātur ad res que sunt actiones et motus: et de eis sunt que comparantur ad non actiones et motus et ad contraria eorum.

¶In hac parte enumerat Auicen. effi. pendētes a causis corporeis penes hanc diuisionē: ꝙ alique ex istis cōparant̄ ad res que sunt actiones et motꝰ et alique ex istis cōparant̄ ad res q̄ nō sunt actiones et motus:neꝗ contraria eorū:et per motus intelligit hic motus locales:et per actiones intelligit motus qui non sunt locales.

¶Et cōparate ad res que sunt motus est que fit ex labore et illa que ex tranquillitate: et illa que fit ex euacuatione:et de eis est febris effime. ex dolore:et de eis est febris effimera que est cum sincopi:et de eis est illa que fit ex fame:et de eis est illa q̄ fit ex siti.

¶Hic enumerat effi. q̄ pendent a rebus que sunt motꝰ et actiones aut ꝯtraria eorū:et sunt iste. ꝑmo effi. ex labore ex motu siue exercitio. scōo illa q̄ est ex trāquillitate. s. corpali q̄ motui ⁊ opationi ꝯ̄riatur. Est eñi cessatio a motu ⁊ opatiōe corpali. quarto est illa q̄ est ex euacuatiōe: q̄ euacuatio sub motu cōprehendit̄. quinto ē effi. ex dolore q̄ dolor sub actiōe cōprehēdit̄. sexto feb. effi. cū sincopi q̄ ꝯ̄riatur actioni ⁊ motui cū ipa sincopis tollat hmōi. septimo ē illa q̄ fit ex fame. octauo est illa q̄ fit ex siti ⁊ certū ē ꝙ fames ⁊ sitis sub actiōibꝰ ꝯprehēdunt̄.

¶Et de comparatis ad ea que non sunt actiones est illa que fit ex opilatione: et ex illis est illa que fit ex nauseatiua satietate:et de eis est illa que fit ex apostemate: ⁊ de eis est illa que fit ex soliditate.

¶Enumerat effimeras pendētes a causis corporeis que nō sunt actiones aut motus:aut eorū contraria:et sunt quattuor. Prīa est effi. ex opilatione scz intrinseca. Secūda est effi. ex nauseatiua satietate. Tertia est effimera ex apostemate. Quarta est effi. ex soliditate ⁊ opilatiōe cutis non notabili:sicut ab humoribꝰ ⁊ terrestreitate cutis. s. ab opilatione cutis propter naturalē pororum stricturā.

¶Comparate autem ad res que accidūt de foris sunt sicut illa que fiunt ex adustiōe quecūꝗ adustio fuerit:et sicut que fit ex frigore et soliditate et ex ablutione. dicā itaꝗ vnamquāꝗ earum cum curatione sua.

¶In hac parte numerat effimeras q̄ pendēt a causis de foris nō ꝑportionatis aīe neꝗ corpori. Prima est illa que fit ab adustiōe quecūꝗ adustio fuerit siue a sole siue ab igne. Scōa est illa q̄ fit a frigore:et soliditate:et opilatione q̄ fit ex ablutiōe:scz cum rebus frigidis et stipticis:nō aūt a causa corporea:q: pertinēt ad dispōnes corporeas. Et subdit Auicē. se de oībus istis determinaturū quantū ad motū prouētus earū ex causis suis: ⁊ signa ⁊ curam. Si aūt bene cōputent̄ iste effimere sunt. xxiij. Sed hic opz supplere illā q̄ fit a cibo ⁊ potu ⁊ similibus:de quibꝰ infra:et sic faciet viginti tria cap'a.

¶De feb. effi. ex angustia ⁊ signis eius. ca. xi.

Quandoꝗ accidit ex motu spiritus ad interiora et occultatione eius in eis propter superfluitatem augustie febris spiritualis.

¶Hic in speciali prosequitur de effimeris. ⁊ prīo de effi. pendētibus a dispōnibꝰ animalibus. In secūda parte de effimeris a causis corporeis. In tertia de effi. a causis que sunt extra corpus ⁊ aīam: secūda ibi.(Labor.)tertia ibi.(Qñꝗ accidit ex calore.) Prima pars posset diuidi in octo partes ꝭm ꝙ sunt octo capitula de febribꝰ effi. pendētibus a dispositionibꝰ aīalibus. partes patent in principijs capitulorū. Primum capitulū diuidit̄ in tres partes. In prima ponit modum prouentus effime. ex augustia. In secūda signa. In tertia curam. partes patent. ¶Pro notitia terminorum sciendū: vt potest elici ex dictis Auicē. esse differentiā inter augustiā

tristitiā ⁊ cogitationē. Est enim angustia dolor de amissione alicuius boni in cuius recuperatiōe nō est spes sicut de amissione filij: aut amissione patrie: aut pecunie: cuius recuperatio non speratur. Sz tristitia est dolor de amissione alicui⁹ boni cuius recuperatio speratur. Aut dolor quādo homo non potest assequi bonum quod vehementer exoptat: in cui⁹ tamē adeptione nō omnino cadit desperatio. ꝓpter qđ dixit in textu. quādo rem quesitam. Sed cogitatio est profunda meditatio circa aliquid cōtemplādum: sicut accidit aliquibus qui deum et causas altissimas profunde contēplant in quibus nō cadit angustia: aut tristitia. In maximis enim speculationibus proprie nō gaudemus aut tristamur: sicut in hisque prosequimur in ratiōe boni vel mali. iij. proble. proble. ix. Nec in his proprie cadit spes aut desperatio. Estimatio aūt est profunda meditatio circa aliquod eligendum aut prosequendum: in quo etiaz nō cadit spes aut desperatio: neq̧ delectatio aut tristitia accidit cito ex angustia motus vehemens spirituū ad interiora et ipsoruz vnio in interioribus: propter que duo spiritus acquirunt calefactū et taliter supcalefacti inducūt caliditatē fientē in corde que dicit febris spiritualis: idest effime. Et credo ſm Isaac magis appropriari spirituali vitali. Quidam aūt propter harū conformitatē posuerunt eas in vno capitulo sicut Aliabas. iij. practice.

¶ Cuius signa sunt igneitas vrine et acuitas eius. ita vt habens eam sentiat acuitatem ipsius propter dominiū siccitatis in ea et est motus oculi ad clausionē decliuis: et est oculus submersus propter resolutionez cum quiete ⁊ subclusione: et facies est tendens ad citrinitatē propter ꝓfunditatē claritatis: et pulsus est ad debilitatē ⁊ paruitatem decliuis: et forte declinat ad duritiem.

¶ Ponit quattuor signa hui⁹ effi. Primū est igneitas vrine. i. color igneus ipsius: qui est sextus color in genere citrinitatis. q. d. ꝙ vrina ē multū citrina et acuitas eius ita vt habens eam sentiat acuitatem: idest mordicationē ipsius ꝓpter siccitatis dominiū. Calor enī siccitati coniūctus est acutior. aliter: igneitas vrine: idest acuitas: ⁊ acuitas eius: scz caloris effimerantis: ita vt habēs eam effime. sentiat acuitatē ipsius propter dominiū siccitatis: et humidi consumptionem. ¶ Secundū signū est motus ad clausionem decliuis: ita vt fere teneat oculos clausos: et est oculus submersus: scz in orbita propter resolutionem humidi: et est cum quiete et subclausione: quia nunq̄ dilatatur exterius cū nulla fit species in recuperatiōe amissi: secus in tristitia. ¶ Tertium signuz est ꝙ facies est tendens ad citrinitatem: idest fuscitatem: scz viriditatem. Arabes enim per colorem citrinum: quādoq̧ fuscum. quandoq̧ viridem: quandoq̧ vero citrinū intelligunt. Istud autem accidit propter profunditatem caliditatis spirituū: ⁊ sanguinis subtilis: vnde apparet in corpore fuscedo. ¶ Quartū q: pulsus tendit ad paruitatem ⁊ debilitatē propter debilitatē virtutis: ⁊ fortasse declinat ad duriciem arteria superflue exiccata: licet id nō frequenter accidat.

¶ CURA. CAP. XII.

Oportet vt habēs eam multiplicet introitum tine. Et ponat plurimū sue intētionis in balneatione cum aqua balnei absq̧ aere eius. Et multiplicet etiā inunctionē cum fricatione post illud. oleum enim aliqđ est magis iuuatiuum ei quā balneū: et vtatur letificantibus ⁊ odoriferis frigidis: ⁊ ponat sup pectus suum epithimata infrigidantia ex muscillaginib⁹ ⁊ succis ⁊ aquis bonis: et in potu sumat vinum plurime cōmixtionis. Est enim bonum medicamen ei.

¶ Hic ponit curam. sed ante omnia sciendū est qđ in cura cuiuscūq̧ effime. he exiguntur intentiōes sicut superius dictum fuit. ¶ Prima est remotio cause tam principalis q̄ vicarie. Exempli gratia dicimus solē esse principalem causam effi. sed caliditatem ab eo in caput ipressam dicimus esse causam vicariam: idest vicem eius gerentē: et sic possumus in alijs exēplificare. ¶ Secunda intentio est infrigidatio et humectatio que debetur effimere. ¶ Tertia est prohibitio transitus effime. ad aliud genus feb. ¶ Quarta est correctio accidentiū: scilz sitis et huiusmodi que sequuntur effime. ⁊ causas eius. ¶ Quinta est regimen vite in sex rebus nō naturalibus. Ad propositū. nihil hic ponitur: et similiter in reliquis capitulis: qđ non sub aliqua istaꝝ intentionū comprehendat. introitus quidem tine ex aqua dulci tepida est ad humectationē sudorez prouocandū et infrigidādum. Balneū aūt aereuz nō conceditur: quia calefacit et exiccat. Inunctio aūt cum oleis infrigidātibus et humectātibus cū fricatione vt penetrēt est cōuenientior q̄ sit balneatio. Magis enī humectat q̄ balneū. neq̧ prio occursu calefacit sicut balneum. debet vti letificātibus idest cordialib⁹ ⁊ odoriferis frigidis ad remotionem cause et ad infrigidandum: ⁊ ꝓpter hanc causam ponūtur super pectus epithimata infrigidantia facta ex muscillaginibus: ⁊ succis: ⁊ aquis bonis. i. ꝯuenientib⁹ ad hoc propositū cum infrigidatione: humectatiōe ⁊ cordialitate. Debet aūt sumere in potu vinū plurime cōmixtiōis cū aqua q: letificat ⁊ bonificat spiritū ⁊ facit frigiditatez aque et humiditatē eius penetrare ad extrema corporis.

¶ De feb. effi. ex tristitia. Ca. xiij.



Quandoqz accidit ex mltitudine tristitie ꝓpter rem quesitam motus laboriosus spirituū calefaciēs faciens cadere in febrē.

¶ Ponit curā effimere ex tristitia: ⁊ habet tres partes. Primo ponit modū prouentus eius. Secūdo signa. Tertio curam. partes patent. In prima dicit ꝙ ex multitudine tristitie quādo homo nō pōt assequi rem quesitā siue fuerit amissa: siue nō amissa accidit motus laboriosus in spiritu: calefaciēs ipsum et faciens cadere in febrem effimeram.

¶ Cuius signa similia sunt signis eiusque ex angustia nisi quia motus oculi cū profunditate sua propter resolutionem que est ad partem extrinsecā et pulsus non est demissus et depressus: immo est in eo cum debilitate: sed est cum eo saltus.

¶ Cuius signa silia sunt signis effi. ex angustia nisi q: motus oculi cū ꝓfunditate sui ī orbita ꝑꝑ resolutionē humidi est aliqn ad partē extrīsecā ꝓpter dilatationē caloris ad extra: qn apparet sibi inuenisse mediū consequēdi rem cōsideratā. ¶ Scđm signū est ꝙ pulsus nō est demissus et depssus sicut in effi. ex angustia: īmo est cum debilitate oppressionis: q: nō multū depressus: sed est cū saltu: idest

cū iectigatiōe

cum sectigatione quadam apparente in pulsu ex motu caloris exterius. Aliter cum saltu. id est pulsus dilatatione .i. quia aliquando dilatatur quando apparet sibi inuenisse medium consequēdi qđ intendit. Et hec omnia sunt ad differentiam effimere ex angustia in qua nulla spes est recuperandi deperdita.

¶ Et cura eius est sicut cura ei⁹ que est ex angustia.

¶ Dicit ꝙ curatur sicut effimera ex angustia.

¶ De febre effimera ex cogitatione. Ca.xiiij.

Quandoqꝫ accidit ex multitudine cogitationis in rebus febris similis illi que est ex tristitia nisi quia mot⁹ oculi est eq̄lis nō ad clausionē: neqꝫ ad exitū decliuis: et est decliuis ad profunditatem. et pulsus est diuersus in dilatatione et constrictione. Et plurimū quidem est equalis et facies est ad citrinitatē decliuis: et cura eius est cura illius que est ex tristitia.

¶ In hoc capitulo curat effime. ex cogitatione et estimatione dicens ꝙ quandoqꝫ accidit propter multam cogitationem in rebus circa quas contēplatur. aut propter multitudinem estimationis in eligendo res quas prosequi intendimus feb. similis illi que est ex tristitia propter motū spiritus ad interiora. et non est aliqua differentia nisi ꝙ mot⁹ oculi in effimera ex cogitatione est equalis nō ad clausionē neqꝫ ad exitū decliuis. Nō eīn qñqꝫ clauditur: qñqꝫ aperitur sicut in tristitia. ⁊ si qua est diuersitas illa ē valde modica. quia in maximis speculationib⁹ nō cadit spes aut desperatio sicut in his que ꝓsequūtur rōne boni vel mali. Scōm signum ꝙ pulsus est diuersus in dilatatiōe ⁊ cōstrictione q: nō habet dilatatiōes neqꝫ ꝯstrictiōes equales immo vnā maiorē altera scđꝫ ꝙ apparet sibi cogitatū esse cōprehēsum vel esse longinquū a cōprehensiōe. scōm plurimū tñ est equalis ī cōparatiōe ad pulsum in effi. ex tristitia. In illa eīn valde maiores diuersitates accidunt: cuꝫ in ea ꝓprie cadat spes aut desperatio: sed in hac nō. Ultimo dicit ꝙ curatur sicut effimera ex tristitia.

¶ De feb. effi. ex ira. Cap.xv.

Quandoqꝫ accidit ꝓpter superfluitatem motus spiritus ad exteriora in dispositione ire calefactio superflua adurēs spiritū et feb.

¶ In hoc caplo agit de feb. effi. ex ira: ⁊ habet tres partes. In prima ponit modum ꝓuentus effi. ex ira. In scđa: signa. In tertia curā. partes patebūt.

¶ Sed ante oīa sciendū ꝙ ī irato duo sunt motus. Primus est motus spirituū et sanguinis subtilis ab exterioribus ad interiora: scꝫ ad cor. Propterea irati in principio pallescunt: et cum sanguis et spiritus sunt delati ad cor inflāmātur circa spm. Propterea ira describitur ꝙ est feruor sanguinis circa cor ꝓpter appetitū vindicte ob iniuriā illatam. Scđs aūt motus est sanguis ⁊ spūum a corde ad exteriora ꝓpterea rubet facies cum prius palluerit. De hoc scđo solū Auicē. facit mētionē cum hoc coniūgatur effimere: sed primus antecedit effimerā: accidit igitur propter hos duos motus calefactū eē in spiritib⁹. et ꝯñr febre effi. Signa.

¶ Cuius signa sūt rubedo faciei nisi permisceatur ei timor: quoniā citrinatur: ⁊ inflatio faciei similis ei qui inflatur in dormitione. Et sunt oculi rubei: tendentes exterius propter vehementiaꝫ motus spiritus ad exteriora: et quandoqꝫ accidit quibusdam eorum tremor propter motum humoris: aut propter debilitatem naturaꝝ: ⁊ est aqua rubea acuti tactus propter acuitatē suam. Et quandoqꝫ est cum ea aliquantulum claritatis: et pulsus est grossus plenus pulsans frequens.

¶ Ponit signa sex. ¶ Primū est rubedo faciei nisi ꝑmisceat̃ ei timor qñ iniuria est illata a maioribus tūc eīn nō est in facie ꝓfūda rubedo sꝫ remissa quā appellat citrinitatē. ꝓhibet eīn timor motū spūs et sanguinis ad exteriora cū inclinet vt moueātur ad intra. quare nō omnino ad extra: nec oīno ad intra mouentur. ¶ Scōm est inflatio faciei sil'is illi qui inflat̃ ex dormitiōe: sꝫ est differētia: q: inflatio ex dormitiōe est cuꝫ pallore: sed inflatio ꝓpter iram est cum rubore. ¶ Tertiū est: q: oculi sunt rubei tendētes ad exterius ꝓpter vehemētiā motus spūs ad exteriora. ¶ Quartū. q: q̇busdā irascentibus acidit timor ⁊ sil'itudo timoris ꝓpter tremorē. Et si text⁹ dicat tremor est manifestior. Accidit eīn tremor ꝓpter motū spirituū et sanguinis inordinatū. q̄ ꝓpter nō pōt figi spūs ƀm exigētiā motus volūtarij. vñ brachia ⁊ crura eoꝝ tremūt. ⁊ sil'r labia: ⁊ nō pñt mouere labia ⁊ lnguā ƀm exigētiā orōnis ꝓferēde: ⁊ accidit debilitas suarū naturarū .i. potētiarū cōcurrentiū ad motū volūtariū ꝓpter hūc motū inordinatū spirituū. aliter. accidit quibusdā eorū timor ꝓpter motū humoruꝫ ad os stomachi propter debilitatē naturarū suarū. hic aūt timor est de maiori nocumento q̄ꝫ sit feb. effi. vt puta de sincopi ꝓpter cōpassionem cordis ad stomachios: et hoc vult Ysaac in ca. ij. Sunt eīn q̇dā debiles qui propter fortem iram modo iam dicto perducuntur ad sincopim: aut ad quandam lippotomiā. ¶ Quintū signū. quia aqua sua: idest vrina sua est rubea: idest tincta: ⁊ acuti tactus: q: mordicans propter acuitatē idest incensionē effimere inflāmantis epar. Et quando est in vrina aliquātulum claritatis: cū nō est tanta inflāmatio: aut cum multum humores mouentur exterius. ¶ Sextū signum. q: pulsus est grossus .i. magnus ƀm oēm dimensionē: ⁊ plenus sanguine ⁊ spū motis ad arterias: et illas replētib⁹: ⁊ pulsans .i. fortis: vel pulsans .i. velox: vt ƀꝫ oēꝫ drīaꝫ necessitati satisfaciat

Curatio. Cap.xvi.

Hac eos quiescere: et fac vt occupētur letificantibus et vocibus bonis et narrationib⁹ et ludis mirabilibus: et fac eos ingredi balneū in aquā tepidā non plurimi caloris: et inungātur plurimū cū aliquo oleo plurimo. illđ est eīn magis conueniens q̄ꝫ aqua calida: ⁊ cibētur eis que infrigidāt: ⁊ hūectāt et ꝓhibeant̃ a vino oīno. nō est eīn eis via ad ipm.

¶ Hic ponit curā. et manifestū est ꝙ aliqua remedia sunt ad remouēdū cām .i. irā. quedā ꝯ effi. ad infrigidādū. quedā remouēt accñtia: ⁊ docꝫ aliqñ regimē vite ꝯueniēs. ordinat aūt balneū in aqua nō plurimi caloris ne addat inflāmationē. ꝓhibet vinū; q: addit in irā. In hoc tñ ꝯsidera ꝯsuetudinē in

quibusdã effi opz vt detr:sz sit notabilr limpbatũ.

¶ De feb. effi. ex vigilijs. Cap. xvij.



Uandoqz etiã accidit ex vigilijs febris effimera.

¶ Ponit feb. effi. ex vigilijs inflãmã/tur: effi spũs in lõgis vigilijs: cũ cõtinue sint in motu fm exigentiã operationũ a quib⁹ hõ vigilãs nunq̃ cessat: ⁊ inflãmati ponũt caliditatẽ in corde: que dicitur effi. ꝑpter/ea somnus a natura institutus est vt spũs fatigati et resoluti in vigilijs redeãt ad sua principia: ⁊ ibi fomẽtũ acquirãt: ⁊ noui regenerẽtur: q̃ regñatio fit per digõnẽ meli⁹ celebratã in somno q̃ i vigilijs.

¶ Cuius signa sunt antecessio vigiliarum et grauitas palpebrarũ quoniã fortasse nõ aperit eas: et profundatio oculi propter resolutionem. et inflatio palpebrarũ propter corruptionẽ cibi et multitudinem vaporis: et conturbatio vrine propter priuationẽ digestiõis: et debilitas pulsus: et citrinitas faciei propter malitiam digestionis: et inflatio eius ꝑpter excitationem ex malitia digestionis: sed non est cum rubedine sicut in illa que est ex ira.

Signa. vij. effi. ex vigilijs. ¶ Ponit septẽ signa. ¶ Primũ est antecessio vigi/liarũ modũ excedentiũ. ¶ Scdm est grauitas pal/pebrarum et difficilis earum apertio ꝑpter nocu/mentum in lacertis earum ex vaporibus et humi/ditate ad ipsas defluxis cum paucitate spirituũ. ¶ Tertiũ est ꝓfundatio oculi ꝑpter hũidi substãtifici resolutionẽ. ¶ Quartũ inflatio palpebrarũ ꝓ/pter nutrimẽti corruptionẽ et multitudinẽ vaporũ venientes ad ipas. Uidetr ɔ̃dictio q̃ oculi sint ꝓfundi ⁊ palpebre inflate. ꝓterea somn⁹ est causa inflationis palpebrarũ et faciei. ergo vigilie debẽt esse causa tumefactionis. tenet cõsequẽtia. quia cõtrarie cause cõtrarios producunt effectus. ¶ Ad pri/mum dicitur q̃ oculi sunt profundi propter humidi substãtifici cõsumptionẽ: ⁊ cũ hoc palpebre sũt tumẽtes ꝑpter mltitudinẽ vaporis nec est ɔ̃dictio ¶ Ad scdm dicitur q̃ nõ est incõueniẽs q̃ ɔ̃rie cause causent siles effectus: qm illi effectus nõ sunt immediati. Sed qd due cause ɔ̃rie causent siles effect⁹ per se et immediate est incõueniens: sed vigilie causant tumorẽ palpebrarũ corrumpẽdo digõnẽ somnus aũt propter priuationẽ resolutiõis vaporum. ¶ Quintum signum est conturbatio vrine.

Contra quia vigilia incrudat vrinã: ⁊ sic fit tenuis et clara. ¶ Dicendũ q̃ per turbationẽ intelligit ꝓuationẽ luminositatis que ꝓuenit ex diminutione digõnis. scda primi ca. de signis coloris vrine: et hec priuatio luminositatis in multis alijs est signũ diminute digestiõis: sicut in sanie et silib⁹. ¶ Uel dõz q̃ i vigilijs fit vria turbida si sint materie mote ad vias vrine. q̃ si nõ tẽdit ad claritatẽ. ¶ Uel dicendũ q̃ vigilie quãdoq̃ tingunt vrinã propter caloris ebulitionẽ in principio: sz in pricip. ꝑpter nimiã eius resolutionẽ di/scolorat q̃ discolorationẽ vocat ɔturbationẽ. Ci/trinitas faciei: tum ꝑpter malitiam digõnis: tum

Auerro. ij. col/liget. ꝑpter sanguĩs adustionẽ: quare citrinatr vt est apd Auer. scdo colliget. inflatio faciei ꝑpter excitationem consequẽtem malitiaz digestionis: sed nõ est cum rubedine: sicut in ira: sed cũ pallore ⁊ citrinitate. Excitatio autẽ apud arabes duo importat. scz expergefactionẽ: et taliter nõ sumitr hic. scdo apo/stema flegmaticum simile cazesie et taliter sumi hic: fiunt effi cazetici ex mala digestione

Curatio eius. Cap. xviij.



Uratio aũt eius est ociari: quiescere et dormire: et embrocare caput cum eis que infrigidant et humectant et balneũ humidũ et cibi bonorum chimorũ et inunctiones humectantes. et vinum est ex rebus magis conferẽtibus eis: et sumãt in potu ipsum sine timore nisi fuerit dolor capitis.

¶ Nota sunt omnia. vertit enim intentionem suã: quandoq̃ ad causam: quãdoq̃ ab feb. ipsam: quãdoq̃ ad accidentia. vinum aũt est ex rebus magis conferẽtibus: sed debet esse limpbatũ et vnius anni tm: mediocriter vinosum: ⁊ potius dulce q̃ acre vinum autem potens antiquũ puruz copiose sumptum occidet multiplicãdo vigilias: sicut accidit seruo notarij. tertio de interioribus. ca. v. existente tamen dolore capitis notabili timendo de apostemate vitandum est vinum. Galen⁹. iij. de mẽbris affectis

¶ De feb. effi. ex somno ⁊ quiete. Ca. xix.



Piritu quãdoq̃ resoluũtur vapores calidi per vigilias et mot⁹. Cũ ergo prolongatur somnus et trãquillitas: et non resoluuntur accidit ex eis calefactio spiritu et feb. eius. Cuius signa sunt ista. significat enim eam antecessio somni et tranquillitas plurima: et proprie que nõ est in cõsuetudine: et cadit contrarium consuetudinis: et significat ipsam resolutio vaporosa et pulsus.

Sed contra si caliditas est diminuta vel extincta non est febris ¶ Dicendum vt patet ex superius dictis non esse incōueniens cum caliditate fere extincta esse febrem sicut in moriente ex febre cum anhelitus est frigidus de quo dictum est superius. ¶ Pro cura. Uertit intentionem principaliter contra causam scilicet opilationem non negligendo tamen relíquas intentiones. Isti ergo operiantur pannis donec sudent. et declinante febre balneentur in aqua notabiliter calida: ita tamen vt non mordicet: quia poros constringeret septimo terapenti. Et si in ipsa essent decocte alique herbe sicut maratrum idest maiorana anetum et sisimbrium qd̄ est species mente esset magis pororū dilatatiua. Deinde si oportet succedat balneatio in aere. balneum enim aqueum debet precedere vt poros dilatet et mollificet. aereum autem subsequēs vt materiā sudorosam educat et aquam in poris retentam ne reducens se ad frigiditatem opilet. Postea fiat inunctio cum oleis dilatantibus poros sicut oleuz de keyri. idest viola sarracenica de aneto et camomilla. postponit autem inunctionem: quia timet opilationem propter viscositatez olei quapropter liberius conceditur innunctio effimerātibus ex labore q̄ effimerantibus ex opilatione cum in illis non timeatur opilatio: cibantur autē his peractis et cum iam febris declinauerit: et bibant vinum mixtum: quia magis prouocat vrinam et sudare facit.

¶ De feb. effimera ex soliditate ex aq̄s stipticis.

¶ Capitulum. xl.



Quandoq; accidit illis qui balneantur in aquis stipticitatem facientibus sicut super quam vincit virtus aluminis: aut dragāti vt vehemens fiat spissitudo pororum apparentium quare comprimuntur eorum vapores: et accidit eis quod diximus aliquotiens et multotiens quidem perducit ad putredinem.

¶ De signis. Capitulum. xlj.



Significant eam cause et quod significatur de nigredine cutis q̄si ipsa sit extensa preparata preparatione qua preparantur coria et sicut si tangatur cutis infusa in aqua draganti: et est dispositio in additiōe caliditatis post tempus: idest nō statim ex tactu cutis sicut in aliis de illis que accidunt ex opilatione pororum et pulsus est debilior et minor et vehementioris velocitatis. Et vrina est vehementius alba et tenuis sicut vrina mulieris et non est in corporibus eorum diminutio: neq; in oculis eorum profundatio.

¶ Curatio.

¶ Oportet vt curetur cum propinquitate curationis eorum qui sunt ante eos. Ueruntamen eis non datur in potu vinū nisi

post fiduciam vehementie amplitudinis pororum nisi sit condensatio parua. fortasse enim tunc aperit eam vinum. Et oportet vt subtiliatio regiminis eorum sit maior: et mora eorum in aere balnei: et balneatione eorum cum aqua calida maior: et oportet vt tardetur inunctio eorum plus.

¶ Que dicit in prima parte quantum ad causas et modum euentus eius sunt satis manifesta: timet tamen in hac opilatione magis euentum putride quam in opilatione a frigore: cum hec sit fortior. Draganti idest vitrioli: quod est valde stipticum. Signa sunt sex in litera posita et satis nota.

De pulsu.

Sed de pulsu dubitatur quomodo sit multum velox ipso existente multum debili et arteria facta per siccitatem inobediente. Respondetur quod forte per velocitatem intelligit frequentiam. Vel dicitur quod propter magnā necessitatem ex multitudine fumorum propter fortem opilationem nam nō potente satisfacere per magnitudinem cogitur satisfacere necessitati per velocitatem et frequentiam. Et licet virtus sit debilis et arteria inobediens ad magnificandum: nō tamen ad velocitandū. vrina est alba sicut mulieris: non tamen est tenuis sicut mulieris. Vrine namque mulierum sunt cōmuniter grossiores vrinis virorum. Cā autem subtilitatis et albedinis vrine est suffocatio caloris a forti opilatione. CVRA est similis curationi effimere de qua statim sermo precessit. Sed quia hec est fortior opilatio timetur magis vinum in hac quam in precedente ne inflāmādo et nō aperiēdo ducat ad putridā. Propterea non conceditur nisi postquam confidimus quod per balneum et reliqua remedia iam sit facta deopilatio: aut nisi opilatio sit parua: vt quia paruo tēpore steterit in aquis stipticis. Vinum superfluū et proprie vinosum et antiquum in corporibus repletis et inconsuetis minatur periculum apoplexie aut apostematis cerebri: propterea primo laborandum est in vomitu vt educatur. pro quo vomitu si non fiat faciliter detur multa aqua tepida. nam aut eum faciet vomere aut reprimet vapores vini: et fiat lenitio ventris cum aqua: vt puta ex bibendo cassiam tractam cum aqua decoctionis prunorum et tamarindorum ad educendum vinū et vapores. et si perseueret dolor capitis fiat flebotomia ad euitandum.

De vino superfluo.

¶ Febris effimera ex vino. Cap. xlij.

Quandoque accidit ex vino feb. effimera. et cura eorum est cura ebrietatis. et fortasse indigent solutione cum aqua fructuum et similibus et flebotomia et vomitu: et proprie quādo perseuerat dolor capitis eorum. et oportet vt ingrediatur balneum post declinationem.

¶ Pro cura ebrietatis redit ad primum tertij. et ad tertiam primi.

¶ Febris effimera ex cibis calidis. Cap. xliij.

Cibi calidi faciunt febrem effimeram sicut illa que est ex sole sed plurimum est cerebralis et in spiritu animali. et illa que fit ex balneo est cordialis et in spiritu vitali. similiter illa que fit ex cibo est epatica et in spiritu naturali.

¶ Cuius curatio. Capitulum. xliiij.

Est prouocatio cum infrigidātibus notis. et solutio nature est melior cum siracost et tamarindis et rectificare epar cum eis que sunt aqua endiuie et oleum et syrupus acetosus et emplastra infrigidātia ex sandalis et camphora et aqua rosarum et oleo de succo eius et ex succis oleorum infrigidatis actu Et extinctio cum cibis frigidis et humidis.

Cibi calidi.

¶ Cibi calidi sicut alia cepe aromata. et huiusmodi calida in tertio aut quarto gradu febrem faciunt effimeram inflammādo spiritus et proprie naturales. Et ex his accipe triplicem modum verum effimere secundum triplicem spiritum animalem vitalem et naturalem qui est subiectū calefacti esse quod est causa coniūcta effimere. ¶ Pro cura vertit intentionem ad educendum cibum calidum et materias inde genitas, cum siracost idest māna distemperata cum aqua decoctionis prunorum tamarindorum et similium lenientium et infrigidātium. ¶ Secundo vertit intentionem suam ad infrigidandum et confortandum epar quod est spirituum principium naturalium cum aqua endiuie sumpta cum syrupo acetoso. et conueniens est syrupus de granatis et oxizaccara. Et infrigidādū est epar. et etiam cor cū exterius applicitis compositis ex sandalis. cāphora. et aqua rosata et succo rosarum quod licet sit calidus valet tamen ad cōfortandum sua aromaticitate. et similiter frigidis actu et potētia sicut semperuiue. solatri et plantaginis. nenufaris et similibus. et regimen in cibo et potu declinet ad frigidum et humidum.

¶ Et sic cū dei gratia sit finis expositionis huius primi tractatus prime Fen quarti Auicenne.

¶ Principiū sermōis de febribus putridis et cōplementū sermonis est in feb. sanguineis et colericis.

¶ Tractatus secūdus. sermo vniuersalis de febribus putridis. Rubrica.

Hec rubrica sit exponitur. tractatus secūdus est principiū sermonis in febribus putridis de quibus pricipaliter agitur in p̄nti tractatu. et est cōplementum in febribus sanguineis et colericis que nō sunt putride sicut sinocha sine putredine. et sicut febris adusta siue causon que pōt fieri absque putredine colere per solā eius adustionem. oēs tn̄ he febres dicuntur huorales. Deinde sequitur sermo vniuersalis in febribus putridis. hec enim est rubrica huius primi capituli.

Putredo accidit aut propter cibum malū cū est pparatus vt putrefiat illud quod generatur ab eo propter malitiam sue substantie. Aut propterea quod velociter recipit corruptionem quāuis sit bone substantie sicut lac. Aut quoniam est aquosus nutrimenti mali cuius aquositatē recipit sanguis sicut illud quod generatur a fructibus tardis humidis valde. Aut quoniā est ex illis que nō cōuertuntur ad sanguinē bonū: immo remanet

Aristoteles quarto metheororum Putrefactio est corruptio quedā in vnoquoque humido proprie et secūdum naturam caliditatis ab aliena caliditate que est ambientis.

remanet humor malus frigidus quem ab
horret calor innatus ꝛ succedit ei extrane⁹
sicut ille qui generatur a cucumere et citru
lo et piris et similibus. Aut malicia artifi/
cij eius. Aut hora ipsius Aut ordo eius se
cundū ꝙ scis.

Galenus deci/mo de ingenio. Si recte a no/bis monstratū est putrefactio nem humorum multorū dierū febriuz causam esse: hanc sana/re oportet pri/mum: nō negli gētes extingue re febrem, que ex ea accēdi an/ticipauit.

Hic tractatus secundus diuiditur in
duas partes. In prima
parte agit Auicenna de febribus putridis in ge/
nerali. In secūda in speciali. secunda ibi. (Febres
colerice). prima in tres. In prima agit de causis
putredinis et diuersitatibus eius. et de diuersita/
tibus febrium putridarum. In secunda ibi. (Si/
gnificant). in principio sequentis capituli ponit
signa febrium putridarum in generali. In tertia
ibi. (Scias) ponit generalem curationem febriū
licet forte magis ad intētionem conditoris possit
hic tractat⁹ diuidi in tot partes quot sunt capitu
la. Primum capitulum diuiditur in tres partes.
In prima ponit causas putredinis. in secūda ibi.
(Et putredo quidem quandoqꝫ est cōmunis) po
nit diuersitatem putredinis. in tertia ibi. (Et pu/
tredo colere) ponit diuersitatem febrium putri/
darum. Prima in quatuor sicut quatuor sunt cau
se putredinis: scilicet cibus. opilatio. aer: et hūor.
secūda ibi. (Aut propter opilationem). tertia ibi
(Aut propter dispositiones extrinsecas). quarta
ibi. (Et plurium causarum putredinis). Et licz
multe alie possint esse cause putredinis sicut vene
num. medicina putrefactiua. accidentia animi.
vsus venereorum et similia tamen mentionem fe/
cit de causis contingentibus pluries dans per
ipsas reliquas causas intelligere. ¶ Prima pars
potest diuidi in septem partes secūdum ꝙ septē
modis ex parte cibi potest in humano corpore ac
cidere putredo. partes patebunt discurrendo per
textum. Prima causa est malitia substantie. idest
proprietates cibi per quam nō est paratus vt pa
tiatur a calore humano transmutationem perfe/
ctam in chilū sicut fungi et fruges collecte tempo
re pestilentiali carnes crude et similia. vnde geni
tum ex eo est ad putredinem paratum. et ad hanc
causam reducūtur cibi habētes ꝓprietatem indi
uidualem nocentē vni hoī et nō alteri sicut in me
caseus. ¶ Scđs mod⁹ est qꝛ quāuis sit bone sub/
stantie est tñ ex illis q̄ velociter recipiūt corruptio
nem: sicut lac. est eñ bone substātie: qꝛ currit pro/
prietas inter ipsum ꝛ hoīem vt a calore hūano si
bi ꝓportionato et debite aplicato fit in chilū bo/
nū trāsmutabile: sed tñ est ita facile alterabile ꝓ/
pter modū sue substātie vt a calore sibi dispropor
tionato facile putreat. ¶ Tertia cā qñ est cib⁹ nu
trimenti mali aquosi cui⁹ aquositatē recipiat san
guis sicut illud qđ gñatur a fructibus tardis hu/
midis. ¶ Pro quo nota ꝙ sunt multi cibi aquosi
quoruz aquositates stomachus et epar separant
ab illo: qđ in sanguinē cōuertit. ꝛ istorū aquosita
tez nō recipit sanguis. Et quidā sunt quorū aquo
sitas nō facile sepatur per primam digōnem neqꝫ
scđam. et istorū aquositas remanet in sanguine. ꝛ
sanguis iste qui est calor naturalis: nō habēs suf
ficiens dñium ad humidū suū regulanduz facile
putret. Et primi penes Auicēnā scđo canone. ca.
primo habēt cōplexionē debilē: ꝛ scđi cōplexionē
fortem: ita vt non sue substantie facile separentur
Exemplum primi. sunt ficus et vue recentes quo/
rum humiditatis, pars magna separatur in pria
digestione a chilo. ꝓpterea ventrē leniunt: et a pe
ponibus humiditatis separat pars magna in se
cūda digestione que multū vrinare facit. ꝛ ista ha
bent cōplexionem debilē. Exemplum scđi. sunt si
cut ꝑsica pruna cerasa et similia quoruz hūiditas
nō bene separata per ꝑmā aut scđam digōnez re
manet in sanguine. Et ista habēt cōplexionē for/
tez in cōparatiōe ad calorē hūanū. lz absolute. s.
in cōparatione ad igneū habeāt cōplexionē debi
lem. Oleum aūt absolute hꝫ cōplexionē ꝛ mixtio
nem fortē cuius ꝑtes nō possunt ab inuicē separi
ꝑ actionē ignis. Fruct⁹ aūt isti dñr tardi: qꝛ ꝓpter
supfluā hūiditatē tarde digerunt sicut persica ꝛc.
¶ Quarta cā est qñ cibi sunt multū frigidi et diffi
cilis digōnis: ex qb⁹ nō est aptus bonus sanguis
generari: imo gñatur hūor frigid⁹ crudus cui ca/
lor naturalis nō pōt dñari vñ succedit in eo calor
extraneus ducēs ad putredinē. et iste modus dif/
fert a prīo: qꝛ ille ducit ad putredinē merito ꝓprie
tatis hic aūt merito supflue frigiditatis. Et dif/
fert a scđo mō: qꝛ ille est merito modi substātie fa
ciliter ad putredinē paratus. Et differt a tertio:
qꝛ ille parat ad putredinē merito hūiditatis sup
flue. Exemplū hui⁹ quarti modi sunt cucumeres
citruli et pira. cucumeres aūt sunt qui nostro ideo
mate vocant taliter frigidi in scđo. citruli autez
sunt minores adhuc frigidiores ꝛ deteriores: ex q̄
bus hūores grossi frigidi gñantur q̄ putrentes ꝑ
pter cām dictā sunt cā febriū cronicarū flegmati
carum. Pira silr nō oīa: sed illa maxīe q̄ sunt strā/
gulosa et nō pñt comedi nisi cocta. ¶ Quinta cā
est malitia artificij vt cū cibi nō debite coquātur
aut indebite preparentur sicut cū pisces cum la/
cte miscentur aut cū pisces elixi tenētur cooperti.
cōuertunt eñ in venenū. sexta tertij. ¶ Sexta cau
sa est hora cibi siue tempus inconueniens. s. quā/
do sumitur cibus super alio semidigesto. prohibe
tur enim digestio primi per aduentū secūdi: ꝛ for/
te vterqꝫ corrumpitur. ¶ Septima causa est ordo
malus vt cum cibus grossus preponitur subtili
qui subtilis primo digeritur et cum non possit
pelli extra stomachum cum nō amplius sit aptus
pati a calore stomachi vt naturalis patitur ab eo
tanqꝫ a calore absolute et putrefit. Et hec oīa de
bent esse scita tertia primi caplo. de regimine ei⁹
qđ comeditur et bibitur. iō dicit fm ꝙ scis. Sunt
aūt preter has alie cause sicut nimia quātitatis ci
bi aut paucitas eius de quibus. 13ª. tertij: sed per
istas septem ab Auicenna positas possunt reli/
que intelligi. Quid autem sit putredo dicetur.

¶ Aut ꝓpter opilationē prohibentē re/
spirationem ꝛ euentationē ꝓpter comple/
xionē corporis malam cū non potest dige/
stionem facere bonam.

¶ In hac ꝑte ponit scđam cām putredīs q̄ est opi
latio. Et diuidit in quatuor ꝑtes. in prima ponit
ꝙ opilatio est causa putredinis mediāte mala cō
plexiōe quaz opilatio causat. In secūda ostēdit ꝙ
opilatio est causa putredinis debilitādo virtutē.
In tertia ponit qb⁹ modis mala cōplexio cāt pu/
tredinez. In q̄rta oñdit qūo opilatio ꝛ effect⁹ ab
ipsa pendentes sunt reciproci: ꝛ sese mutuo augēt
et fouent. scđa ibi. (Et sunt iterū virtutes) 3ª. ibi
(Et hui⁹ q̄dē cōplo). 4ª ibi. (Et iste cause sunt).
¶ In pria ꝑte dicit ꝙ putredo fit aut ꝑꝑ cibos sicut
dictū fuit: aut ꝑꝑ oplonē ad quā oplonē seq̄tur ꝓ
hibita trāspiratio: qꝛ ꝓhibet aeris fridi īspiratio
ꝛ ipsi⁹ fcti cali ꝛ inutilis simul cū vaporib⁹ expira/

tis. Et sequitur etiam prohibita euentatio: quia calidum actuale tam spirituum ꝙ mēbrorum nō potest debite infrigidari. ad prohibitam autem respirationem et euentationem sequitur mala cō plexio que ſm plurimum est calida saltem in prin cipio licet postea tandem fiat frigida cum spiri/ tus corrumpuntur et calor extinguitur. Ad com/ plexionem autem malam sequitur mala digestio per quam malam digestionem humor de nouo generādus fit malus: et qui genitus est corrūpit.

¶ Et sunt iterum virtutes de illis que nō faciunt in cibo aut humore aliquid pro/ pter priuationem respirationis humorum quare dimittunt eum crudum.

¶ In hac parte secūda ostendit quomodo virtu/ tes debiles sint causa putredinis: quarum virtu/ tum debilitas sequitur opilationem propter pri/ uationem respirationis. nō enim faciunt in cibo neqꝫ in humore aliquid: quia dimittunt eum cru/ dum: et quando est crudus nō regulatur a virtu/ tute q̄re capit a calore agente vt elemētaris: et sic paratur ad putredinem et putrefit cum calor in nobis rarissime habeat vim adustiuam.

Sed dubitatur quia videtur ꝙ hec causa non differat a prima. nam virtus nō debilitatur nisi propter ma lam complexionem sequentem opilationem.

¶ Dicendum ꝙ in prima causa licet sit mala com plexio et debilitas virtutis sicut in secunda: atta/ men aliud est humorem non regulari a virtute: et aliud est ipsum alterari propter maliciam com/ plexionis agentis in ipsum sicut fit in prima cau sa. In secūda autem solum derelinquitur a regi/ mine nature mala complexione non concurrente positiue ad ipsius putredinem. ¶ Nota etiam ꝙ multotiens accidit ꝙ stante debita complexione membri cum sufficientia spirituum virtus tamē non sufficit bene digerere: eo ꝙ anima est alteri operi intenta. sicut accidit in illis qui ꝓfunde spe culantur Sicut enim attenti fortibus imagina/ tionibus delata sub oculis non videmus. secūdo de anima. sic etiam attenti fortibus imaginatio nibus non bene digerimus: ſm plurimum tamen virtutes deficiunt ab operando propter defectū in spiritibus aut membris.

¶ Et huiusmodi quidem complexio aut generat humorem malum aut corrumpit id quod generat propter abbreuiationem suam in digestione: et quia mouet eum mo tu pigro.

Mala comple xio cā putrefa/ ctionis.

¶ In hac tertia parte ostendit ꝙ mala complexio est causa putredinis tribus modis. ¶ Primus. qꝛ generat humorem malum siue generet ipsum per digestionem corruptam. sicut quando stomachus generat flegma acetosum aut rem fumosam qua lis non debet in stomacho hominis sani secun/ dum speciem generari. et sicut epar generat co/ leram vitellinam aut citrinam siue generet humo rem malum per digestionem diminutam per re/ missionem. sicut si generaret sanguinem flegma/ ticum non decoquendo chilum sufficiēter aut per digestionem diminutam per intensionē sicut si ge neraret sanguinem nimis calidum nimis exco/ quendo chilum. ¶ Secūdus modus est: quia cor/ rumpit illud quod generat per diminutionē suā quia generando corrūpit illud quod generat cor/ ruptione proxima in putredinem: quia deficit a perfectione digestionis quomodocunqꝫ deficiat et non est differentia inter causas primam et secū dam: nisi qꝛ in secunda generando disponit ipm dispositione proxima ad putredinem: sed in pri/ ma non. ¶ Tertius modus est: quia mouet ipsum motu pigro ad finem suum. quare tardatus ca/ pitur a calore extraneo et putrefit siue illum hu/ morem actu generet siue iam generatus sit. nam cum a virtute digerente mouetur subiectum a ter/ minato in terminatum per viam terminatam si/ cut quando de cibo fit chilus: ⁊ de chilo sanguis: et de sanguine humiditates secūde nisi debita ve locitate agat: quandoqꝫ preoccupatur materia a calore extraneo et non peruenit ad suum inten/ tum: sed putrefit sicut chilus bene digestus in sto macho putrefit quando non potest transire per pileron: eo ꝙ in pileron est aliquis cibus nō dige stus viam preoccupans. Exemplum huius est vas plenum aqua quod circunducitur qđ tamē aqua non cadit deorsum si circunducatur velo/ citer dato quod aliquando fundus vasis sit su/ pra aquam. Si vero tarde circunduceretur tunc caderet deorsum et motus rectus preoccuparet motum circularem.

¶ Et iste cause sunt iuuantes in genera/ tione opilationis generantis putredinem.

¶ In ista parte ponit ꝙ opilatio et effectus sui re ciproce se augent et fouent. Nam iste cause: scili/ cet mala cōplexio et debilitas virtutis sunt iuuā/ tes in generatione opilationis generando humo res malos qui opilant. que opilatio est causa pu tredinis causando malam complexionem et de/ bilitando virtutem.

¶ Aut propter dispositiones extrinsecas ex aeribus malis sicut est aer pestilentie et aer lacunarum et locorum infusorum in quibus madefiunt res vt linum et aspal/ tum. Et quandoqꝫ aggregatur de eis nu/ merus rerū plurimus. — De aere corru pto.

¶ In hac tertia parte ponit tertiam causam pu/ tredinis dicens ꝙ putredo fit propter disposi/ tiones extrinsecas ex aeribus malis. sicut est aer pestilens et aer lacunarum siue paludum et aer locorum infusorum in quorum aquis ponuntur res ad macerandum sicut linum et aspaltū. aspal tus autem est iuncus ex quo fiunt in hispania fu/ nes sicut apud nos fiunt ex canabe qui etiam fun/ ditur in aquis vt maceretur. nam aque ille et si sint laudabiles putrent cum huiusmodi infundū tur in eis. et vapores ab eis eleuati corrumpunt aerem: qui inspiratus simul cum vaporibus illis putrefacit humores. Aer tamen pestilentialis pre ter putredinem habet proprietatem venenosam qua inducit malignam putredinem paruo tem/ pore occidentem. et ideo febres pestilentiales sunt febres acutissime. febres autem pendentes ab aeribus putridis non habentibus hanc pro/ prietatem venenosam secundum plurimum sunt cronice. Et quandoqꝫ agregatur numerus rerum idest causarum putredinis: quia plures simul con currunt ad causandum putredinem scilicet cibus opilatio aer ⁊c.

¶ Et plurimum causarum putredinis hu morum est aut propter multitudinem hu/ moris: aut propter grossitudinem suam aut viscositatem sui.

¶ In hac

¶ In hac quarta parte ponit quartã causam putredinis sumptam ex parte humoris. Et diuidit in tres. in prima narrat istas causas. in secunda excusat se. in tertia dat modum quo ex humorum talibus dispositionibus coadiuuantibus alijs causis fit putredo. secunda ibi. (Et cause). tertia ibi. (Ergo quando fecerint). In prima dicit ꝙ plurimum causarum putredinis est ex malis dispositionibus humorum: scilicet propter multitudinem aut viscositatem aut grossitiem eorũ. Cũ enim hũores sunt multi nõ possunt bene a calore regulari. suffocatur enim et opprimitur a multitudine. ⁊ multitudo etiam est causa opilationis est causa putredinis. similiter grossities et viscositas vt est apud Auicennã secũda primi.

¶ Et cause multitudinis humorum et viscositatis et grossitiei humorum sunt note: et inceptio opilationis est nota.

¶ In secunda parte dicit ꝙ cause multitudinis grossitiei et viscositatis humorum sunt note: scilicet secunda primi. Et similiter inceptio opilationis idest causa quare incohoet opilatio est nota. Sunt etiam nota signa opilationis ex dictis secũda primi. et in tertio canone in multis locis. et ideo de istis nõ oportet hic dicere.

¶ Ergo quando fecerint opilationem accidit putredo propter euentationis priuationem proprie cum fuerint succedẽtes motibus in non sua hora super repletionem ⁊ nauseatiuam satietatem: et balneationes similiter: aut sol calidus: aut sumere calefacientia super repletionem: et dimissio cautele obseruationis digestiõis in stomacho et epate. Et succurrendi defectui si acciderit propter calefactionem amborũ in epithimatibus et vaporatoribus.

¶ Hec coniunctio ponitur hic continuando nõ inferendo quãdo humores aut multi aut grossi aut viscosi fecerint opilationem: tunc accidit putredo propter prohibitionem euentationis. et maxime accidit putredo. quando cõiungitur vna aut plures de causis sequentibus. ¶ Prima cum motus fuerint succedentes his opilationibus ⁊ ꝓprie facti in hora non conuenienti scilicet super repletionem ⁊ nauseatiuam satietatem. ¶ Secũda est balneatio in aqua aut in stufa succedens opilationi. et proprie si cum opilatione sit repletio aut nauseatiua satietas. ¶ Tertia sol calidus tali hora. ¶ Quarta sumere calefacientia sicut piper zinziber et similia. ¶ Quinta dimissio cautele obseruande pro bona digestione stomachi aut epatis scilicet in quantitate et qualitate ciborum et quibusdam alijs auxilijs necessarijs quibusdam hominibus sicut quidam portant circa stomachum pellem vulturis vel agninam. ¶ Sexta dimissio cautele ad succurrendum defectui: idest nocumento maxime stomachi aut epatis si acciderit cum calefactorijs epithimatibus et ceteris huiusmodi aliquando calefacientibus aliquando infrigidantibus secundum exigentiam nocumenti inducti.

Sed dubitatur hic de q̃tuor causis sã dictis. primo motus prohibet putrefationem. quarto methaurorum ergo nõ est causa putredinis. ¶ Item balneatio in aqua calida resoluit et minuit multitudinem ⁊ repletionem. secunda primi capitulo. Quidã ornate loquentium. Et similiter sol calidus fortificat calorem et resoluit superflua. res autem calide sicut piper et zinziber fortificant digestionem et resoluunt superflua. quare prohibent putredinem. ¶ Ad hoc respondetur ꝙ stomacho multum repleto cibo et epate chilo et venis humoribus fortes motus succedentes. proprie stante opilatione agitant has humiditates et agitando calefaciunt et cum nõ possint bene a calore naturali regulari tum propter opilationem: tũ propter multitudinem succedit in eis extraneus. Balneũ autem et sol calefaciunt et trahunt spiritus a centro ad circunferentiam: vnde calor innatus circa membra digestiõis debilitatur ⁊ per calorem rerum suprascriptarum humiditates calefiunt qui calor agit elemẽtaliter. Similiter res calefaciẽtes sumpte in his casibus calefaciendo ad putredinem cito disponunt: quia humiditates ille nõ regulantur: sed tamen nõ in omnibus sunt iste res calefacientes causa putredinis sicut in illis quorum virtus regitiua est fortior ad prohibendum putredinem q̃ res suprascripte ad ipsam causandam sicut in rusticis et his qui consueti sunt similibus inordinationibus.. ¶ Sed ad argumenta. ¶ Ad primum dicitur ꝙ motus prohibet putredinem illarum rerum que pro sui conseruatione a putredine nõ indigerent aliquo speciali cõseruãte sicut aque: sed tamen multotiens preparat ad putredinem ea que indigent aliquo speciali conseruante sicut humiditates nostri corporis. Similiter non sequitur ꝙ si balneum et sol resoluant superflua ꝙ non sint causa putredinis sui: precipue cum occurunt corpori hominis et conditionibus indebitis. ¶ De medicinis autem calidis dicitur ꝙ debite administrate et in corporibus frigidis et quando oportet iuuant: sed indebite administrate nocent.

Dubitatur vtrũ putredini sit semper adiuncta opilatio aut prohibita transpiratio. Arguitur ꝙ sic. primo ex Galeno. xj. terapentice. ¶ Item Auicenna in parte presenti ponens modum quo humor multus grossus et viscosus causat putredinem dicit ꝙ eã causat mediante opilatione.

In oppositum arguitur. quia nulla existente opilatione potest calor extraneus corrumpere humores et membri caliditatem naturalem cum ceteris circũstantijs ad putrefactionem requisitis igitur potest esse putrefactio absꝫ ꝙ ei coniuncta sit opilatio ⁊ absꝫ ꝙ sit coniuncta prohibita trãspiratio que est effectus opilationis.

Pro decisione dubij notandum ꝙ reperiunt isti termini opilatio obstructio prohibita transpiratio prohibita euentatio. Opilatio autem proprie sumpta est clausio vie siue ĩ orificio siue in aliqua parte inter media. Obstructio autem est clausio orificij et proprie pororum. prohibita vero transpiratio est prohibitio exitus aeris facti inutilis. ideo dicta est transpiratio quasi vltra spiratio. Aer enim spiritus dicitur et sic prohibitio exitus vaporum et aeris facti inutilis dicitur prohibita transpiratio. Euentatio autem dicitur quasi ventiactio infrigidans caliditatem superfluam spirituũ ⁊ mẽbrorũ que necessaria est pro ipsorũ cõseruatione. Prohibita aũt euẽtatio dicit cũ ꝓhibet actio vẽti vel aeris debẽtis hmõi calidũ refrige-

rate ne superfluat que prohibita euētatio maxi/
me fit cum prohibetur aeris frigidi ad aliquem
locū trāspiratio propter alicuius vie opilationē.

His premissis sint he cōclusiōes ad
questitum responsiue

¶ Prima.possibile est esse putrefactionem in hu/
mano corpore absq; opilatione idest preternatu/
rali clausione alicuius vie vel orificij .patet con/
clusio de chilo putrente in stomacho :aut de hu/
more putrente in aliquo corpore latarū viarum tē
pore pestilentie.¶ Scd̄a conclusio.possibile est in
humano corpore esse putrefactionē absq; ꝓhibi/
ta transpiratione que sit causa efficiēs aut cōco/
mitans. ꝓbatur q2 possibile est in aliquo humo/
re esse putrefactionem in sui principio in quo hu/
more fit proprius calor extraneus.nondum tamen
vapores sunt educti ad sui corporis superficiem
tunc patet ex diffinitione putrefactionis inferius
ponenda ꝙ ibi est putrefactio.et tamen ibi nō est
ꝓhibita transpiratio cum ibi nulli sint vapores
qui transpiratione indigeant.¶ Tertia conclusio
possibile est esse putrefactionem absq; prohibita
euentatione que sit causa efficiens aut cōcomitās
ꝓbatur.q2 possibile est in aliquo humore vel mē/
bro fieri putrefactionem quāuis suus calor euen
tetur quantū debet euentari qui calor si fieret re/
missior adhuc esset magis preter naturam.igitur
cōclusio vera.assumptum patet.quando aliquid
putrefieret ꝓpter nimiaʒ frigidatem sicut in his
que congelantur et sunt vicina congelationi.

¶ Quarta cōclusio.de intentione auctoris nō po/
test esse putredo cum febre quin ibi sit prohibita
transpiratio et ꝓhibita euentatio saltem cōcomi
tanter.ꝓbatur.naʒ semper in febre putrida vapo
res putridi ad cor perueniunt qui non sufficiēter
trāspirant.Similiter semper in corde febriēte est
caliditas preter naturam euentatione indigens.
Hic tamen esset instantia de corde febriente cuius
calor esset remissus respectu caloris sibi debiti.
¶ Sed ad hoc pōt patere rn̄sio ex dictis superius.

Galenus scd̄o de differentijs febrium aucto ritate Aristotelis.
Uidetur quidē recte Aristo.dixisse: putrefactionem a calore extraneo fieri: dixit aūt extraneum exteriorē: nō innatum: neq; proprium vniuscuiusq; eorum que sunt: nā hic qdē coquere aptus natus est: extraneus vero corrumpere quod est putrefacere.

Ex his tandem patere potest putrefactionem ſm
plurimum esse coniūctam opilationi que sit cau/
sa efficiens aut cōcomitans.

**¶ Et putredo quidem quādoq; est com/
munis corpori:et quādoq; est in membro
propter debilitatem suam:aut propter ve/
hementiam caliditatis sue extranee et sue
acuitatis :aut doloris eius.**

¶ In ista parte ponit diuersitatem putredinis.et
habet hec pars duas partes.In prima parte po/
nit diuersitates putredis contingentes merito lo
ci.In secūda ibi.(Et humor recipiens) ponit di
uersitatem putredinis contingētis merito humo/
rum putrētium.¶ In prima dicit ꝙ putredo quā
doq; est communis corpori:quādoq; est in mem/
bro determinato propter causas quatuor.primo
propter debilitatem suam.secūdo propter vehe/
mentiam caliditatis sue extranee.tertio propter
acuitatem suam .quarto propter dolorem eius.
¶ Nota igitur primo ꝙ per putredinem hic de/
bes intelligere humorem putridum:sed per esse
cōmune toti corpori intellige ꝙ humor putridus
sit in ambitu totius sicut in tertiana interpolata
quando materia colerica esset sparsa hora paro/
xismi extra venas in omnibus poris corporis ex/
trinsecis et in tertia continua in venis paruis ad
membra extrinseca terminatis. Sed minus pro/
prie dicitur putredo cōmunis toti quando mate/
ria putrida est contenta in venis siue concauitati/
bus que sunt deputate ad retinendum humorem
comunem toti. sicut si putredo esset cōtenta in ve
na chili aut vena porte aut arteria adorti aut in
corde aut in stomacho.Dicitur autem esse in mē/
bro determinato quando non esset in ambitu to/
tius:sed in loco determinato sicut in pleura ingui
ne coxa pectore et similibus siue sint organica si/
ue cōsimilia:in quibus materia coadunatur pro/
pter causas in textu dictas:scilicet ꝓpter debili/
tatem illius membri.que debilitas potest esse in
virtute digestiua:ita vt non bene digerat nutrimē
tum sibi aduenienes:quod remanens ibi non dige
stum putrefit.et potest esse debilitas virtutis ex/
pulsiue nō expellentis superfluitates que neces/
sario in quacunq; digestione multiplicantur.et
quocunq; istoruʒ modorū adunatur humor putri
dus in loco per viam paulatine congestionis siue
apostement siue nō.Aliquando potest esse debili
tas expulsiue humorum fluentium ad membrum
vel virtutis resistitiue siue respuitiue superfluorū
ad ipsum venientium:que tamē est vna virtus:sed
effectus sunt diuersi.aliud enim est resistere ne hu
mores fluāt ad aliquod membrū. aliud est postq̄
fluxerunt ipsos expellere.Propterea secūdum di
uersos effectus sortitur diuersa nomina. Et pro/
pter huiusmodi debilitatem coadunantur humo
res putridi per viam defluxus siue apostement :si
ue nō.hec autem virtutis debilitas existens in ali
quo membro aliquando est absoluta comparan/
do membrum ad medium sui generis:aliquando
est respectiua.verbi gratia.esto ꝙ stomachus sit for
tis:potest tantum accipi de cibo:et ita difficilis
digestionis ꝙ nō poterit neq; digeri: neq; expelli
quin prius putrefiat.Similiter intestinis existen
tibus fortibus stat materiam tanto impetu ab
alijs membris moueri ꝙ intestina nō poterūt resi
stere:imo recipiēt ꝓpter respectiuā et nō absolutā
debilitatē.¶ Secūda cā est vehementia calidita/
tis trahentis ad se humores aliorū membrorum.
vt dicit Gale.scd̄o de differentijs febrium.et nos
experimur ꝙ fricando membrum ad ignem rube/
fit et tumescit ꝓpter attractionē sanguinis et alio
rum humorum ad ipsum.¶ Tertia causa est acui/
tas caliditatis quando est coniuncta siccitati.ita
vt mordicet.aliter.acuitatis sue:scʒ membri. for/
tis enim acuitas sensus mēbri facit vt a quacūq;
causa facili patiatur. ¶ Quarta causa est dolor
membri qui est causa attractiōis humorum:quia
natura nō vtens preuisione intendens succurere
membro dolenti transmittit spiritus sanguinem
et alios humores cum sanguine qui indebite ibi
retenti putrent.

**¶ Et humor recipiens putredineʒ aut est
colera talis modi vt ab ea vapor egredia/
tur qui sit subtilis fumosus valde. Aut san
guis talis modi vt euaporet ab eo vapor
subtilis. Aut flegma talis modi vt illud qd̄
euaporat ab eo sit vapor spissus. Aut me/
lācolia talis modi vt illud quod euaporat
ab ea sit vapor fumosus puluerulentus.**

¶ In parte ista ponit diuersitatem putredinis cō
tingentis merito humorum. Et dicit ꝙ humor re
cipiens putredinem idest qui putrefit et est sub/
iectū putredis:aut est colera talis modi.i.nature
vt ab ea vapor egrediatur:q̄ ē fumosus subtilis val
de aut est sanguis talis modi vt ab eo vaporet va
por subtilis:

por subtilis: et nō dixit fumosus: quoniam vapores sui sunt humidi non sicci actu fumosi: aut flegma talis modi vt vapor suus sit spissus: aut melācolia talis modi: vt quod vaporat ab ea sit vapor fumosus pulverulentus: et quia est admixtus partibus terreis propterea fumante melancolia apparet in lingua sicut lutum terreum. et climia non fit nisi ex effumatione metallorum. ¶ Nota primo ꝙ nō fuit intentio Auicenne ꝙ solū humores primi putreant: immo possunt putrere membra ⁊ humiditates secunde lac chilus et similia: sed facit solum mentionem de humoribus: eo ꝙ frequēter putrent. et sunt frequenter causa febrium putridarum. Alia ratio et per humores dedit alia intelligere. nō enim est dubiū ꝙ humiditates secūde possunt putrere et facere febrem putridam. Illud raro tamen accidit et iam vidit febriētem ex spermate putrido per cuius expulsionē sanat' est. Similr putrent vermes et faciunt febres. ⁊ similiter membra et reliqua huiusmodi.

Sed dubitatur vtrum spiritus possit putrefieri. ¶ In quo dubio tenēde sunt iste cōclusiones. ¶ Prima omne mixtum potest putrefieri preter flammam ignis. Hec cōclusio est de mente Aristote. quarto methaurorum. vbi dicit ꝙ omnia putrescunt preter ignem. Huius autem ratio est: quia in omnibus mixtis calidum suum potest fieri impotens ad proprium humidum regulandum preter quā in flamma ignis propter sui caloris intensionem ⁊ paucitatem sui humidi. quapropter suo humido appropriatur adustio nō putrefactio. ¶ Secunda conclusio. spiritus licet raro: possunt tamē putrefieri: qr habent calidum intensum cum paucitate sui humidi. Raro ergo contingit ꝙ sua caliditas nō possit proprium humidum regulare. ¶ Tertia cōclusio. aliqua febris effimera est putrida. patet de spiritibus putrentibus in sinistro vētriculo cordis: immo potest esse pestilētialis si accidat in eis putredo per aerem pestilentialem ad cor inspiratum. Auctores tamen de hac effimera putrida nō fecerunt mentionem propter raritatem sui euētus: ⁊ quia curatur sicut relique effimere lꝫ putrida pestilētialis exigat pro sui curatione ꝙ frigida sumpta ⁊ applicata sint confortatiua virtutis vitalis et a putredine preseruatiua.

¶ Notandum ꝙ lꝫ aliqua colera sit certo sanguine grossior. ⁊ similiter certo flegmate. et consequēter vapor suus sit grossior vapore ab illo sanguine et flegmate eleuato. ¶ Auicenna tamen dicens vaporem colere esse subtiliorem vapore sanguinis ⁊c. intellexit huiusmodi comparationem seruata paritate humorum in situ sue latitudinis vt subtilis subtili: grossus grosso: mediocris mediocri comparetur. Quomodo autem vapor et humor sint causa coniuncta feb. dictum fuit superius in questione de maioritate morbi. ¶ Notandum secundo. ꝙ lꝫ aliqua putredo possit esse sine istorum vaporum eleuatione: attamē putredo faciens febrem putridam nō potest esse sine horum vaporum eleuatione quantuncunqꝫ humor putridus possit esse in ventriculo cordis ⁊ possit se solo causare febrē: attamē quancundoqꝫ hꝫ tantam caliditatē putredinalem que sufficiat ad causandum febrem: tūc ab eo vapores putridi eleuabuntur adiuuātes ipsuꝫ in causando feb. quapropter nunꝙ̄ est febris. putrida quin vapor putridus cōcurrat ad ipaꝫ causandā. lꝫ hūore euacuato possit per tēpus remanere vapor putridus cōseruās febrem. quapropter semp vapor est causa cōiuncta feb. si febris putrida sit: licet nō semp humor. Possemus tamē aliter dicere ⁊ cōformius determinationi superius facte de causa cōiuncta morbi in questione de maioritate morbi: ꝙ etiā hūor postꝙ̄ est eūatus est causa cōiuncta feb. causans ipsam per aliquid sui. s. per vaporē. sicut etiā diceimus sortē esse causam mortis platonis: qui cum iecerit iaculū in platonem moriatur anteꝙ̄ iaculus attingat platonē. ⁊ sor. esse causaꝫ gñationis platonis: qui post missionem spermatis in matricem moriatur anteꝙ̄ plato aiatus sit. ¶ Hic qr facta est mentio de putredine ⁊ putrefactiōe dignū est declarare quid sit putredo: q̄d putrefactio. et quō putrefactio differt a cōbustione. Horum tamen declarationē decreui ponere in fine huius capituli: qr alqualiter ꝓlixa est. ⁊ sic deinceps questiones longas si que erunt ponam in fine capitulorꝫ ne textus expositio interrūpatur.

¶ Et putredo quidem colere facit tertianam: et putredo sanguinis facit continuā et putredo melācolie facit quartanam et q̄ currunt cursu eius. et putredo flegmatis similiter vt multum facit quottidianam et que currunt cursu eius.

Postꝙ̄ in parte precedenti posuit causas putredinis et diuersitatem eius. Hic ponit diuersitatē febrium putridarum. et diuidit in tres partes. In prima ponit diuersitatē febrium putridarum ꝫm diuersitatem humorum. In secūda ponit diuersitatem earuꝫ ꝫm diuersitatem locorū. In tertia ponit quasdam diuersitates magis speciales cum quibusdaꝫ canonibus. scōa ibi. (Et sanguinis locus). tertia ibi. (Et iste quideꝫ febres). In prima parte dicit ꝙ putredo colere facit tertianā. putredo sanguinis facit continuam. putredo melancolie facit quartanam et que currunt cursu eius. putredo flegmatis facit quottidianā et que currunt cursu eius. ¶ Notanduꝫ primo. ꝙ lꝫ colera faciat tertianā tam cōtinuā ꝙ̄ interpolatā: ⁊ flegma et melancolia faciāt quottidianā et quartanā tam cōtinuam ꝙ̄ interpolatam: tñ faciunt cū putrent etiam alios modos febriū nā colera facit causonem. ⁊ similiter flegma salsum. ⁊ melācolia facit quintanā ⁊ sextanā vt īfra in ꝓprio caplo. Et est possibile ꝙ melancolia putrens in locis ꝓpinq̄s cordi faciat cōtinuā nō hñtē manifestā exacerbationē de quarto in quartū. attamē Aui. facit solū mentionē de febribus ꝫm plurimū ab his hūoribus cōtingentibus. sicut etiā est possibile. lꝫ rarissime accidat sanguinē posse facere interpolatam. ¶ Notandū scōo ꝙ cū dixit ꝙ flegma et melancolia faciunt quottidianam ⁊ quartanam ⁊ que currunt cursu ei'. i. alias feb. similes illis. flegma eñ preter quottidianā cōiter cōtingentē facit sincopalē hūorosam empialā liparia diurnā nocturnā et similes q̄ currūt cursu quottidiane ꝙ̄tū ad multa accñtia ⁊ modū periodicādi. ⁊ facit causonem multū differētē a quotidiana cōiter ꝯtingente in accñtibus et modo paroximandi. Et etiam facit aliquando quandā febrem vniformem in qua nō apparet manifesta ꝑiodicatio de die in diē sicut sepe vidi. licꝫ in multis accidentibus assimiletur quotidiane cōiter contingenti. ¶ Et melancolia facit interdum febrem vniformem que est sicut cōtinua conclusa. ⁊ facit quintanam sextanā. Non autē addidit in sanguine et colera: et quod currit

Aristoteles.

De putredine.

Pituita cum atra bili.

cursu eius.qꝛ licet alique diuersitates possint acci dere p̄ter cōclusam proportionatam sanguini: qꝛ sanguis potest facere interpolatā ⁊ p̄ter ter/ tianam proportionatā colere:qꝛ colera facit cau/ sonem ⁊ sincopalem diminutam.ille tamē diuersi tates sunt pauciores et rarius contingentes.Uel dic ꝙ potuisset facere si voluisset:et ꝙ dedit per istas pertinentes flegmati et melācolie illas in/ telligi.¶ Hic cadit questio pulcherrima ⁊ diffici/ lis de periodicatione. Cuius determinationem: qꝛ prolixa est reseruabo in fine capituli.

¶ Et sanguinis locus est intra venas. Co lera autē et flegma et melancolia quādoq̧ putrefiūt ītra venas ⁊ quādoq̧ extra venas

Aristoteles de historijs aīa/ liuz .Sanguis venas vasa si/ bi habet nec in vllo alio nisi in corde preter ve nas cōtinetur Sanguis si in/ teger est ⁊ non natura vel mor bo vitiatus ru bet :et dulcis saporis est.

¶ In parte presenti ponit diuersitatem febrium ꝑm diuersitatem locorū in quibus putrent humo res.et diuiditur in duas partes. In prima ponit loca in quibus ꝑm plurimum putrent humores. In scđa parte ponit que febres sequunt̄ ꝑm illoꝝ locorum diuersitatem.scđa ibi.(Et quando putre fiunt extra venas). In prima parte dicit ꝙ locus sanguinis scꝫ vbi putret ꝑm plurimū est intra ve/ nas colera autē flegma et melancolia quandoq̧ putrefiunt intra venas quandoq̧ extra quasi in/ differenter.ita ꝙ putrefiūt ītra venas sicut extra.

Dubitatur vtrū sanguis possit putrefie ri extra venas.¶ In quo du/ bio est tenendum ꝙ sic:qꝛ in quo cūq̧ loco reperi/ tur sanguis ibi pōt putrefieri: sed in multis lo/ cis reperitur extra venas: vt puta in ventriculo dextro cordis in poris membrorū.et in his duob⁹ locis naturaliter continet̄.lꝫ in poris membrorū non cōtineatur sub dispositionibus ꝓprijs san/ guinis cum iam dealbetur transiens in duas hu/ miditates. Reperitur aūt preternaturaliter in cō cauo pectoris in stomacho in intestinis in vesica et poris mēbrorum:ꝓpter cōtusionez aut qñ facit apostema. Et certum est ꝙ in oībus his locis pōt putrefieri:⁊ tamē cū incipit putrefieri adhuc re/ manet sanguis per certū tēpus.vt vult Aui.in ca. de feb.sanguis.¶ Scđa cōclusio ad intentionem Aui.⁊ ceterorum auctorū ꝑm plurimuz cum facit febrem putridam putret intra venas.¶ Tertia cō clusio ceteri humores in naturali dispositione in/ differenter cōtinentur intra venas et extra. Cole/ ra nanq̧ naturaliter cōtinetur in chisti fellis que est eius receptaculum. Melancolia in splene.fle/ gma in stomacho in intestinis et iuncturis. Simi liter ad intra venas naturaliter continetur.⁊ cōse quenter sequitur ꝙ ad intra venas et ad extra in/ differenter possunt putrefieri et facere febres pu tridas.¶ Ad Auerroyz aūt tertio colliget dicentē ꝙ sanguis nō repitur actu nisi ī venis. Simil'r ad Aristo.tertio de historijs aīalium dicentem ꝙ nō reperitur extra venas nisi in corde dicendū ꝙ in/ telligūt ī naturali dispositiōe ⁊ sibi ⁊ corpi.ꝙ pri mū eñ incipit esse in loco p̄terq̧ in corde aut ve/ nis tā primū incipit p̄ternaturaliter disponi.

Auerrois.

Aristoteles.

¶ Et quando putrefiunt extra venas et non est causa alia :neq̧ est putredo in apo stemate intrinseco qđ det cordi putredinē continuam faciunt periodos quos diximꝰ Sed vnicuiq̧ accidunt:et eradicant̄ quā/ uis flegmatica nō eradicetur:quin ibi sint relique occulte.

¶ In parte ista ponit diuersitatez feb.ꝑm diuersi tatem locorū in quibus putrefiunt. Et diuiditur in duas.primo ponit has diuersitates. scđo po/ nit causam earum precipue cōtinuitatis et inter/ polationis.scđa ibi.(Et feb.quidē putredinis). Prima in quatuor.in prima ponit quales febres fiūt cum putredo est extra venas.scđo quales qñ putredo est intra venas.tertio quales quando est intra venas oēs aut cordi vicinas.quarto quales fiunt quando putredo est solum in venis paruis nō vicinis cordi.secūda ibi. (Et quando putre/ fiūt).tertia ibi.(Et quādo putredo est ītrinseca) quarta ibi.(Cum autem sunt). In prima dicit ꝙ quando materie facientes febres putrefiunt ex/ tra venas:tunc faciunt febres interpolatas cum modis paroxismorum suprascriptoruz:scilicet fle gma de die in diem:colera de tertio in tertium. et melancolia de quarto in quartum:que omnia ve/ ra sunt obseruatis duabus cōditionibus. prima ꝙ propter multitudinem materie nō fiant diuer/ si paroxismi.quorum vnus alterum subintret aut ꝙ paroxismi sint ita longi propter multitudinez materie vt primo non finito alter incipiat.¶ Pri mus casus accidit quando cōiunguntur plures febres quarum quelibet esset interpolata:sed om nes simul continue affligunt propter multitudi/ nem et grossitiem materie.¶ Secundus casus ac cidit aliquando in flegmatica: aliquando in ter/ tiana nota:quarum paroxismi sunt due tertiane: que adeo prolongantur vt sequēs subintret prece dentē:et hos casus tetigit cū dixit.et non est alia causa.¶ Secūda cōditio ꝙ nō sit aliquod aposte ma intrinsecum:quod det cordi putredinem con/ tinuam ꝓpter propinquitatē aut magnitudinem non eñ est necessarium oē apostema intrinsecum cuius materia putreat facere febrē continuam:vt superius dictum fuit.¶ Subdit in fine quāuis fle gmatica non eradicetur quin ibi sint reliquie oc/ culte feb.quod accidit propter propinquitatē pa roxismorū.scđo qꝛ materia putrens est multa ⁊ vi scosa.vnde nō sit fit integra resolutio.lꝫ tamē re/ liquie iste que cōiter durant sex horis inter vnum paroxismum ⁊ alium nō debeant dici feb.sed neu tralitas q̄dā.in alijs aūt interpolatis fit integra eradicatio obseruatis duab⁹ p̄mis cōditionib⁹.

Sed dubitatur quare nō fecit men/ tionem de sanguine quem periodum seruet cum putret extra venas. ¶ Dicendum ꝙ hoc nō dixit.qꝛ iā dixerat sangui nē putrere ad ītra venas ꝑm plurimū:⁊ raro extra si tñ putreat ex̄ venas sicut in cōcauitate pecto/ ris vt multotiens vidi:facit feb. cōtinuam cū qui busdam excrescētijs ordinē nō seruantibus. Et si militer in ap̄atibus ītrinsecis sicut ī pleuresi:ap̄a te epatis:ap̄ate renū ⁊ similiū quā diuersitatē cre do accidere.qꝛ alij hūores simul cū sanguie expel luntur ad hec loca. Nam cōiter quando massa hu moralis in qua sanguis dñatur ad hec loca expul sa facit ap̄a dicimus illud apostema esse sangui/ neū.ḡ cōfundunt̄ p̄iodi ꝑm hūorū varietatē ⁊ for te ꝑm cuiuscūq̧ eorū variā etherogeneitatē.⁊ ꝓꝓ hoc in sinoca pendente a cā humorali videmus excrescentiarū multitudinē et cōfusionē vt nō pos sint ad certū ordinē reduci. Si vero sanguis q̄ est humor quartus distinctus contra tres expellitur ad hec loca facit cōtinuam febrē nō habentē no/ tabiles varietates quousq̧ stat forma sanguinis et non conuertitur ad alios humores per putre/ factionem:sed seruat periodum illius hūoris ad quem cōuertitur. Et hoc est quod dicit Gal.scđo de differētijs

Galenus.

de differentijs febrium. ꝙ pleuresis sanguinea seruat periodum colere. quia sanguis ad colerā per putredinem transmutatur. ergo periodus pōt in apostematibus duob⁹ modis seruari. vno modo nulla materia fluente: sed solum ratione materie que actu facit apostema que mouetur periodo illi humori cōuenienti. et similis periodus pōt seruari ī quocūqꝫ humore vbicūqꝫ putreat siue faciat apostema siue non. scḋo modo pōt seruari periodus per noue materie fluxum que fluit ad locum apostematis determinato tēpore illi humori appropriato sicut materia noua mouetur ad locum minere putredinis de tertio in tertiū: aut de quarto in quartum ſm naturam humoris. ⁊ hoc modo qꝛ sanguis nō seruat in motu determinatam periodum nō mouetur aliquo trium modorum proportionatorum tribus humoribus supradictis: sed seruat motū vniformen cōtinuum siue sit tot⁹ putrēs in vna massa collectus. siue moueatur ad aliquem locum siue apostematum siue nō: quando mouetur ſm suam naturā. i. cum resistētia causis mouentibus que est sua forma substantialis ⁊ sua forma specifica. ⁊ hoc est qḋ dicit Auic. in particula sequenti hui⁹ capituli. ꝙ humores amittūt periodicationē sibi ꝓpriam quando transmutātur in aliam speciem. q. d. ꝙ habent periodū propriam ſm speciem in quā transmutātur. hoc idez dicetur inferius in capitulo de febribus ap̄atuz vnicuiqꝫ hūorum inest periodus qui sibi cōuenit. Si vero sanguis ⁊ alij humores nō moueātur ſm naturam suam. i. formā substantialem ⁊ formam suā specificam resistentē modo dicto: sed solū ſm dispositionē mēbri mittentis suscipientis ⁊ generantis ⁊ ſm alias dispositiones manifestas. s. modum sub̄e quantitatis et hmōi tunc cuiuscūqꝫ periodus pōt in infinitum variari vt quilibet de die in diez: de tertio in 3^{m}. de q̄rto in q̄rtū: de octauo in octauū de mēse in mensem: de anno in annū periodicare possit. Sed de hac materia latius dicetur in questione de periodicatione.

Et qñ putrefiunt intra venas faciūt adherentiā febris ⁊ nō eradicat̄: neqꝫ est proxima ei que eradicatur: immo est assidua inseparabilis: sed ei est vehementia per quaz cognoscitur paroxismus qui est ei.

In hac parte duo dicit. primū ꝙ quando humores putrent ad intra venas: qḋ intelligit̄ de hūoribus alijs a sanguine: faciunt adherentiā feb. i. febrem cōtinuam que nō eradicatur nec est ꝓxima ei que eradicatur: qḋ dꝛ ad differentiā flegmatice sed est assidua inseparabilis: qꝛ semper est feb. et nunq̄ neutralitas feb. vsqꝫ ad finem consistentie ipsius. Secūdo dicit ꝙ est ei vehemētia. i. pars intensioꝛ feb. siue exacerbatio per quā cognoscit̄ paroxismus qui inest ei. i. paroxismus quē faceret talis materia quando putreret extra venas: qꝛ flegmatica exacerbaret oī die colerā de tertio in tertium: melancolia de quartū in quartū. ⁊ hoc intelligit ſm plurimū. Causa aūt quare materia putrens ad intra venas facit cōtinuā habentē exacerbationes dicetur inferius. Et q̄uis dixerim ꝙ loquitur de tribus humoribus ⁊ nō de sanguine qꝛ sanguis non habet aliquam periodū de supra scriptis: tamen hec particula sanguini adaptari potest: qꝛ habet motum cōtinuum per quem facit cōtinuā conclusam qui est paroxismus idest modus afflictionis ⁊ proprius. Nota tamen multotiens accidere ꝙ vnus paroxismus incipiat a materia putrente intra venas que feb. incipiet sine typo. et ita durabit febr. pendens ab illa materia putrente ad intra venas per aliquot horas. Deinde illa materia que antea nō potuit expelli extra venas pre grossitie sua subtiliata expelletur et incipiet rigor in actu expulsionis: tandem durabit paroxismus donec tota materia consumpta sit ⁊ multotiens terminabitur cum sudore. et certum est ꝙ est paroxismus vnus: siue vnitas paroxismi attendatur penes materiam vnam facientem ipsum: siue attendatur penes continuitatem caloris febrilis in corde. Ex quo infertur aliquem esse paroxismum in cuius medio accidit typus et nō in principio. et consequenter ꝙ post augmentum ⁊ statum redit principium.

Et quandoqꝫ putredo est intrinseca dominans super venas oēs: aut super plurimum eius qḋ sequitur ex eis nō sunt forsitam additiones et diminutiones apparentes. Cum autem est scḋm cōtrarium eius apparent alterationes manifeste.

In his duabus partibus quas legā simul duo dicit. primū ꝙ quando putredo est intrinseca dominans super omnes magnas venas et paruas tam cordi propinquas q̄ꝫ remotas aut dominās super plurimuz quod sequit̄ cor ex eis venis. idest quādo putredo est in magna parte venarū ꝓpinquarum cordi: tunc fit feb. cōtinua dicta cōclusa in qua forsitan nō sunt additiones et declinationes paroxismales apparētes. Scḋo dicit ꝙ qñ sunt ſm cōtrarium eius. i. qꝛ materie putrent in venis a corde distantibus apparent alteratiōes poxismales manifeste ſm naturā humoris. fiunt eīm cōtinue ꝓportionales. Harum aūt diuersitatum causa est: qꝛ sicut in interpolatis materia paroxismi mittit̄ de ītra venas ad extra venas aut quotidie si sit flegma: aut de tertio in tertiū si sit colera aut de q̄rto in quartū si sit melancolia: ita in cōtinuis ꝓportionalibus materia factura exacerbationes q̄ putret in venis paruis mittitur de venis magnis ad paruas periodicatione cōsimili. q̄ periodicatio inter ceteras causas potissime fit propter formam substantialem ⁊ ꝓprietatē occultā humorum per quas vnus humor magis resistit q̄ꝫ alter ne putreat ⁊ ne moueat̄ de vno loco ad aliū qꝛ ille motus disponit ad sui corruptionem. forma nanqꝫ melancolice magis resistit ceteris. propterea mouet̄ tardius. s. de quarto in quartū. Colera scḋo loco. ideo mouetur de tertio in tertium: et flegma in tertio loco. ideo qutotidie mouetur. Sanguis autē per formā suam minus resistit. ꝓpterea paratus est ad motū cōtinum ⁊ putredinē cōtinuam. Cum aūt materia putret aut in venis omnibus aut venis plus cordi propinquis: tunc nō apparent iste exacerbationes manifeste: qꝛ ꝓpter magnā putredinē in hūoribus: ⁊ cordis vicinitatē virtute debilitata nō pōt materiā saltez in notabili q̄ꝫtitate pellere de venis magnis ad ꝑuas. quapropter fit febris fortis vniformis continua que dꝛ cōtinua cōclusa. Cā aūt quare apparent alique excrescentie et diminutiones occulte est: qꝛ aliq̄d de materia putrente expellit̄ de venis magnis ad paruas ſm naturam humoris de qua supra. et in tempore in quo materia putrens expellitur et fit a corde distātioꝛ fit remissio febr. reliquo tp̄e apparet feb. intensioꝛ. ideo in causone colerica apparet remissio feb. lꝫ occulta de ter

Duo Auicēne documenta.

Causon siue causus ex flegmate siue pituita.

tio in tertiuʒ. In causone flegmatica quottidie. Ille aūt remissiones sunt parue: qꝛ paucuʒ est illud qđ expellitur ob virtutis debilitatē. ⁊ etiā qꝛ aliqualis feb. remissio i comparatione ad febres ita intensas vix pōt apparere sicut diminutio parua a quātitate magna vix sentiri pōt. Et ex his infertur ꝙ causones et cōtinue ꝓportionales se habēt modo cōtradictorio quantuʒ ad icās huiusmodi. Cum enim materia expellitur de venis magnis ad paruas fiunt intensiores in cōtinuis ꝓportionalibus: sed in causonibus fiunt remissiores. licʒ tamē nō videam causam cur ex venis paruis nō possit pelli materia ad venas magnas ꝗ̄ sit causa excrescentie.

Sed dubitatur a doctoribus an per cuiuscunqꝫ humoris putredinem possit fieri cōtinua cōclusa. ¶ Pro cuius dubij decisione premitto ꝙ cōtinua conclusa pōt tripl'r dscribi. primo ꝙ cōtinua cōclusa sit fe. cōtinua intensa nō habens intēsiones neqꝫ remissiones ꝑiodicas manifestas neqꝫ occultas. ⁊ hoc modo soli sanguini cōuenit facere cōtinuam conclusam ꝓpter suas causas tam manifestas ꝗ̄ occultas. ¶ Scđo per cōtinuaʒ cōclusam possumus intelligere continuam intensam non habentem manifestas exacerbationes. et hoc modo accepta pōt fieri a colera. multū eñ de ipsa reperit' in venis pulmonis que sunt ꝓpe cor. et pōt fieri a flegmate salso: qꝛ multuʒ de eo in pulmone reperiri pōt. ¶ Et tertio ex melancolia adusta. lʒ hec rari⁹ cōtingat tamē eaʒ aliquando vidi. Pōt eñ colera. ⁊ similiter sanguis ꝓpe cor existēs ꝑ adustionē in melīaʒ cōuerti que nō erit minus calida ꝗ̄ flegma salsum. videmus eñ disinterias a melīa adusta ⁊ ꝓprie genita per adustionē colere fortiores ꝗ̄ a flegmate salso. Et sicut fit flegma salsuʒ ex flegmate et colā simul mixtis: ita pōt fieri melīa ex melīa et colera simul mixtis que nō erit minus calida ꝗ̄ flegma salsuʒ. est eñ hec magis sicca. ¶ Et cōfirmatur: quia sicut datur colera minoris fame facta ex colera et melācolia simul mixtis colera dñante in mixtione. ita pōt reperiri melancolia facta ex melācolia et colera simul mixtis melancolia domināte. Cōtinua conclusa hoc modo sumpta nō pōt fieri ex alijs specieb⁹ flegmatis neqꝫ ex melācolia naturali propter suam frigiditatem ¶ Tertio per continuā cōclusam possumus intelligere febrem cōtinuam nō habētem manifestas exacerbationes. et hoc modo ex multis speciebus flegmatis et melancolia naturali pōt fieri continua cōclusa. Et vidi multas laticas non habentes manifestas exacerbationes.

Quid cōtinua cōclusa.

¶ Et febris putredinis quidem extrinsece nō eradicatur et redit nisi quoniā materiei que putrefit superuenit putredo in tēpore paroxismi ⁊ finit ei⁹ hūiditates ex quibus pēdebat caliditas ⁊ resoluunt' et egrediuntur ex corpore: quoniam nō sunt retēte in venis ita vt prohibeant eas illud a cōplemento resolutionis et remanet cinereitas eius ⁊ ipsius terreitas que nō sunt vehiculū febris et caliditatis sicut videt' de dispositione cumulorum stercorum paulatim donec fiat cinis totum: deinde remanet caliditas. Et quando nō remanet in humore adusto per putredinem caliditas destruit' febris quousqꝫ aggregetur vice alia ad locum putredinis.

¶ In ista parte ponit causas aliquarū diuersitatum suprascriptarum. ⁊ primo quare feb. pendēs a putredine extrinseca est interpolata. Scđo quare feb. pendens a putredine intrinseca. i. quando materia putret ad intra venas est continua. scđa ibi. (Cum aūt putredo est intra venas). Prima diuiditur in tres. in pria ponit quare primus paroxismus recedit ante cōplementum feb. in secūda parte. quare scđs paroxismus post primum redit. in tertia epilogat. secūda ibi. (Etiaʒ remāserūt) tertia ibi. (Res ergo putredinis). In prima parte dicit quatuor. Primum est ꝙ febres putredinis extrinsece. i. pendentes a materia putrente extra venas nō eradicant' quo ad ipsum paroxismū et redeunt quo ad scđm: nisi qꝛ materiei que putrefit debēti facere paroxismū superuenit in tempore paroxismi putredo. i. calor putredinalis qui calor putredinalis finit humiditates illius materie ex quibus pendebat caliditas tam putredinalis ꝗ̄ febrilis. ¶ Scđo dicit ꝙ humiditates illius materie resoluuntur et egrediūtur ex corpore sub forma fumi et vaporis: quoniaʒ iste materie nō sunt retente in venis: ita vt ꝓhibeat eas illud scʒ retinere in venis a cōplemēto resolutionis. ¶ Tertio dicit ꝙ post harū materierum resolutionē remanet in loco vbi putrebant cinereitas ⁊ terreitas que nō sunt vehiculum feb. et caliditatis putredinalis sicut videt' in stercorib⁹ que putrefiunt paulatim donec totuʒ fiat cinis. ¶ Quarto dicit ꝙ in materia cū est incinerata nō remanet amplius caliditas actualis. ⁊ quādo talis caliditas nō remanet in materia per putredinē adusta destruit' feb. vsqꝫquo aggreget' vice alia materia ad locū putredinis que putrens facit aliū paroxismum.

Notatu dignum.

Hic cadunt aliqua dubia. Primū. qꝛ videtur ꝙ putredo non semꝑ veniat tempore paroxismi: immo ante tēpus paroxismi sicut in materia causonis cuʒ expellitur extra venas: ⁊ facit rigorē iuxta affori smum quarte particule. A causone habito rigore superueniente solutio fit. ¶ Secūdo qꝛ multotiens videm⁹ materiam prio putrere itra venas ⁊ facere feb. postea expelli extra venas cum rigore tandē terminari cum sudore. quare ⁊c. ¶ Tertio ante oēm febrē precedit putredo in materia: sed oīs paroxismus est feb putrida. ergo ante oēm paroxismū feb. put. ꝓcedit putredo in materia. cōseqñtia est nota cū minori. ⁊ maior arguitur. qꝛ ad faciendū feb. putridā requiritur aliquanta putredo que non subito in materia acquiritur.

Dubia putredinis.

Pro solutione dubij dicendum ꝙ necessario ante oēm paroxismū febrilem pendentem a materia putrida precessit putredo in materia que propter eius remissionē adhuc nō sufficiebat facere feb. cū quo tamē stat ꝙ in paroxismo supueniat aliquis gradus putredinis qui prius nō fuit. ¶ Nota tamen ad intentionem Aui. ꝙ quādo materie sunt in venis sub forma cause antecedētis nō putrent in febrib⁹ interpolatis. sunt tamē taliter male dispositе ꝙ tenent' ipsas expellere ⁊ quando expelluntur in ipso motu agitantur et incipiunt putrefieri. ita vt ꝭm plurimum simul cū typo incipiat feb. lʒ sit possibile ꝙ ante expulsionē putreant etiam putredine faciente febrem. Et similiter est possibile ꝙ stent per tꝑs notabile postꝗ̄ expulse sunt anꝗ̄ putreant. ⁊ possibile est rigorem cuʒ coartatione

pulsus

pulsus incepisse sine febre: ⁊ ꝙ postea materia putrente supueniat febris, sicut possibile est a flegmate vitreo fieri rigorem siue febrē. cap. de rigore: sed quōcūqꝫ sit superueniet putredo tempore paroxismi: quia nouus gradus putredinis qui nō prefuit ¶ Utrum autē incipiente rigore a materia que nō putreat: et postea putrebit: et faciet febrem: paroxismus incipiat incipiente rigore: et quando coartatur pulsus aut solum quando incipit febris.

¶ Dicendum ꝙ paroxismus incipit incipiente rigore qui non est paroxismus febrilis: sed solū paroxismus febrilis incipit febre incipiēte. vnde primum principiū a quibusdam dicitur principium exclusiuum feb. Scđm vero principiū inclusiuum.

Secundum dubium

cadit cōtra scđm dictū videtur enim ꝙ citius debeant resolui materie putrentes ad intra venas: quia in venis calor est fortior ceteris paribus q̄ extra quare ⁊c. ¶ Dicitur ꝙ tres sunt cause quare materie putrētes ad intra venas tardius resoluūtur q̄ materie putrentes extra. Prima quia sunt tecte a venis que sunt fortes et dense texture. Scđa quia sunt in vno loco collocate: ⁊ vnite: sꝫ quādo sunt extra venas sunt sparse in poris. ita vt minimū materie tangatur a minimo membri: ⁊ hec est causa quare apostemata maturata nō possunt resolui vel difficillime resoluuntur et ante maturationē facilius. Et huius habemus exemplum. Nam aqua in ciato posita sub radijs solis difficillime et tarde resoluitur. Eadem tamen aqua posita in loco lato q̄ primū resoluit etiā in vmbra. Tertia causa. quia materia putrēs existens in venis est mixta cum alijs materijs non putrentibusque prohibent ipsius resolutionem sicut acetum mixtum multa aqua in lebete nunq̄ resoluitur nisi tota aqua resoluatur. eadem tamen quantitas aceti in vno lebete de per se posita ad ignem q̄ primū resoluitur. ¶ Et ex his ad rationē in contrariū adductā patet solutio. iste enim tres cause sunt fortiores in prohibendo resolutionem q̄ magnitudo caloris ad resoluendum.

Contra tertium

dictuꝫ arguitur: q̄r non semper ex materijs putrentibus relinquitur cinericiū. sicut quā do putret materia colica subtil' aut flegma aquosum. Preterea videtur ꝙ cinericiū derelictuꝫ nō sit oīno hūiditate priuatū: imo ꝙ sui hūiditate sit iterum vehiculū caloris putredinalis cum experiamur ex cinericijs in venis per febres derelictis febres quartanas accēdi. nā hoc mō fiunt quartane permutādo. ¶ Itē cinericiū ex stercore putrēte derelictū iuxta exēplum suū nō est oīno priuatū humiditate: cum positū apud plantas īpinguet eas. ¶ Ad hoc dr̄ ꝙ rōnes iste ꝯcludūt. nō eīm oīs hūor putrēs derelinquit cinericiū qui notabiliter participat partib⁹ terrenis. ¶ Et dr̄ scđo ꝙ cinericiū illud nō est oīno humiditate priuatū: sed est priuatum humiditate putredinali que pro tunc erat subiectum caloris putredinalis. licꝫ in reliqua humiditate ipsius postea possit accēdi caliditas putredinalis q̄ iterum faciet febrem. Exemplum habemus in carnibus putrētibus aliqualiter a quibus positis ad ignē cum sale ⁊ aqua remouet̄ humiditas putredinalis quā pro tunc habebāt: ⁊ stant sine fetore per duos dies. Deinde iterū accensa putredine in reliquis hūiditatibus de nouo incipiūt fetere et putrere.

Contra quartum

dictuꝫ arguitur ꝙ nō possit esse aliquis humor adustus ꝑ putredinem cuꝫ adustio ⁊ putrefactio ex opposito distinguātur. quarto metaurorū. Respōdet̄ ꝙ per adustionē intelligit quā cunqꝫ hūidi resolutionē et cōsumptionē ducenteꝫ ad cinericiū siue illa sit adustio proprie sumpta siue putrefactio. ¶ Ultimo nota ꝙ exemplū istud de stercorib⁹ est Galeni primo de differētijs febrium cap. v. quorū vna pars primo putrefit et effumat. secūdo alia iam prima desinēte fumare: et sic proceditur quousqꝫ totū putruit. Simile est in humoribus nostris cum putrēt ⁊ faciūt paroxismos. primo enim pars magis disposita mouet̄ ad putredinem fumat ad cor ⁊ facit febrē. deinde incipit alia prima cessante. et sic succedūt ꝑoxismi inter quos cadit quies tanto tēpore quātum est tēpus in quo nulla ꝑs effumat effumatione sufficiēte ad febrē. Aristoteles.

¶ Et iam remanserunt in ea reliquie caliditatis ex putredine prima: quāuis non remaneat materia. Aut propter inuentioneꝫ cause prime putredinis in materia prima ⁊ inflāmatur in materia scđa: scđm semitam putrefactionis.

¶ Hic ponit duas causas reuersiōis paroxismi sequētis post recessum ꝑcedentis. prima est reliquie caliditatis derelicte ex putredine. prima cū cinericio aut absqꝫ cinericio. que quidem reliquie caliditatis nō sunt nisi caliditas remissa que est pars caliditatis ꝑcedentis que erat intensa dum actu putreret seu putrebat materia et putrens faciebat febrem: quāuis in loco putredinis nō remāserit materia saltē apta pro tunc facere febrē: eo q̄r a caliditate putrēte est in totū resoluta aut saltē. ita resoluta vt nō remāserit nisi cinericiū: qđ ꝓ tunc non est aptū facere febrē. ¶ Secūda causa scđm expositionem Gētilis ⁊ Marsilij est: q̄r calor putredinalis existens in materia ꝑcedētis paroxismi dū erat intensus et actu febrem faciebat: disposuit aliam materiā simili dispositiōe illi quā habuit materia precedētis paroxismi: quapropter attracta ad eūdem locum vbi putruit prima putrebit et faciet sequentē paroxismū. Gentilis: Marsilius. ¶ Et si bene cōsideres verba textus manifeste sonāt hanc sententiā. Et scđm hāc expositionē differētia inter primā causam ⁊ scđaꝫ est: quia p̄ma causa est solū caliditas remissa q̄ est pars precedētis intēse que agit tēpore quietis inter paroxismū et paroxismū: sed secunda est ipa caliditas intensa materie actu putrētis ⁊ faciētis febrem que tēpore paroxismi disponit aliā materiā ad faciendū paroxismū sequentē. Item secūda est cum presentia materie actu putrētis prima non. Ugo senensis.

¶ Alia expositio est Ugonis dicētis ꝙ scđa causa factiua sequētis paroxismi est dispositio in aliqua alia parte materie que stat sub forma cause antecedentis similis dispositioni illi que fuit in materia precedētis paroxismi: vt si sint sex vncie colere sub forma cause antecedētis cōtingit vnā magis ceteris dispositaꝫ que expellitur natura irritata ⁊ stimulata extra venas: et facit paroxismum interim simili dipositione disponetur secunda vncia et expelletur tertia die et faciet scđm paroxismum et sic de ceteris paroxismis. ¶ Qualiter autem differat hec secunda causa a prima est manifestū satis: ⁊ credo vtranqꝫ expōnem saluari posse: ⁊ vtraqꝫ est cōsona textui. Sed expositio Ugonis dat causam magis efficacem reditus paroxismi. Si enim non esset materia disposita stans sub forma cause antecedētis esset difficile ꝙ per alias causas redi

ret paroxismus. Et si rediret solum ꝓpter illas cau
sas nō deberēt deficere paroxismi vnus post alte/
rum vsꝗ ad mortem cum oībus esset ꝯsimilis cau/
sa reditus. ¶ Preterea medici in febribus interpo
latis plurimū paroxismoruꝫ euacuant materiam
que est sub forma cause antecedentis estimantes
ꝙ illa euacuata debeant cessare paroxismi cū po/
tius tali materia nō existēte sub forma cause ante
cedentis deberent febres periodice curari per al/ Gentilis. Marsilius.
terantia ꝗ̄ per euacuantia. Et melius fuisset Gen
tili et Marsilio facere ex illis duabus vnam cau/
sam: quia eadem est caliditas primo intensa agēs
tempore paroxismi. secūda remissa agens tempo
re quietis. ¶ Sed credo ꝙ diceret ꝙ licꝫ sit eadē ca
liditas: tamen in prima causa cum est remissa nō
est cōiuncta materie putrenti: sed in secūda causa
est coniūcta materie putrenti. Et certe credo quā/
tum ad causas reditus paroxismi inter hos docto
res nō esse differentiā: licꝫ sit discordia ī expositio/
ne textus. Omnes eñ concederēt ad reditū paro/
xismi cōcurrere dispositionē materie que stat sub
forma cause antecedētis et hanc esse principalio
rem scd̄m plurimū: ⁊ etiā concurrere caliditatē pu
tredinalē agentē tā tp̄e quietis ꝗ̄ tp̄e paroxismi.

Notandum primo ꝙ reliquie ca/
liditatis siue ca
lor derelictus a materia putrēte est causa reditus
paroxismi attrahēdo materiam ad locum vbi pu
truit prima: et etiā aliquādo corrumpendo nutri/
mētum aduenīens membro illi in humorem simi/
lem illi qui primo putruit: sicut corrumpendo san/
guinem aduenientem pro nutrimento illius mem
bri dum adhuc est in venis illius membri in colerā
vel melancoliā scd̄m exigentiā illius humoris qui
ante putruit. difficile tamē esset ꝙ illuꝫ ꝯuerteret
in flegma. hec tamē caliditas verisimilius ꝯcurre
reret ad generationē humoris similis illi qui pu/
truit si reperiret nō solū in loco vbi putruit mate/
ria: sed etiam in epate ⁊ venis ita ꝙ in hec mēbra
esset impressa similis caliditas illi que erat ī hūo/
re putrente: sicut est possibile. ¶ Notandū secūdo
ꝙ quia hec caliditas habet determinatā proprie/
tem proportionatā humori qui putruit et nō agit
solū vt caliditas: ideo scd̄m plurimuꝫ reaggregat
humorē similē illi qui putruit et nō humorē diuer
sum a primo: et proprie stante simili regimine: ad
qd̄ etiā concurrit ꝙ scd̄m plurimū notabilis quāti
tas reperit in venis de illo humore qui prius pu/
truit: et quia cōtingit humorē huiusmodi aliqñ va
riari: hinc est ꝙ aliquādo variātur paroxismi ⁊ mul
tum a precedētibus diuersificātur tam scd̄m natu/
ram ꝗ̄ scd̄m accidētia. et multotiens ex vna febre
fit transitus in aliā specie differentē. ¶ Notanduꝫ
tertio ꝙ vnitas febris interpolate habētis plures
paroxismos saluatur in materia antecedēte rema
nente scd̄m aliquā eius partē a principio vsꝗ ad
finē si habeat illam. si vero nō habeat hm̄ōi mate
riam: et fiat reaggeratio nouarū materierū ꝓ no/
uis paroxismis propter malaꝫ cōplexionē epatis
et venarū saluatur vnitas in illa mala cōplexione
que est causa horū paroxismorū. Si ꝟo nulla ta/
lis sit mala complexio ⁊ redeant paroxismi ꝓpter
caliditatem in loco derelictā vbi putruit materia
saluatur vnitas in caliditate illa. paroxismi enim
illi sunt magis similes ꝗ̄ duarum febriū: quarum
vna esset flegmatica alia colerica aut duaꝝ tertia
narum: quarū vna esset tēpore estatis altera tem/
pore hiemis. Tempora autem in his febribus nō
habentibus materiā sub forma cause anteceden/
tis distinguūtur penes accidentia hoc modo: quia
primo per illam caliditatē aggregabit aliquali/
ter de materia: postea plus: et deinde iteruꝫ plus:
postea minus scd̄ꝫ hm̄ōi aggregatiōes distinguū
tur principiū augmentū status et declinatio quo
ad accidentia. Sꝫ qualiter distinguant penes ma
terie alterationē est difficile cognoscere: precipue
si sit salubris: quia parū nocente hac mala quali/
tate in primo paroxismo debent magis apparere
signa digestiōis. in scd̄o min⁹. in tertio adhuc mi/
nus. in declinatiōe vero magis. et sic in primo pa
roxismo esset statusquo ad digestionē. in scd̄o aug
mentū. in tertio principia. in quarto rediret aug/
mentum. Si vero esset mortalis in primo paroxis/
mo appareret cruditas aut vestigiū occultum pu
tredinis. in secūdo signū manifeste putredinis. in
tertio signa complete putredinis. cum qua seque/
retur mors. ¶ Notanduꝫ quarto ꝙ rarissime acci/ Notatu dignū
dit ꝙ inter vnum paroxismū et aliū febris interpo
late homo redeat ad dispositionē sibi sanam: quia
secundū plurimū aut ꝓpter materiaꝫ que stat sub
forma cause antecedētis: aut ꝓpter malam quali/
tatem existentē in mēbris: aut propter aliqd̄ cine/
ricium derelictū ex materia prius putrente non re
dit ad dispositionē sibi sanā: immo scd̄m plurimū
est eger aut neuter. tamē aliquando potest accide
re ꝙ redeat ad dispositionē stantem in latitudine
sue sanitatis inter paroxismū ⁊ paroxismū. Si eñ
homo quotidie euomeret colerā propter latitudi
nem pori fellei venientis ad stomachū est sibi sarius Galenus.
secūdo cōplexionū. ⁊ tertio tegni. Cum tamen stet
semper latitudo pori fellei nō naturalis qd̄ ꝓhi/
bet: si etiā inter vnuꝫ paroxismū et alteꝝ remaneat
dispositio aliqua nō naturalis leuis hominē pos/
se redire ad intra latitudinē sue sanitatis inter pa
roxismū et paroxismū. dicitur hoc esse possibile lꝫ
longinquū. sicut si imaginarer ꝙ colera illa q̄ euo/
mitur ab habente porū felleum latū tendētem ad
stomachū expellatur ad aliquē locum determina/
tum. et ibi putrēs faceret vnam interpolatā. Aut si
imaginaremur ꝙ habēs caliditatē superfluā epa
tis et venarū multiplicaret colerā que de tertio in
tertium paroxismaret. posset enim in tempore in/
termedio redire ad dispositionē stantē in latitudi/
ne sue sanitatis. ¶ Notandū etiā ꝙ sicut materia
putrente extra venas reliquie caliditatis possunt
esse causa reditus paroxismorū: ita materia putrē
te ad intra in loco determiato possunt reliquie ca/
liditatis derelicte siue cum cinericio siue sine cine
ricio esse causa reditus paroxismi et multo magis
tum quia plus remanet de cinericio materia pu/
trente ad intra venas. tum quia calor materie pu/
trentis ad intra venas est magis aptus inficere
epar ⁊ venas ꝗ̄ calor materie putrētis extra venas
¶ Notandū sexto ꝙ vtraꝗ causa reditus paroxis/
mi scd̄m expositionē Gentilis et Marsilij concur Gentilis et Marsilij opinio.
rit ad faciendū redire paroxismū tripliciter. Pri/
mo disponēdo materiaꝫ que stat sub forma cause
antecedētis si que sit talis. et scd̄m hoc vna pars
materie prius mouetur ꝗ̄ alia scd̄m ꝙ est magis
disposita. et quantū ad hoc directe cadit exemplū
de cumulo stercorū secūdo generando materiā de
nouo: et ꝓprie quando similis dispositio est in epa
te et venis. et nō solum vbi extra venas putruit ma
teria: que generatio materie pōt esse dupliciter.
Uno modo ꝙ in epate ex chilo generatur materia
disposita ad putredinē propter malam epatis cō
plexionem sibi impressam a causis iam dictis. Se
cundo modo ꝙ generet in epate aut venis per cor
ruptionē

ruptionem sanguinis aut alterius humoris in humorem similē illi, qui putruit. Tertio vtraqꝫ cōcurrit attrahendo materiā ad locum minere putredinis: et nō mirum quia ambe cause sunt vna caliditas differens scd̄m magis et minus. ¶ Notanduꝫ septimo ꝙ dixit ꝑm semitā putrefactiōis: idest secundū dispositionē ad putredinē: eo ꝙ tam prima causa ꝙ̄ scd̄a non actu putrefacit materiā debentem facere sequentē paroxismū: sed disponit ipaꝫ que dispositio nō est nisi remissa putredo que non est sufficiens facere febrē: aut forte est alia dispositio a putredine: sicut superflua caliditas ⁊ similes que etiaꝫ non dicunt aliquē gradū putredinis Si enī materia sequentis paroxismi actu putrefieret dum materia primi putret tunc febris esset cōtinua ⁊ non paroxismalis. illud autē quod intendit putredinē in materia sequētis paroxismi est caliditas continentis: licꝫ nō sit impossibile aliquā qualitatem intendere seipsam cum est directa ab aliquo agente intendente ipsius intensionē sicut frigiditas aque calide intendit seipsam directa a forma aque. ¶ Notanduꝫ octauo ꝙ omnes cause reditus paroxismi hic ab Auicē. tacte scd̄m omnē expositionē sunt solum tres: scꝫ dispositio in materia que est sub forma cause antecedentis. Secūda caliditas materie actu putrētis. Tertia caliditas remanēs in mēbris post paroxismū: et ꝑter has est dispositio epatis et venarū generans materiam aptā facere paroxismū: quā omisit solum loquēs de causis reditus paroxismi propter febrem aut causam febris propinquā.

Que ꝯsequātur ex pōne gētilis et marsilij.

Dubitatur qꝛ ex secūda causa penes expositionē Gētilis ⁊ Marsilij sequitur ꝙ paroxismus colere citius redit ꝙ̄ paroxismus flegmatis. consequens falsum. probaꝫ cōsequentia: quia colera pro sequēti paroxismo citiꝰ disponitur ad putredinē sufficientē facere paroxismum ꝙ̄ flegma: igitur ⁊c. ptꝫ consequētia. assumptum declaratur: quia putredo colere actu putrētis est intensior ⁊ fortior ꝙ̄ flegmatis actu putrentis: et propter hoc colera pro sequenti paroxismo est magis apta calefieri et putrefieri ꝙ̄ flegma: cū sit calidior et subtilior ⁊ quātitas sit equalis ⁊ cetera paria vt pono: ergo citius disponetur colera pro sequenti paroxismo ꝙ̄ flegma. tenet consequētia: quia actio caliditatis insequitur proportionem potentie ad suam resistentiā. ¶ Et confirmaꝫ quia qualis est putredo ad putredinē cōparata talis est dispositio ad dispositionē cōparata. Videtur enī ꝙ iste dispositiōes sint debiles putredines sed putredo colere citius procedit in materia colerica sicut ignis in lignis siccis. putredo autē flegmatis tarde sicut ignis in lignis viridibus: ⁊ intm̄ ꝙ Rasis. xviij. cōtinentis in cap̄. de quartana credidit augmentum paroxismi flegmatice esse lōgius ꝙ̄ melācolice. ergo dispositio sufficiens ad putredinē citius acquireretur in colera ꝙ̄ in flegmate.

Ad hoc dubiū respōdet Gentilis ꝙ materia ꝑma vel secūda vel sunt in vno cumulo: vel de secūda materia nihil est actu: sꝫ debet actuari: vel de nouo generari. Si quidē materia prima et secunda sunt in vno cumulo a quo ꝓpter causam superius dictā separareꝫ primo vna pars alia remanēte. Dico ꝙ quantū est ex substantia et qualitate cū habeat vt ꝓsuppono quātitatem parem est magis parata putredini colera ꝙ̄ flegma. Et subdit ꝙ si in corpore sortis. verbi gratia sunt. ʒ. ij. colere et in corpore platonis due. ʒ. flegmatis ꝙ quantū est ex parte dispositionū manifestarum citius reuertetur paroxismus colere ꝙ̄ paroxismus flegmatis: cum colera sit lōge habilior vt inflāmetur. Nec valet qđ quidā dicunt ꝙ durat plus calor paroxismi flegmatis ꝙ̄ colere. nam durat quinqꝫ horis plus: sed intensio caloris colere videtur plus facere ad actionē ꝙ̄ ꝑduratio obtusi caloris flegmatis. Si ergo reseruaꝫ motus colere ad tertium diem ⁊ motus flegmatis ad scd̄m non erit nisi a proprietate insequēte naturā humorum Et credo ꝙ Gentilis bene dicat si loquatur de ꝓprietate vt resistitiua ⁊ nō actiua sicut declarabiꝫ in questione de periodicatione. Verūtamē non valet hoc argumentū. a. est inflāmabilius et subtilioris substātie ꝙ̄ sit. b. ergo citius putrescibile: sicut patet de vitello oui extra corticem cōparato ad vinum maluaticū. ¶ Secundo dicit Gentilis ꝙ si secunda materia debeat generari aut actuari ꝙ tūc paroxismat tardius colera ꝙ̄ flegma: quia de proprietate colere est scd̄m tertiū diem habere cōplementum generationis vel actuatiōis vt putrefiat sed de proprietate flegmatis vt citius putrefiat.

Sed istud dictum Gētilis videtur satis absurdū: quia si colera de proprietate sua habet cōplementuꝫ sue generationis solum in tertio die quero an proprietas sua fuerit ante tertiū diem aut nō. si sic ergo colera fuit et habet cōplementū etiaꝫ ante tertium diem aliter non fuisset proprietas sua quā ipse appellat formam specificā. si nō fuit. quomodo ergo illa proprietas habuit cōplementū generationis cōplete in tēpore in quo nō fuit. ¶ Ad hoc dicitur ꝙ itellectus Gentilis fuit bonus. licet verba sint extranea: ⁊ tunc ad formā argumenti dicitur ꝙ ante tertium diē proprietas colere nō fuit. Et ꝯsequenter dicitur ꝙ nō prohibuit cōplementuꝫ generatiōis sufficientis ad paroxismū nisi in tertio die. et hoc dictuꝫ est cōmune apud nos. Dicimus enim ꝙ de ꝓprietate masculi ē vt animeꝫ in q̄dragesimo die et nō ante. de ꝓprietate autē femine solum in. 5°. idest ꝙ cause facientes ad animandū masculū nō possunt hoc facere ante. 40. diem. Similiter cause de nouo producētes colerā sufficientē ad paroxismum nō possunt hanc producere nisi in tertio die sed flegma produceret in secundo.

Sed ad rationes in ꝯtrariū. ¶ Ad primā negatur ꝙ colera sit magis apta putrefieri ꝙ̄ flegma. Et licꝫ sit magis apta inflāmari ꝙ̄ flegma nō sequiꝫ ꝙ sit aptior. Sicut vino ⁊ pisce positis ad soleꝫ vinum est magis aptū inflāmari ꝙ̄ piscis: nō tamen magis aptū putrefieri. resistit enim putrefacienti magis ꝙ̄ piscis suo modo substantie et sua proprietate. Similiter est de colera ad flegma cōparata. ¶ Et ad confirmationē negatur similitudo. Nam quantūcunqꝫ putredo accensa in colera citius intendatur et finiat colerā ꝙ̄ putredo accēsa in flegmate ꝓpter tenuitatē substātie colere ⁊ paucitatē viscositatis et caliditatē eius. nō tamen sequitur ꝙ ipsa nō existēs putrida citius disponatur ad putredinem ꝙ̄ flegma sicut est in exemplo suprascripto. piscis citius disponitur ad putredinē ꝙ̄ vinū. tamen cū vtrūqꝫ incipit putrefieri et calefieri a calore proprio putredinali: ⁊ a calore continentis citius finietur vinum ꝙ̄ piscis. ¶ Et cōsequenter dicitur ꝙ non est necessariū ꝙ dispositio ad putrefactionem sit diminuta putrefactio.

¶ Res ergo putredinis habet reuolutiones scd̄m inuentionē caliditatis non deficientis putrefacientis et resoluentis ⁊ fa-

cientis cinerem et pertranſeuntis ad vicinum donec abſcindat terminū et finiat materiam et non inueniat vicinū aliud: ⁊ remaneat febꝛis expectans materiam aliam et atrahat ad locum ſuum.

¶ Hic epilogat qđ dixit de cauſa interpolatiōis cum putredo eſt extra venas dicens ꝙ ergo .i. ex dictis apparet ꝙ res putredinis .i. febꝛis que eſt effectus putredinis habet reuolutiōes vel circūitus: ⁊ nō debet dicere reſoluit᷑: ſicut quidā dicunt: ideſt per intenſionē caliditatis nō deficientis in putrefaciendo reſoluēdo et faciēdo cinerem de materia vnius paroxiſmi et pertrāſeuntis in reſoluendo de vna parte ad aliam ſibi vicinā pꝛeparatā putredini donec abſcindat terminū: ideſt finiat materiā. quia reſoluitur in eā et nō inuenit aliud vicinū pꝛeparatum putredini: et pꝛo tunc remanet: ideſt ceſſat febꝛis expectans aliam materiam vt attrahat ad locū ſuū: ideſt ceſſat feb. quouſqꝫ noua materia mouetur ad locum vbi pꝛimo putruit. ſiue illa materia de nouo adueniens ad locū illū pellatur: ſiue in membꝛo vbi fuit putrefactio pꝛima remanſerit aliquid per quod fiet attractio: aut ſiue de nouo illa materia generet᷑: ⁊ genita ad locū trahatur vel pellatur: licꝫ ſm̄ plurimū vtrūqꝫ concurrat qđ trahitur ⁊ pellitur.

¶ Cum autē putredo eſt intra venas tūc accidit vt ſit reſolutio completa difficilis et non reſoluitur putredo per continuitatem que eſt in quibuſdam venis cum alijs et putrefit omnis res que vicina eſt ei: deinde reuoluitur ad vicinum aliud. ¶ Et iterum illud qđ cōpꝛehenſū eſt in venis eſt vehemētioꝛis continuitatis ad coꝛ.

Cauſe mãte putrefactionis.

¶ In hac parte oſtēdit quare materia putrens ad intra venas facit continuā adducens tres rōnes. ¶ Pꝛima quia materie putrētis ad intra venas difficilis fit reſolutio integra taliter vt nō remaneat aliquid ſufficiens facere febꝛē: pꝛopterea ante cōpletam reſolutionē materie pꝛecedētis exacerbationis incipit putrere materia ſequētis exacerbationis vbi econtra materie putrentis extra venas fit reſolutio cōpleta facilis: ita vt ex toto reſoluat᷑ materia ſufficiens facere feb. ante aduentū ſequētis paroxiſmi. ¶ Secunda cauſa: quia putredo ad intra venas nō reſoluitur cum paroxiſmis ⁊ quietibus intermedijs: ſicut reſoluitur putredo ad extra venas. aliter non reſoluitur putredo ad intra venas et textus eſt clarus. cuius cauſa eſt continuitas in quibuſdam venis cum alijs. ideſt continuitas materierū quarundā in venis cōtinuis ꝓpter quā continuitatē putrefit oīs res: ideſt omnis materia que eſt vicina ei que pꝛimo incipit putrere et tranſit ad vicinū aliud: ſcꝫ pꝛo ſequenti exacerbatione nōdum integre reſoluta materia pꝛecedētis exacerbatiōis. ¶ Tertia cauſa. quia materia q̄ eſt cōpꝛehenſa in venis eſt vehemētioꝛis ꝯtinuitatis ad coꝛ per vacuitates amplas venarū ita vt ꝑpaucum de materia putrente remanens pꝛopter magnam continuitatē ad coꝛ ſufficiat continuare putridam fuliginē ad coꝛ quā cōtinuitatē nō ſufficit facere equalis materia putrens extra venas: quia non eſt in loco habente tantam continuitatē cum coꝛde ⁊c. ¶ Pꝛimo notandū ꝙ ſuperius fuerūt poſite tres cauſe quare materia putrens ad intra venas difficulter et tarde reſoluitur. materia autem putrens ad extra venas faciliter et cito reſoluitur pꝛima quia materia ad intra venas eſt circundata vena foꝛtis texture per quā tardatur reſolutio. Secunda quia tota materia eſt in vno loco collecta. Tertia quia permixta cum alijs humoꝛibus pꝛohibentibus ipſius reſolutionē. Tres cauſe contrarie accidunt materia putrēte ad extra venas. ¶ Notādum ſcđo circa partē ꝓſentē ꝙ quattuoꝛ ſunt modi febꝛiū cōtinuarū quibus poteſt pꝛeſens textus adaptari.

Quattuoꝛ modi febꝛium ꝯtinuarum.

Pꝛimus modus ꝙ vna materia: tota ad intra venas incipiat putrere cui nulla fiat additio immo cū hec materia erit integre reſoluta erit tota febꝛis terminata recte ſicut in tertiana vnius paroxiſmi tota materia mouetur ad putredinē in pꝛincipio paroxiſmi et cōtinuatur caloꝛ ſicut cōtinuatur reſolutio. ſicut enim aqua feruente non omnes partes ſimul reſoluūtur: ſic nec illa materia que tota ſimul incipit putrefieri. Si eñ omnes partes ſimul reſoluerētur ſubito deuenirēt ad non quātum ¶ Variātur aūt tempoꝛa in hac febꝛe penes accidentia et moꝛbi eſſentiā ſcđm variā intenſionē caloꝛis in tota materia vt in pꝛincipio caloꝛ ſit remiſſus: in augmēto ſit intenſioꝛ. in ſtatu vltimate intēſus. in declinatiōe remittat᷑. ¶ Variantur ſecūdo tempoꝛa huius febꝛis ſcđm diuerſitatem partiū materialiū in quibus de nouo caloꝛ accendit᷑. Nā licet omnes partes foꝛmales huius materie a pꝛincipio incipiant putrefieri: nō tamen omnes partes materiales: ergo paucioꝛes finiunt in pꝛīcipio in augmento plures in ſtatu adhuc plures in declinatione paucioꝛes: et in ſtatu nō reſoluitur putredo reſolutione integra vſqꝫ ad totalē conſumptionem ipſius materie que febꝛis diutius durat q̄ duraret a ſimili ⁊ tanta materia putrente extra venas pꝛopter cauſas dictas in pꝛimo notato.

¶ Et ſecundo nunq̄ ceſſat febꝛis nec putredo vſqꝫ ad totalem cōſumptionem materie pꝛopter continuitatē materie in quibuſdā venis ⁊ putrefit omnis res que vicina eſt ei et trāſit ad aliud vicinum loquendo de partibus materialibus. ¶ Et tertio illa materia que eſt compꝛehēſa in venis cōtinuat febꝛem vſqꝫ ad vltimū eius et diutius cōtinuatur q̄ ſimilis et tanta materia putrens ad extra venas: quia pꝛopter magnam continuitatem ad coꝛ pauca materia remanēs in fine ſufficit facere feb. que putrens extra venas nō faceret febꝛē. ¶ Scđs modus cōtinue febꝛis eſt ꝙ a pꝛincipio mouet᷑ certa quantitas materie cuius aliquid actu putrens duret a pꝛincipio vſqꝫ ad finem: ſed tamē ſibi aſſociantur alie materie ſibi vicine que putrentes adiuuant ad febꝛē. Et ſi bene ꝯſideres huic ſcđo mō cōtinuarū textus poteſt adaptari. ¶ Tertius modus eſt: quia aliqua materia a pꝛincipio incipiet putrefieri cui fiet additio materierū ſibi vicinarū. que tamē materia ſm̄ ſe totam reſoluetur ante finem hoꝛe. Et ſicut de illa materia aliq̄d reſoluit᷑ ita fit additio. Et ſm̄ hunc modū diſtinxit Galenus tres ſpēs ſinocharum. ſ. homotenā: in qua tm̄ additur quantū eſt qđ reſoluitur. augmaſticam: in qua plus additur quā ſit illud qđ reſoluitur. ⁊ per augmaſticā in qua minus additur q̄ ſit illud qđ reſoluitur. Et licꝫ his tribus modis poſſit text⁹ Auicē. adaptari. cōgruentius tamē adaptat᷑ 4°. mō ſtatim dicendo. Nā de iſtis tribus modis erat clarum ꝙ ſunt cōtinue: ſed de quarto erat magis dubium: ideo de hoc quarto pꝛincipaliter Auic. locutus eſt: et de hoc modo textū expoſui. He āt febꝛes ꝯtinue q̄rti modi dn̄r cōtinue ꝓpoꝛtionales. Vult ergo dicere ꝙ quādo putredo humoꝝ alioꝝū a ſanguine eſt

Tres ſpēs ſinochaꝝ ſm̄ Gal.

guine est intra venas precipue que sunt lõge a corde fit feb. continua. que tamen habet excrescẽtias scd̃m naturã humoris. quia ante resolutionẽ hũoris moti ad putredinẽ superuenit alius humor missus a venis magnis ad paruas: et cõtinuat febres faciendo nouã excrescentiã: ⁊ ita ante finem noue excrescentie mouebit tertius humor pro tertia excrescentia: et sic deinceps.

Dubitatur circa partẽ presentẽ: quia si humores sunt vicini ⁊ ratiõe huius trãseat humor vicinus in putredinẽ: sicut dixit textus: tunc febris colerica vel melãcolica deberet facile verti in sanguineã vel flegmaticam: cum illi duo humores maxĩe in venis dominẽtur ⁊c. ¶ Ad qd̃ dicitur ꝙ cum incipit aliqua febris scd̃m plurimũ tota massa humoralis est alterata versus naturam illius humoris a quo pẽdet febris. Et ꝓpterea exacerbatiões vel paroxismi sequẽtes pendent ab eodẽ humore a quo incipit febris. ¶ Preterea putredo humoris precedẽtis est magis apta inficere humorẽ sibi homogeneũ ꝙ dissimilẽ cum calor ille putredinalis agat nõ solum vt calor: sed vt calor determinate ꝓprietatis infectiuus humoris sibi similis in specie. ¶ Uerũtamen multe aliquãdo accidũt varietates in febribus que multũ molestãt mentes medicorũ: vt quia primo incipit aliqua febris que per signa bene a medico põderata visa fuit. Exempli gratia. colerica ⁊ salubris: vnde medicus cõfidens signis digestiõis et signis creticis laudabilibus forte promisit salutẽ: que deinde ꝓpter materierũ vicinitatẽ intẽditur vel cum altera cõplicatur: et forte perduntur signa digestiõis cum debilitate virtutis et cogitur medicus mutare sententiam tam circa curã ꝙ circa ꝓnosticũ. Hoc aũt

Gẽtilis opinio vt dicit Gentilis magis accidit tẽporibus modernis ꝙ superioribus tẽporibus cum nunc homines magis gule indulgẽtes sint magis repleti ꝙ tempore superiori. ¶ Item quia medici tempore moderno nimis grosse dietant vel cõcedunt nõ concedenda ducti lasciuia egrorũ et sua et incitamento mulierum sicut mihi sepe accidit: et possem iurare me paucos dietasse egros sicut est expediens scd̃m rigorem medicine. ¶ Nota tamẽ ꝙ raro contingũt febres continue que euntes ad salutem continuẽt signa digestionis omni die in qualibet hora diei. Et si que tales reperiũtur sunt de materia vna satis vniformi: immo hec diuersitas digestiõis scd̃m diuersas horas frequẽter contingit in continuis in interpolatis nõ totiens. ¶ Ultimo notandũ qd̃ sicut materie putrentes extra venas aliquãdo possunt facere continuam propter grossitiem viscositatem aut multitudinem. ita materie putrẽtes intra venas possunt aliquando facere interpolatas propter sui paucitatem et subtilitatem: ita vt materia primo putrẽs resoluatur anteꝙ secunda succedat. propterea dixit ꝙ resolutio cõpleta est difficilis non impossibilis.

¶ Et iste quidem febres quibus sunt paroxismi eradicatiõis: ⁊ temporis quãdoque dimittunt ordinem suum propter diuersitatem materierum in multitudine et paucitate et grossitie ⁊ tenuitate. Et propter diuersitatem in eis in genere ita vt permutentur quedam materie et fiant de genere materiei alterius que diuersificatur in eis in specie non in multitudine et paucitate et tenuitate et grossitie tm̃. Et quandoque fit ex malitia regiminis egri: aut propter debilitatem eius. Aut ꝓpter multitudinem sensus eius.

¶ Cum superius posuerit diuersitates feb. ex parte humorũ: et secundo ex parte locorum in quibus humores putrent. In hac parte tertia ponit diuersitates magis speciales et causas ipsas: et habet pars ista partes tres. In prima ponit causas quarundã diuersitatũ in febribus. in scd̃a ibi (Et deteriores quidem) cõparat febres continuas interpolatis. in tertia ibi (Pulsus vero dispositiones) ponit causas quarundã diuersitatũ pulsuũ accidentium in febribus. Primã partem diuido in quinque partes scd̃m ꝙ ponit causas quinque diuersitatum paroxismorum febriũ. scd̃a ibi (Et paroxismi quidẽ) tertia ibi (Et quãdoque opponũtur) quarta ibi (Et periodi quidẽ febriũ) quinta ibi (Et paroxismi iterum.) In prima parte ponit causas variatiõis ordinis paroxismãdi quecunque variatio sit illa siue scd̃m diem: vt quia flegmatice nõ paroxismãt quotidie: nec colerice de tertio in tertiũ Et similiter de ceteris: siue sit variatio scd̃m anticipationẽ aut postpositionem in eodẽ die aut quouis alio modo. Et sunt quattuor cause: licet prima que ẽ ex parte humoris subdiuidatur. Dicit ergo ꝙ ille febres quibus sunt paroxismi eradicationis: idest qui ex toto eradicãtur sicut interpolate ⁊ tẽporis: idest que remittuntur ⁊ nõ eradicãtur sicut continue ꝓportionales. quãdoque dimittũt ordinem suũ: scilicet paroxismãdi propter diuersitatẽ materierũ in multitudine et paucitate grossitie ⁊ subtilitate: et tu supple viscositate: et eius opposito et diuersitate etiam in gñe materie cum materia vnius gñis siue speciei trãsmutatur in aliam speciẽ vtputa cũ colera trãsmutatur in melãcoliã: ⁊ vniuersaliter cũ vnus humor trãsmutatur in aliũ specie differentẽ: et hec est prima cã. ¶ Secũda causa est sumpta ex malitia regimĩs nam regimẽ calidũ et multiplicans humores aut faciens ipsos magis malignos accelerat paroxismos: ⁊ econtra frigidũ retardat. ¶ Tertia causa ex parte debilitatis egri. nam quãdo virtus est debilis et nõ potest regulare eueniunt paroxismi sine ordine. ¶ Quarta causa est multitudo sensus egri que est causa acceleratiõis paroxismi ex omni pauca materia quãdo sunt nerui dispositi virt⁹ stimulata mouetur ad ipsius expulsionẽ: sicut ecõtra obtusio sensus est causa tarditatis. Aliqui per multitudinẽ sensus intelligũt dolorẽ qui scd̃m plurimũ inflãmãdo erit causa acceleratiõis. Cause tñ suprascripte pñt esse cause varietatis paroxismorũ scd̃m intensionẽ ⁊ remissionẽ tam caloris febrilis quam accidẽtium ⁊ multarũ aliarũ diuersitatũ potẽtiũ in febribus ꝯtingere. ¶ Primo nota circa primam causam ꝙ multitudo subtilitas priuatio viscositatis sunt cause acceleratiõis paroxismorũ: ita vt colera ꝓpter multitudinẽ paroxismet quotidie: quãuis medici dicant ꝙ est duplex tertiana vel due tertiane qd̃ verum est ex natura hũoris siue ex forma sua specifica precipue quãdo vidẽtur ꝑoxismi duarum tertianarũ sibi correspõdẽtes in suis accidẽtibus. Qd̃ si paroxismi oĩno sint similes nõ video cur nõ possit dici vna feb. colerica quotidie paroxismans precipue si sit minera vna: sicut etiã flegma si ꝓpter sui grossitiẽ viscositatẽ paucitatẽ paroxismet de tertio in tertium dicitur tertiana: ꝙuis ille mot⁹ de tertio in tertiũ repugnet forme specifice ipsius flegmatis scd̃m qd̃ dicitur in questione de periodicatione. Et qd̃ illa forma specifica sit ponenda vide textũ Auic. hic cũ dicit ꝙ variatio ĩ paroxismis fit propter diuersitatẽ in gñe cũ vna ma-

Causa diuersitatũ in febrib⁹

teria permutaẗ in aliud genus mõ superius exposito. ¶ Variantur enim propter hãc transmutationem mixtio et forma specifica siue proprietas occulta. ¶ Secũdo nota circa tertiam causam ꝙ motus materierũ paroxismales fiunt a virtute et calore naturali: ideo virtute cõstante in materia siĺis modi fiet ꝓcessus ordinatus: sed cũ virtus est debilitata nõ seruaẗ ordo: qꝛ tũc multe materie etiã diuersarũ specierũ mouẽtur ad putredinẽ: qꝛ virtus debilis nõ põt eas tueri a putredine. ¶ Itẽ virtus debilis ab omni leui cã cõtristata ⁊ notabiliter cũ ea facit varios conatus quibus vario materie modo mouẽtur vnde blasphematur hec multa diuersitas quarto colliget.

Galenus in libro de tremore et rigore.
Rigor nõ soluꝫ cãtur ex cholera rubea vel nigra: sꝫ cãtur ẽt a flegmate mlťe frigiditatis. qđ flegma vocauit anaxagoras vitreuꝫ. Si tñ rigor causeẗ ab isto flegmate nõ est fortis ⁊ rigidus licet duret sepe diebus pluribus quã al⁹ rigor.

¶ Et paroxismi quidem qui eradicantur incipiunt scđm plurimũ cum horripilatiõe aut frigore aut rigore et resoluũtur per sudorem et non incipiũt cum frigore aut horripilatione scđm plurimũ nisi aut propter frigus humoris: aut ꝓpterea quia humor mordicat lacertos aut propter profundationem caliditatis ad interiora redeuntis ad partem materiei: aut propter debilitatẽ virtutis: aut ꝓpter frigus aeris sicut cõtingit tempore hiemis. Et illud qđ fit ex mordicatione caliditatis est dignius vt proporционetur ad horripilationẽ quã ad frigus. Et plurimũ quod accidit de eo ẽ vt sit sicut punctio acuũ in omni membro. verum resolutio materiei cum sudore est: quoniã caliditas putrefaciẽs resoluit humiditatẽ ⁊ remanet cinereitas. cum ergo sit illa humiditas nõ obsessa in venis facilis fit expulsio eius per sudorem in poris.

¶ In hac parte Auic. ponit scđaꝫ diuersitatẽ ⁊ causas ei⁹: ⁊ hꝫ hec pars tres ꝑtes. In pria ponit causas quare paroxismi interpolatarũ incipiũt cum typo ꝭm plurimũ ⁊ terminãtur frequẽter cũ sudore. in scđa ꝑte ponit cãsq̃re paroxismi ꝯtinuaꝝ nõ incipiũt cũ typo nec terminanẗ cũ sudore nisi raro In tertia parte ostẽdit quib⁹ ex causis in aliq̃bus febrib⁹ frigus ⁊ horripilatio cõplicãtur. scđa ibi (Paroxismi quideꝫ inseparabiles.) tertia ibi) Et in quibusdã febrib⁹.) In prima parte Auicẽ. dicit quattuor. ¶ Primũ ꝙ paroxismi qui eradicãtur .i. febriũ interpolatarũ incipiũt vt plurimũ cum frigore horripilatiõe ⁊ rigore et resoluũtur cũ sudore: scꝫ frequẽter. ¶ Scđo dicit ꝙ causa quare incipiunt cũ aliquo typo est vna aut plures de infrascriptis. Prima est frigus humoris. nã humor frigidus cum expelliẗ extra venas ad mẽbra sensibilia calida sicut sunt musculi sentiẗ frigus: ⁊ ita fit frigus in principio febriũ interpolatarũ. Scđa cã est. qꝛ humor mordicat lacertos cũ in princip. ad eos expelliẗ: nõ autem mordicabat venas ex quibus expelliẗ qꝛ sunt pauci sensus ⁊ erat sibi assuetus. mordicat ãt sui acuitate lacertos: qꝛ sunt mlťum sensibiles: ⁊ nõ est sibi assuetus: ⁊ qꝛ est in motu. postea aũt licꝫ fiat mordacior ⁊ acutior per putredinem. nõ tamen mordicabit ita fortiter facta assuefactione ⁊ deficiẽte motu. hic autem humor mordicãs scđm plurimũ est calidus .lꝫ non sit impossibile flegma acetosum mordicare: ⁊ est hic humor calidus causa frigoris fugãdo calidum interius. vnde simul coniungentur rigor ⁊ frigus: et ille due cause magis pertinẽt interpolatis. Tertia cã est ꝓfundatio caliditatis .i. spũs ꝑ quẽ caliditas actualis in mẽbris seruaẗ ad interiora tendentis ad partẽ materiei .i. ad membrũ vbi est materia nociua sui multitudine aut malitia manifesta vel occulta siue apostemet: siue non. Quarta cã est debilitas virtutis maxie ꝑ resolutionẽ. vñ natura cogiẗ tenere illos paucos spũs qui suꝑsunt in mẽbris nobilib⁹ intrinsecis: de quib⁹ est magis solicita. Quinta cã est frigus aeris extrinseci. nã reuocato calido interi⁹ in princip. paroxismoꝝ nõ tam magnũ frigus sentireẗ exterius nisi cuꝫ adiutorio aeris circũdantis. ⁊ proprie quãdo illa reuocatio esset valde multa: et he tres cause sunt cões continuis ⁊ interpolatis. ¶ Tertio dicit Aui. ꝙ illud qđ est ꝓpter mordicationẽ caliditatis ẽ dignius vt ꝓportioneẗ horripilationi quã frigori: et hic accipitur horripilatio vt est cõis rigori ⁊ horripilationi proprie sumptis. Et istud qđ accidit ex ea horripilatione est: sicut pũctio acuũ in omĩ mẽbro in quo est talis passio. licꝫ magis proprie debeat dici qđ illa pũctio que est lassitudo vlcerosa est cã horripilationis aut saltẽ est pars quidditatis horripilationis: sed de hoc in cap. ꝓprio diceẗ quantũ erit expediẽs. ¶ Quarto dicit ꝙ cã quare paroxismi interpolatarũ finiantur cũ sudore est. quia caliditas putrefaciẽs resoluit humiditatẽ ⁊ remanet cinereitas: ⁊ ideo cum ista humiditas nõ est obsessa ⁊ cõstricta in venis tunc est facilis expulsio ipsius ꝑ sudorẽ in poris. ¶ Vbi nota ꝙ in rebus corpulentis multã habentibus humiditatẽ per putrefactionẽ separãtur partes humide a terrestrib⁹. Vnde manifeste videmus cadauera stillare hũiditatẽ cũ putrent. talem ergo separationem vocat hic Auicẽ. resolutionẽ quasi retro solutionẽ vel dissolutioneꝫ cum soluãtur illa que per digestionẽ fuerunt complexa: ⁊ nõ sumit hic resolutionẽ pro conuersione in vaporẽ. Et cinereitas remanet .i. pars terrestris precipue vbi materia fuerit multa ⁊ grossa sꝫ semper aut fere semper aliquid remanet post humidi separationẽ. hec ergo humiditas in interpolatis: quia est in ambitu totius propinqua poris nõ cõtenta in tunicis venarũ: nec multis humiditatib⁹ aliĳs coniũcta facile ꝓpellitur per poros in fine paroxismi: ⁊ quandoqꝫ ante.

¶ Paroxismi aũt inseparabiles minuũtur ⁊ non eradicantur per sudorẽ: neqꝫ incipiũt cum frigore nisi propter debilitatẽ virtutis aut propter profundationẽ caloris innati: tunc enim infrigidãtur extremitates: et illud est signuꝫ malum.

¶ Ponit nonā collectionē signoꝝ dicens ꝙ differt putrida ab effimera in vrina: quia in ea est parum permutata a dispositione naturali sed in putrida magis. ¶ Item in pulsu: quia in effimera secunduꝫ plurimū est magnus velox et frequens absq̄ coartatione et diuersitate et debilitate: sed in putrida est frequens diuersus debilis coartatus. in ethica vero est purus paruus manens secundū habitudinem vnam. De pulsu tamen dictum est quantum

oportet in signis generalib⁹ effimerarū. Item differt ab effimera in complemento mundificatiōis. nam post paroxismum effimere subsequitur vera quies: non ita post paroxismū putride. Nam scđ3 plurimū vapores et materia nō integre resoluuntur. Item immediate post effimeram accidētia sicut dolor capitis: et similia integre sedantur: non ita post paroxismos putride: quia remanēt vapores grossi qui non ita resoluūtur.

¶ Et plurimum quidem putride sunt accidentia plurima: ex siti et dolore capitis ⁊ nigredine lingue: et proprie apud statum et multiplicatur inquietudo ex angustia ⁊ agitatione vehementi quā facit pugna materiei: et virtutis. quādoq3 enim eleuatur materia: et quandoq3 consurgit virtus Et pulsus similiter quandoq3 tendit ad magnitudinem et fortitudinē3. et quandoq3 ad paruitatem et debilitatem ⁊ coartationem.

¶ Hic ponit decimā collectionem signorum et est sumpta ex accidentibus. accidētia nāq3 seua multiplicantur in putridis sicut est dolor capitis nigredo lingue et proprie tempore status quando scilicet vapores et materia sunt magis acuti materia magis calefacta: et multiplicat̄ inquietudo ex augustia propter nocumentū oris stomachi sequens raptum materie ad ipsum. Item multiplicatur inquietudo ex agitatione vehementi sequēte pugnam inter virtutem et materiam: Nam quādoq3 materia vincit quādoq3 virtus: et virtute vincente pulsus magnificatur et fortificatur. Et ecōtra vincente materia pulsus debilitatur et paruificatur. huiusmodi aūt accidentia nō accidunt in effimeris neq3 in ethicis.

¶ Durities autem fit quādoq3 et nō oportet semper vt sit nisi sit cum febre apostema durum in quocunq3 membro sit. Aut apostema in membro duro quāuis non sit durum. Aut iam acciderit potus aque frigide: aut aliq̄d aliud de illis q̄ indurāt pulsu3 de illis que dicūtur in libro pulsuum.

¶ Hec est vndecima collectio signorū ⁊ vult ꝙ pulsus durus non appropriatur putridis sed accidit propter causas quas ponit. Et ponit eas Gal. ij. de differētijs febr. Non enim accidit solum quando apostema durum est in aliquo membro: quodcunq3 membrum sit illud: siue durū siue molle. Aut quando apostema est in mēbro duro quāuis apostema non sit durum sed sequitur aliquando potū aque frigide aut aliam causam de illis que dicuntur in libris pulsuum. Sunt enim preter has plurime alie inter quas est siccitas membrorū sequēs ethicā. propterea durities pulsus ethicis appropriatur: ⁊ in hoc differunt a putridis et effimeris.

¶ Diuersitas autem in pricipio et augmēto est ex proprietatibus febris putride ⁊ de significationibus eius fortibus quāuis nō appareat in tertiana scđm plurimu3 propter leuitatem materiei. et dum non fit pulsus fortis et nō fit velox velocitate predicta tunc febris adhuc est effimera et nō permutatur ad putredinem.

¶ Hec est duodecima collectio signorum: et dicit primo ꝙ diuersitas pulsus in principio: et in augmento sequens varium modum se habendi caloris quo ad principiū ⁊ augmentū particulare nec non varium modum se habendi materie penes digestionem et cruditatem quo ad principiu3 ⁊ augmentum vniuersale est de signis proprijs putridarum per que distinguuntur ab effimeris et ethicis In principio enim particulari pulsus etiam coartatus propter caloris suffocationem sub materia et in augmento dilatatur cum calor expandit̄. Similiter ceteris paribus materia existente cruda sicut est in principio vniuersali pulsus non ita dilatatur et expanditur sicut in augmento materia existente manifeste digesta tanta diuersitas nō apparet in tertiana in principio: ⁊ in augmento quāta in alijs propter materie subtilitatem. ¶ Aliter potest dici ꝙ diuersitas de qua hic loquitur est diuersitas caloris cum calor principij magis diuersificetur a calore augmenti in putridis quā in effimeris aut ethicis. ¶ Dicit secundo et cum non fit pulsus fortis et non fit velox. velocitate predicta: sc3 magna tunc febris adhuc est effimera ⁊ nō permutatur in putridā. quasi dicat. ꝙ quando fit fortis et velox tunc permutatur ad putridam. ¶ Contra. in effimera ē virtus fortior quā in putrida que facit pulsu3 fortem. igitur fortitudo nō significat transitum in putridā. ¶ Quidam faciunt litteram affirmatiua3. Et dum fit pulsus fortis et nō fit velox ⁊c. ¶ Alij dicunt ꝙ lic3 virtus sit fortior in effimera quā in putrida: tamen quia non est ita necessitata non facit pulsu3 sic fortem. Nam naturales virtutes necessitatem aliquam assumētes fortius operantur tertio interiorum. ¶ Aliter dicitur ꝙ virtur est vere fortior in effimera quā in putrida. attamen in putrida est apparēter fortior. nam magnitudo cum velocitate facit vt pulsus appareat fortis licet fortitudo vera nō iudicetur per magnitudinem et velocitatem: sed per pulsationes fortes constantes et perseuerantes.

¶ Et est vrina in pricipio indigesta aut parum digesta et fortasse est acuta.

¶ Hec est decimatertia collectio signorū: ⁊ dic it ꝙ in princip. putridarū est vrina indigesta aut paru3 idest occulte digesta: et fortasse est acuta aut mordax ⁊ acuti odoris. ¶ Hic nota primo ꝙ principiū non excludit occulta digestionis. ¶ Nota secundo ꝙ lic3 aliq̄n in principijs putridarū appareāt manifesta signa digestionis sicut quando febris incipit a materia digesta aut quando ipostasis nō deciditur a materia faciente febrem. tamen secūdu3 plurimū in principijs putridarū est vrina indigesta. Et econtra in effimeris scđ3 plurimū apparet digesta et pauce tincture ⁊ mordacitatis.

¶ Et scias ꝙ a febribus acutis inficientibus raro fit euasio nisi cū cōtractiōe mēbri.

¶ In presenti parte Auicen. ponit duos canones quorum primus est iste ꝙ a febribus acutis: idest velocis terminationis interficientibus in quibus apparent signa mortalia raro fit euasio, nisi cum contractione membri: idest cum impedimēto motus alicuius membri siue illud impedimentum sit contractio que est spasmus siue īpedimentum alterius generis. ¶ Causa dicti: quia apparētibus signis mortalibus vtputa sumptis ex multitudine materie aut malignitate et inobedientia materie cum debilitate virtutis si debet sequi euacuatio. oportet scđm plurimū vt materia cretice permutetur ad aliquod membrum. non enim est virtus sufficiens crisi perfecta ipsam euacuare q̄ materia deriuata

Duo canones.

teria deriuata ad illud membrum facit apostema malignum sui multitudine aut malitia: quod erit causa impedimenti motus illius membri. Apostemata enim ⁊ vlcera cretica sunt secundū plurimū valde maligna ⁊ difficilis curatiōis. quarta quarti. tractatu tertio. Et hoc vidi in domino malatesta de cesena ⁊ in plerisq̄ alijs. ¶ Dixit autē raro quia ex conditionibus indiuidualibus aliquādo mirabiles procedunt effect⁹ inopinati aliquando ad bonum aliquando ad malum. Unde fit aliquādo vt nulla precedente digestione fiat crisis perfecte euacuationis. hanc autem sententiā accepit

Hyppocrates.

Auicēna ex Hyppocrate scđo pronosticorum sup illo verbo. vt si labor. ⁊ illa secundum translationē arabicam. exiture autē que in pedibus.

¶ Et quando alleuiatur febris post quietem apātis in pleuresi ⁊ similibus. tūc scias ꝙ de materia remansit aliquid et ꝙ materia declinat ad locum vbi apparet dolor.

Canō scđs.

¶ Hic ponit secundum canonē. ⁊ est sensus ꝙ qñ alleuiatur febris post quietem apostematis sicut in pleuresi ⁊ similibus apostematibus intrinsecis in quibus fit sedatio febris ⁊ doloris per resolutionem materie: non tamen integra: est signum ꝙ remansit aliquid de materia sub forma cause antecedentis. ⁊ ꝙ materia illa declinat ad locum vbi apparet dolor. Propterea videm⁹ aliquādo apostemata intrinseca post eorum sedationem diu ꝓlongari. et similiter febres ipsa sequentes. qđ prouenit aut quia materia q̄ remansit est grossa inepta resolutioni: aut quia materia antecedens trāsit in coniunctam. ¶ Aliter potest exponi ꝙ quādo alleuiatur febris post quietem apostematis: sicut in pleuresi ⁊ similibus apostematibus intrinsecis ⁊ dolor fit in aliq̄ alia parte. scias ꝙ de materia remansit aliquid. quia non fuit in totū resoluta. sꝫ pars eius est permutata ad locū vbi appet dolor.

¶ Signa febris inseparabilis. Cap. iij.



In continua est diuersitas pulsus que est secundum febrē apparēs valde. et est in plurimo eius nō habens ordinem neq̄ pondus.

¶ Postq̄ Auicenna in precedenti capitulo posuit signa febrium putridarum in generali: hic magis in speciali ponit signa quibus abinuicem distinguntur. et primo ponit signa febris continue: quibus ab interpolata distinguitur. in secunda parte ibi (Febris que est) ponit signa quibus colerice sanguinee flegmatice ⁊ melancolice abinuicem distinguntur. ¶ Primam diuido in quatuor scđm q̄tuor signa. Primum est diuersitas pulsus que est

Diuisio optīa.

merito febris valde manifesta in cōtinua. ⁊ dixit merito febris. ad differentiam diuersitatum que ex causis accidentalibus contigere possunt q̄ sunt communes tam febribus continuis q̄ interpolatis. Uel dixit merito febris. ad differentiam diuersitatū merito typi. he enim manifestiores sunt in interpolatis q̄ in continuis. Et est in plurimo ei⁹ non habens ordinem. est enim inordinatus in diuersitate sua. et hec omnia fiunt. quia virtus magis grauatur et leditur in continuis q̄ in interpolatis. Nec pondus. ¶ Pro quo nota ꝙ pondus accipitur dupliciter. aliquando pro pondere musico

Duplex acceptio pōderis.

in quo notantur consonantie musicales. Aliquando accipitur pro proportione pulsus ad dispositionem habentis eum. et taliter sumit̄ hic. ¶ Pro quo sciendum est ꝙ quidam pulsus est boni ponderis. et est proportionatus dispositionibus naturalibus habentis eum complexioni etati sexui. Quidam est mali ponderis. et est triplex. quidam dicitur mutatus id est parum distans a dispositione habentis eum sicut cum iuuenis haberet pulsum pueri. ¶ Aliter dicitur separatus sicut si puer haberet pulsum senis. Tertius est egrediens a pōdere: vt si quis haberet pulsum qui nō assimilatur pulsui alicuius etatis. Et sicut exemplificatum est in etate: ita potest exemplificari in sexu et complexione. Et multa egressio pulsus a pondere magnā in dispositionibus arguit mutationem. hec autē magna mutatio magis est apta fieri in continuis q̄ in interpolatis. Pondus autem apđ Rasim decimosexto cōtinētis scđo capitulo. dicitur trutina.

¶ Et perseuerat febris et non separatur post viginti quattuor horas.

¶ Hoc est secundum signum ꝙ quando perseuerat febris et durat vltra viginti quatuor horas est signum ꝙ non est tertiana pura interpolata cuius paroxismus non transit duodecī horas. nec quotidiana interpolata q̄ durat. xvij. vel. xviij. ad plus horis. nec quartana que non transit viginti quattuor horas. quapropter iudicatur ꝙ non sit interpolata. hoc autem iudicium habet veritatem secū dum plurimum sed non semper. durat enim paroxismus tertiane note. qñq̄ triginta horis.

¶ Et non associatur ei quod diximꝰ đ dispositionibus eradicalibus ex antecessione rigoris et alijs.

¶ Hoc est secundum signum in quo dicit ꝙ non associatur ei. id est continue de dispositionibus eradicalibus quas diximus ex antecessione rigoris ⁊ terminatione cum sudore et similibus. Incipiunt enim continue secundum plurimū sine typo et nō terminantur cum sudore. Interpolate autem incipiunt cum typo fere semper ⁊ frequenter terminātur cum sudore.

¶ Et de illis que significant eā est eius assiduitas. et vehementia diuersitatis dispositionis eius apud augmentum. minuitur enim quādoq̄ et augetur vice alia.

¶ Hoc est quartum signum. et intendit ꝙ assiduitas ⁊ vehementia diuersitatis eius tempore augmenti significat eam. Nam tempore augmēti quādoq̄ minuitur quandoq̄ augetur calor febrilis. sꝫ in interpolatis magis vniformiter augetur ⁊ intēditur vsq̄ ad statum cum in continuis materia sit magis difformis et virtus minus potens ad inflāmandum materiam vniformiter: cum quādoq̄ superet quandoq̄ superetur ita ꝙ ly assiduitas ⁊ vehementia debent exponi cum ly diuersitatis: ⁊ nō debent poni duo signa distincta. sic enim sequeretur ꝙ idem esset signum ⁊ significatum.

¶ De rebus in quibusdam quarū differūt febres putredinis ⁊ cōicant in quibusdā. Cap. iiij.



Febris que est propter putredinem colere motus est tertianus siue sit motus principij paroxismi aut principij vehementie. nisi species eius que dicitur adusta cuius motus est occultus valde. et est sicut inseparabilis conclusa. Et tertiana quidem pura ē acuta propter subtilitatem materiei. ⁊ eius

Galenus. ij. de crisi.
Cū febris tertiana sit generata a cholera cū mouetur et spargit̄ in corpore tunc opꝫ

vt veniat in ei⁹ pricipio fortis rigor: febris er go tertiana nō est possibile vt sit nisi cū ea sit rigor fortis et sentiat bō q̄si caro ei⁹ plena est aculeis ⁊ pū gat̄ acub⁹. Et cū dico febrem ꝯtinuā aut con clusam: tūc nō significo nisi il lam q̄ nō euel/ litur donec ple ne consumat̄ ⁊ q̄n in ea nō fit declinatio que sentiat̄ oīno: et morat̄ febris ī dispositionem vnā sꝑ a prici/ pio inceptiōis siue vsq̄ ad cri sim.

caliditas est magna mordicatiua propter fortitudinem colere. sed est salutifera pro/ pterea ꝙ colera est leuis super naturam et quoniam ipsa facit quietem. Tertiana vero non pura est longioris spacij q̄ꝫ pura. et pu ra quidem raro pertransit septez periodos nisi ab errore. Continua quandoq̄ꝫ consu/ mitur in hebdomada.

¶ In hoc capitulo ponit signa generalia quibus ab inuicem differūt febres putredinis scd̄m ꝑma genera: et quib⁹ adinuicē couenīūt. Et hꝫ tres par tes: primo ponit signa quibus abinuicē differunt. secūdo signa quibus adinuicē couenīūt. tertio po nit canones. scd̄a ibi (Et quartana quidē.) tertia ibi (Et scias.) Prima iterū in quattuor. P●io po/ nit signa colericarū. Secūdo sanguinearū. Tertio flegmaticarū. Quarto melācolicarū. scd̄a ibi.) Et illa.) tertia ibi (Flegmatica.) quarta ibi (quarta/ na aūt.) De prima parte dicit ꝙ febris pendētis a putredine colere motus est tertianus siue sit mo tus principij paroxismi quo ad interpolatas. siue pricipij vehemētie quo ad cōtinuas nisi sꝑēs q̄ di citur adusta: idest causon cui⁹ motus est occultus valde: ⁊ est sicut inseparabilis conclusa. ¶ Ex qua parte elicim⁹ febres colericas esse tres: scꝫ tertia/ nam interpolatā: tertianā continuam et causonē. ¶ Secūdo elicimus ꝙ oēs habēt motū de tertio in tertiū. verū due prime manifestū: sꝫ tertia. s. cau son occultū: ideo dixit ꝙ est sicut ꝯtinua conclusa licet nō sit vere conclusa sicut sanguinea cui nō est aliquis motus scd̄m proportionē ad aliquē diem manifestus aut occultus. ¶ Scd̄o dicit ꝙ tertiana pura est acuta. i. velocis terminatiōis. nō eñ trā/ sit septem periodos. hoc autem est ratione subtili tatis materie cū paucitate. eius autē caliditas est magna mordicatiua ꝓpter acuitatez colere pure. nā colera pura inter oēs humores nō adustos est calidissima et siccitati cōiuncta. est tamē salubris q̄ꝛ colera pura nō aggrauat virtutē cum sit subti/ lis et pauca: et scd̄o q̄ꝛ cadit quies inter paroxis/ mos. ¶ Tertio dicit ꝙ tertiana nō pura est longio ris spacij q̄ꝫ pura: et hoc ꝓpter multitudinē ⁊ gros/ sitiem colere nō pure. nam pura raro pertrāsit se/ ptē ꝑiodos nisi sit ab errore: ⁊ est afforis. lvij. quar te particule. Tertiana vero in septē periodis iudi catur lōgissima. cōtinua aūt consumit̄ in hebdo/ mada. Nā qd̄ interpolata facit in periodo conti/ nua facit in die: vt est apud Gal. cōmēto afforismi allegati. Causon citius autē terminat̄ q̄ꝫ cōtinua cum sit seuiorū accidētiū que natura nequit diu to lerare. vnde aliquādo terminat̄ in quarta.

Contra. quia tertiana pura terminat̄ per euacuationē colere pure que requirit ipsius digestionē per ingrossan tia ⁊ infrigidātia. Simus ergo instanti in quo est ad mediū per digestionē reducta. ¶ Et arguit̄ sic. possibile est imo de facto frequēter cōtingit ꝙ ali qua colera nō pura non facta digestiōe in ipsa sit cum pura digesta equalis grossitiei: ergo sequitur ꝙ magis est parata expulsioni q̄ꝫ ipsa pura in sui principio fuerit: ergo sequitur ꝙ procedēte dige/ stione in vtraq̄ꝫ a sui principio citius expellet̄ ma xime supposita paritate ex parte quātitatis vtri/ usq̄ꝫ tā nō pure q̄ꝫ pure: ⁊ sic tertiana nō pura bre/ uior erit ipsa pura. Nec obstat ipsa proprietas q̄ per digestionē acquirit̄ q̄ꝛ ita deest i sui principio colere pure ex quo nondū digestio ꝓcessit sicut co/ lere nō pure. ¶ Verū pro autoritate Aui. qd̄ dicit̄ intelligit̄ vt in plurib⁹ sicut ⁊ alie ꝓpōnes medici nales: nam nō semꝑ: imo raro reꝑitur colera non pura eque grossa: imo frequēter est grossior q̄ꝫ de/ bet: quā per digestionē opꝫ subtiliari. ¶ Adde ad/ huc ꝙ maior est mlt̄itudo nō pure q̄ꝫ pure. etiā ꝑs pure per resolutionē terminat̄: et multo maior q̄ꝫ nō pure: q̄ꝛ est magis subtilis. ¶ Et si instet̄ ꝙ fleg matica et sanguinea sit minus grauis q̄ꝫ tertiana pura autoritate Gal. ij. pronosticoꝝ cōmēto. xlvj. intelligit̄ illud dictū merito acuitatis materie. nō aūt merito subtilitatis et facilitatis resolutiōis.

¶ Et illa que est ex putredine sanguinis est continua inseparabilis: et eius calor est plurimus cōmunis cum leuitate non cum mordicatiōe cholere: et quandoq̄ꝫ perue/ nit ad statum in quattuor diebus.

¶ Notificat sanguineā dicens ꝙ est cōtinua inse/ parabilis cōclusa. ¶ Scd̄o dicit ꝙ calor ei⁹ est plu rimus quātitatiue ꝓpter multitudinē vaporū nō aūt intēsiue: ⁊ est cōis ꝑꝑ eādē cām. nā multitudo vapoꝝ facit vt calor toti cōicet̄ notabil'r: ⁊ est cū le uitate nō mordicatiōe colere: q̄ꝛ caliditas sangui nis est cōiuncta hūiditati. ¶ Tertio dicit ꝙ q̄nq̄ꝫ peruenit ad statū in quarta die in qua cretice ter/ minat̄ fluxu sanguinis nariū aut alio modo: licet raro visa sit crisis quarte diei. scd̄a quarti. ⁊ tertio de crisi.

¶ Flegmatica accessionē faciēs omni die est leuis caliditatis per cōparationē ad co lericam: longa propter viscositatē materiei et frigus eius et multitudinem eius. et est magni timoris: quoniam habet paruū spa cium interpolationis et quietis: et quoniaz ipsa associatur corruptioni et debilitati in ore stomachi que non excusatur. et illud est de illis que attrahūt accidentia mala ex sin copi et pulsu cordis et casu appetitus.

¶ Hic ponit res appropriatas flegmatice īterpo late. secūdo cōtinue. scd̄a ibi (Et qd̄ de ea.) In pri ma parte dicit tria. primū ꝙ flegmatica paroxis/ mans oīni die est remisse caliditatis per ꝯpatio/ nē ad colericā. Scd̄m ꝙ est lōga tam scd̄m paroxis mos quā scd̄m totā eius cōsistentiā ꝑꝑ viscosita/ tē frigiditatē et multitudinē materie flegmatice. Tertiū ꝙ est magni tioris ꝑꝑ paucitatē interpola tiōis q̇etis. Cū hoc ei ꝙ nō hꝫ nisi sex aūt septē ho ras interpolatiōis ⁊ quietis. illa tamē nō est vera quies: sed est neutralitas febris et etiaz cum ipsa coniūgitur debilitas et corruptio oris stomachi que nō excusat̄. i. que quasi de necessitate secum cō iungit̄. Et hec corruptio ⁊ debilitas oris stōi ē de illis q̄ interdū ꝑducūt ad accidētia mala sicut ē sin copis pulsus cordis ⁊ casus appetit⁹. ¶ Nota pri mo ꝙ cū appetit⁹ appropriet̄ ori stōi ꝑ corruptio nē debem⁹ intelligere corruptionē appetit⁹ eius: q̄ꝛ appetūt res nō ꝯueniētes speciei hūane: ⁊ ꝑ de bilitatē diminutionē ei⁹ aut ablationē. hec āt fiūt ꝑꝑ mlt̄iplicationē flegmatis in eo. Est eñ stoma chus minera flegmatis: ⁊ plm̄ qd̄ in eo mlt̄iplicat̄ est flegma vt ē apd̄ Aui. xiij. tertij. Cū aūt adest fe/ bris flegmatica multo magis mlt̄iplicat̄: ⁊ sic ma gis ledit: sicut febres colerice ledunt epar ꝓpter chistim fellis: et melācolice splenē: vt dicit Rasis xvj. ⁊ xvij. cōtinentis. ¶ Et ex his nocumentis stōi Rasis.

sequuntur

sequuntur accidentia mala de quibus supra .s. sincopis pulsus cordis et tremor eius. et nō differūt nisi ſm magis et minus. Est em̄ tremor cordis cū maiori debilitate. quapropter pulsationes nō fiunt magne sicut in pulsu cordis. sed cū maiori diuersitate. Est ergo pulsus cordis via in tremorem et tremor in sincopim. nam ori stōi facile cōpatit̄ propter sensibilitatē et propinquitatem.

¶ Et que de ea est inseparabilis ē res magis similis ethice si nō esset lenitas pulsus: quāuis quandoq̧ fiat durus etiā: et quantum est minus pura est minoris et breuioris paroxismi nisi declinet cū paruitate sue puritatis ad melancoliam.

¶ In parte p̄senti ponit duo que appropriantur flegmatice ꝯtinue. ¶ Primū qd̄ assimilatur ethice multū: sed distinguit̄ ab ea. q: in latica pulsus ē mollis: in ethica durus. quāuis quādoq̧ in latica pulsus reperiat̄ durus ꝑpter alias causas indurātes pulsū q̄ dicte sunt superius. ¶ Scd̄o ꝙ quāto est minus pura est breuioris paroxismi: et similiter est breuior quo ad totā consistentiā nisi cum paucitate puritatis sue declinet ad melancoliaꝫ. Similitudo.

¶ Circa primū notandū. ꝙ latica similatur ethice in modo caloris. q: nō est acutus ⁊ mordax neq̧ mult' sicut calor colicaꝝ et sanguineaꝝ. scd̄o ī cōtinuitate. tertio in corporis extenuitate ꝑpter nocumentū stōi. ¶ Notandū scd̄o ꝙ sicut ī latica reperitur aliquādo pulsus durus ꝑpter alias causas: ita in ethica aliquādo reperitur pulsus mollis sicut ī ea q̄ sequitur empima. quapropter hoc signū sumptū a mollicie et duritie non est efficax. sed inuestiganda sunt alia signa distinctiua ex ꝓpriis ipsarū capitulis colligenda. ¶ Ratio scd̄i dicti est. q: si flegmati admisceat̄ sanguis vel colera flegma calefit et subtiliat̄. et sic digeritur et paratur expulsioni. Si vero misceatur ei melancolia ingrossatur et fit ineptum expulsioni. nam melancolia addit viscositati flegmatis grossitiē terream. ¶ Contra tamē hanc determinationē sunt instantie plurime. Nam quādoq̧ colera mixta cū flegmate est causa vt faciat flegma in porositatibus magis imbibi et ꝓfundari. quapropter fiat ineptius expulsioni. sufficit tamē ꝙ ſm plurimuꝫ ita est sicut dicit Auicen̄.

¶ Quartana aūt est non acuta ꝑpter frigus materiei longa ꝑpter illud et fortasse extendit̄ que de ea pura est anno vno. et nō pura est breuioris spacij. verū in ea non est timor quoniā quietē facit spacio longo. et quoniā ipsa non est talis acuitatis quā sequuntur accidentia vehementia. Propa q̄rtane

¶ Res q̄ appropriat̄ quartane interpolate ⁊ continue est. primo q: nō acuta ē .i. nō ē acuti caloris ꝑpt̄ frigiditatē materie licet calor ei' sit acutior ꝙ calor flegmatice cū sit cōiunct' siccitati. Existimandū tamen est illam q̄ pendet a putredine melancolie genite per adustionē colere esse acutiorē aliqua certa colerica. ¶ Aliter est non acuta. id est non velocis motus. scd̄o est longa ꝑpter frigus ⁊ grossitiē materie. Et licet aliqua melācolia adusta sit calida facit tamen febrē longā ꝑpter grossitiem terreā. ¶ Tenendū t̄n est quartanā pendentem a melancolia naturali esse ceteris longioreꝫ. nam q̄ pendēt a melācolia adusta sunt breuiores: cū materia per adustionē calefiat. Et licet melācolia genita per adustionē melancolie naturalis forte sit grossior: citius tamen perducit ad cineritiū qd̄ amplius nō potest facere febrē. Melancolia autē per congelationē forte est grossior ⁊ frigidior: sed raro facit febrem. et si facit est ſm plm̄ de gn̄e q̇ntane et sextane. siliter melia mixta cū alijs hūorib' facit q̄rtanā breuiorē. nā q̄ pura est durat ꝑ annū ⁊ non pura ē breuioris spacij iuxta textū.

Contra. quia posset fieri non pura ꝑ flegma qd̄ inuiscat melācoliā et ꝓhibet ei' resolutionē. ¶ Respōdet̄ primo. ꝙ flegma nō ꝓhibet ei' resolutionē imo mouendo a fixione terrea et ducendo ad aqueā ꝓparat ad resolutionē. Ex toto em̄ genere melancolia difficilius resoluit̄ flegmate. ¶ Tertio dicit ꝙ nō est timorosa: tum ꝑpter quietē longā inter ꝑoxismos: et q: non ē tante acuitatis vt faciat accn̄tia vehemētia. quartana autē continua est timorosa ex causis contrarijs.

¶ Et quartana quidē et tertiana assidua et interpolata cōsumunt̄ per vomitū et solutionē vētris aut sudorē aut ꝓuocationē vrine. Incensiua aūt consumitur per hm̄ōi ⁊ per fluxum sanguinis narium.

¶ Hic ponit quedā in q̇b' cōicāt. ⁊ dicit: ꝙ q̄rtana tertiana ꝯtinua ⁊ interpolata terminātur ꝑ vomitū solōnē vētris sudorē aut ꝓuocationē vrine. Incēsiua aūt .i. causon terminat̄ ꝑ hm̄ōi ⁊ fluxū sanguis narīū. Et ꝙuis q̄rtana et t̄tiana possint fluxu sāguis narīū t̄miari: de his t̄n nō fecit mētionē: cū hoc rarius ꝯtingat. Sepius em̄ accidit causonē fluxu sanguis narīū termiari cū colera exn̄s in venis magnis circa cor sit multū sanguini admixta. nō ita est de melia nec de colera faciēte tertianā. Possum' etiā ꝑ incēsiuā ītelligere sinochaꝫ q̄ fluxu sanguis sepe terminat̄. et q̄nq̧ vomitu solutiōe vētris sudore et ꝑ vias vrine. Nā ꝙ sudore t̄minet̄ testat̄ Arist. ij. d ꝑtib' aīaliū. illo c. habitū aūt vtiq̧ ē. Nō aūt ꝑ vomitū fluxū vētris ⁊ vrinā testat̄ Auicē. xiij. xvj. xvij. tertij. ⁊ Gal̄. vij. terapentice. De flegmatica nō fecit mētionē. Sed certū ē ipsam termiari vomitu solōne vētris sudore et vrine ꝓuocatiōe. Frequēter t̄n accidit flegmaticam paulatim ꝯsumi absq̧ notabili euacuatione manifesta: sicut etiam cōtingit de quartana. In q̇bus cōicāt t̄tiana ⁊ q̄rtana

¶ Et scias ꝙ principium prolongatur in tertiana et status in cōclusa et decliātio in incensiua. et status et declinatio in quotidiana: quāuis raro inueniatur quartana cōtinua ⁊ quotidiana ītegre eradicatiōis.

¶ Hic ponit duos canones. scd̄a ibi. (Et febres) Prima in duas. nam ṗmo ponit can̄. scd̄o remouet dubium. scd̄a ibi. (Quāuis.) De ṗma dicit ꝙ ꝓlongat̄ principiū in tertiana: status in cōclusa: declinatio in incensiua. status et declinatio in quotidiana. in secūda parte remouet dubiū. quia enim superius in hoc capitulo diuiserat febrē colericā in continuā et interpolatā. et similiter flegmaticam: non aūt melancolicā. potuisset aliquis q̄rere: quare nō sic diuisit melācolicā: sicut fl̄aticaꝫ ⁊ colicā. Tacite r̄ndet. q: raro repit̄ q̄rtana continua ⁊ quotidiana ītegre eradicatiōis. ¶ Et si instetur. ergo a simili nō debebat diuidere fl̄aticā ī cōtinuā et interpolatā postq̧ raro integre eradicat̄. Respōdet ꝙ lꝫ fl̄atica īterpolata raro ītegre eradicet̄: t̄n in t̄pe ītermedio nō est febris: sed cuꝫ hoc etiā pendet a materia putrente extra venas. Canōes duo.

¶Contra materia melancolica difficilius expel/
litur extra venas ꝙ alij humores propter grossi/
tiem et frigiditatem suam: ratione quarum est tar
di motus. ergo frequenti⁹ deberet putrere ad in/
tra venas ꝙ reliqui humores. ¶Respondetur ꝙ
sicut melancolia tardius mouetur extra venas ꝙ
alij humores: ita tardius putrefit ꝑpter causas
suprascriptas et proprietatem suam resistentem
putrefactioni. licet ergo virtus expulsiua mēbro/
rum non posset expellere melancoliā ita cito sic/
ut expellit coleram aut flegma: vtputa in secunda
aut tertia die. non tamen obstat quin possit expel
li longiori tēpore vtputa in quarto die. nā equa/
lis potentia potest inducere eundem effectum in
passum magis resistens in longo tempore: quem
potest inducere in minus resistens in paruo tem/
pore: precipue cum melancolia det inducias sue
putrefactionis vsqꝫ ad quartum diem.

Dubium maximū ſm gētilē.

Circa primam partem huius cano/nis cadit dubium nō

paruum: qḋ vt dicit Gentilis difficultat multos
medicos. Utrum principium prolongetur in ter/
tiana: status in cōclusa: et declinatio. in quotidia
na. ¶Pro intellectu tituli questionis est intelligē
dum ꝙ duplex est tēpus febris: particulare ⁊ vni/
uersale. Etiam vniuersale est duplex: quoddā di/
stinctum penes materiaꝫ: quoddā penes accn̄tia
aut morbi essentiam. quid vtrūqꝫ istoꝝ sit est ex su
prascriptis manifestum. ¶Sciendū scḋo ꝙ prin/
cipium similiter et quodcūqꝫ aliud tempus ꝓlon
gari potest intelligi dupliciter. Uno modo ꝙ cō/
paretur principiū et quodcūqꝫ aliud tempus ad
alia tempora eiusdem morbi. Scḋo modo ꝙ com
paretur principiū vnius febris ad ṗncipia aliaꝝ
febrium de quibus hic fit mentio. et similiter sta/
tus vnius statui alterius. et sic de alijs. et hec ꝯpa
ratio potest esse dupliciter. vno modo absolute vt
verbi gratia. an principiū tertiane sit longius ṗn
cipio aliarum febrium. Alio modo respectiue an
principium tertiane sit longius in cōparatiōe ad
sua tempora ꝙ quotidiane principium in compa
ratione ad sua: et sic de alijs. Arguit̄ primo ꝙ ṗn/
cipiū nō prolongetur in tertiana in comparatio/
ne ad sua tempora. nam humor colericus est cito
accēsibilis velut ignis in lignis siccis. scḋo de dif
ferentijs febrium. ideo cito ad augmentū et statū
deueniet. Si enim principium tertiane compare/
tur ad principium flegmatice absolute manifestū
est ipsum esse breue. Si ergo respectiue manifestū
est ex fundamento prioris rationis ipsum etiam
non prolongari in comparatione ad principium
flegmatice. ¶Qḋ autem status non prolongetur
in conclusa manifestum est tam de conclusa aug/
mastica ꝙ peraugmastica ī quibus abbreuiat̄ in
ꝯparatiōe ad alia sua tpa ⁊ ad stat⁹ aliarū febriū
siue fiat cōpatio aliaꝝ febriū absoluta: siue respe
ctiua. ¶Qḋ aūt declinatio nō prolōget̄ ī cōtinua
i. ī causone. Nam ſm plurimū crisi terminatur cū
incipit in statu et finit in declinatione ſm plm̄ in
die naturali. et sic declinatio est breuissima. ¶Qḋ
aūt status et declinatio non prolongentur ī quo/
tidiana. arguitur. quia Auic. in capitulo proprio
longior partium flegmatice est augmentū. Am/
plius tertio de crisi. cap. iij. ponit Gal. ꝙ quando
febris est longi status etiā est acuti motus. ⁊ quā/
do est breuis status est tardi motus. ſm hoc igit̄
videtur ꝙ egritudo tardi motus non possit habe
re statum longū. q2 si haberet statum lōgum esset
velocis et acuti motus. ¶Et quia reperitur alia

Galen⁹ tertio de crisi.

littera licet in paucis libris que dicit. ꝙ status et
declinatio prolongatur in ꝯtinua. Cōtra arguit̄
quia cōtinua nō potest cōparari nisi interpolate.
sed certū est interpolatam habere oīa sua tēpora
longiora ꝙ continuam. vnde. 16. continētis. Con
tinuū est breuius interpolato sui generis. Huius
dubij solutionem omissis longis ambagibus do
ctorum paucis perstringam.

Opinio gentilis que inter ceteras ꝑitati est satis cō

Opinio gentilis quā summo pere laudat herculanus.

formis est hec. Dicit primo ꝙ textus Auicē. est ac
ceptus a Rasi. xvj. continētis: cuius est hec series.
Partes tēporis febriū diuerse sunt. in tertiana ꝓ/
lixum est ṗncipiū. in sinocha status ꝓlixus: in cau
sone declinatio prolixa. sed illa tria tēpora ꝓlixa
erunt in quartana. scḋo dicit ꝙ Auicē. solum loq̇/
tur hic de trib⁹ tēporibus: nō aūt de augmēto. q2
cōsuetudo est Auicen. frequēter diuidere augmē/
tum in duas partes. et primā partē cōiungit ṗnci
pio. scḋam statui sicut supra fecit. iiij. cap. huius
prime fen. Et quecūqꝫ dicit de principio statu et
declinatione vera sunt cōparando has egritudi/
nes de quibus hic loquitur tam in tempori⁹ vni
uersalibus ꝙ particularibus. hoc mō in tertiana
tam principiū particulare paroxismi ꝙ vniuersa
le est longum: eam ad sinochā omotenā cōparan
do: in qua principiū est occultū. in conclusa omo/
tena prolōgatur status respectu status tertiane.
quia omotena est fere tota status. ¶Sed diceres
ꝙ poterat dicere ꝙ in tertiana declinatio est lon/
ga respectu omotene. Dicendū ꝙ verum ē sed nō
placuit sibi omnia tēpora cōparare. In causone
declinatio est longa respectu declinatiōis omo/
tene ⁊ etiam tertiane continue vel interpolate. q2
ī causone ī qua materia cretice euacuat̄ remanet
longiori tempore flamma circa spiritualia ꝙ in
alijs colericis: et etiam in sanguinea omotena. et
hoc ex intēsiori calididitate ꝙ sit caliditas tertia
ne aut omotene. quapropter non ita cito remitti/
tur. ¶Postea dicit ꝙ status et declinatio prolon
gatur in quotidiana. ¶Pro quo sciendum ꝙ tem
pus prolixius in flegmatica est augmentū vt in/
fra. Et causa est quia flegma ē humor difficile ac
censibilis. Et ideo si sermones Auicen. fuissent de
augmento distincto ab alijs temporibus dixisset
augmentum prolōgatur in flegmatica. sed sequē
do Rasim non loquit̄ de eo hic: sed partitur aug/
mentum in duas partes. Uel aliter dicitur ꝙ pla
cuit sibi tacere de ea cum notissimum sit augmen
tum quotidiane esse longius alijs tēporibus ei⁹.
Et placuit sibi dicere ꝙ in flegmatica stat⁹ et de/
clinatio sint prolixi respectu ṗncipij flegmatice.
Flegma enim cum recipit calorem diu retinet et
de difficili declinat sicut a viridi ligno semper est
aliquid effumans. vt intelligit Gal. ij. de differen
tijs febriū. Si autem littera dicit status et decli/
natio prolongatur in cōtinua oportet ꝙ compa/
ret cōtinuam interpolate. Si enim vna colera cō/
tinua terminatur in septem diebus: et interpola/
ta in tredecim: status et declinatio in cōtinua ma
gis prolongatur non absolute, sed proportiona/
biliter in comparatione ad principiū et augmen
tum eius ꝙ interpolata: vtputa status et declina
tio occupabit quatuor dies in continua. et prin/
cipium et augmentum tres. Sed in interpolata
status et declinatio occupabit septem dies prin/
cipium et augmētum sex. Nunc certū est ꝙ maior
est ꝓportio quatuor ad tria ꝙ septem ad sex. ⁊ ita
dico de flegmatica continua et ceteris in cōpara

Rasis.

Galenus.

tione ad suas

tione ad suas ĩterpolatas. Nã ꝓportionabiliter
status et declinatio sunt longiores q̃ principium
et augmentũ. difficillima enĩ accidẽtia ĩ cõtinua
multũ tẽpus occupãt et flãma maior tardiꝰ rece-
dit. maxime hec vera sunt quãdo febris hmõi non
crescẽ terminatur. ¶ Si aũt queras q̃ tempora in
his febribus absolute magis prolongantur. Cre
do q̃ in flegmatica magis augmentũ: et ita sen-
tiũt auctores. In quartana credo q̃ magis decli
natio. in sinocha omotena status. in augmastica
augmentũ. in paugmastica declinatio. in tertia-
na cõtinua status. in interpolata nunc vnũ tẽpus
nunc aliud. Et que hic dico maxime vera sunt de
temporibus vniuersalibus distinctis penes acci
dentia. Breuiter pertranseo in hac materia. quia
horum determinatio nec dictis auctorum nec eui
dentibus rationibus concludi potest.

¶ Et febres quãdo nõ curantur scdm̃ q̃
oportet et ꝓprie apostemose cõuertuntur
ad arefactionẽ. et proprie in febribus acu
tis in quibus oportet vt patientes eas ci-
bentur: et nõ cibãtur propter intentionem
vt perueniat natura supra materiam: aut
oportet vt detur ĩ potu aqua frigida. et nõ
datur in potu propter intentionem vt non
fiat cruda. et nõ succurritur cum extinctio
ne alia: qm̃ si fuerit alia intentio q̃ dicturi
sumus in cibatione. ⁊ dando in potu aquã
frigidã. fortior duarum intensionum predi
ctarum premittatur super eas ambas ⁊ di
mittatur obseruatio illarum duarum.

Nota. ¶ Hic ponit alium canonẽ dicens q̃ febres et ꝓ-
prie apostemose acute quãdo non curãtur sm̃ q̃
oportet vtputa exhibẽdo cibum et dando in po-
tu aquã frigidã. quia medicus timet ne per cibuz
exhibitũ suggerat̃ materia febri et natura diuer-
tatur a pugna contra morbum. et per potũ aque
frigide ne materia incrudetur nec succurrat̃ cum
epithimatibus: et alijs auxilijs exigentibus per-
ducunt egrũ ad arefactionẽ ad quã sequitur ethi-
ca: et fortasse spasmus de inanitione. Quãdo due
intẽtiones. s. de exhibẽdo cibum et potũ aque fri-
gide fuerint fortiores q̃ due opposite. s. augmen-
tũ materie cum diuersione nature a pugna et ma
terie incrudatio. quapropter iste due. s. exhibitio
cibi et potus aque frigide sunt supra alias duas
premittende. Et tu supple q̃ quando alie due fue
rint potiores premittantur. nam ꝓpter exhibitio
nem cibi et potus aque frigide materia multipli
catur et incrudat̃. et sic prolongatur egritudo: et
forte sequitur mors festina extincto calore natu-
rali et virtute facta impotẽte ad materie expulsio
nem. In his igitur ambiguis p̃ualent medici sciẽ
tifici et exercitati et bone existimationis alios nõ
tales. Et ideo bene dicit Gal̃. vij. terapentice. Ex
ercitatũ et natura prudentẽ oportet esse medicũ.
In his aũt casibus et similibus nõ sunt opposite
intentiones minus potentes negligende. et hec
nota sunt quarta p̃mi. vltimo capitulo. ¶ Sed q̇d
faciendũ sit si huiusmodi indicationes contrarie
sunt equipotentes. Aui. non dicit. ¶ Sed ego cre
do potuz aq̃ ordei tepide esse ꝯueniẽtẽ ĩ hoc casu.
et etiam vbi indicatio de non exhibendo aquam
frigidã esset potentior sicut in febre apostemosa
tam ratione feb. q̃ ratione materie. ¶ Similiter
credo in his casibus potius aliquid cibi esse exhi
bendũ subtilis alteratiui sicut ptisana ordei sub-
tilis. et maxime tempore nostro in quo homines
pluri cibo sunt assueti quã tẽpore Hyppocratis ĩ
quo huiusmodi diete valde tenues precipiebant̃.

¶ De significationibꝰ accñtiũ febrium. Cap. v.

SCias q̃ acceptio significationuz
febriuz est ex regimine antecedẽ-
te et quomodo fuit ⁊ ex dispositio
nibus antecedentibus et presentibus. ⁊ ex
regionibus et temporibus et ex etate et cõ
plexione ⁊ ex pulsu et vrina et vomitu ⁊ ege
stione et fluxu sanguinis nariũ et ex dispo-
sitione febris in rigore et sudore et quali-
tate caliditatis. ⁊ ex paroxisimis ⁊ ex dispo
sitione appetitus et siti. et ex dispositione
anhelitus et ex coniunctis sicut dolore ca-
pitis et vigilijs et alienatione et inquietu-
dine et alijs.

¶ Hoc capitulum intitulat̃ de signis accidentiuz
febriũ. i. conditionũ que accidunt febribus. verbi
gratia. vtrum sint magne vel parue. vtrũ flegma-
tice vel colerice. vtrum salubres vel mortales. Si-
miles enim conditiões que accidunt feb. docet ꝑ
propria signa cognoscere. Diuidit̃ hoc capl̃m in
duas partes. In prima parte ponit quedã gene-
ra signorũ que debemus cõsiderare pro cognoscẽ
dis febrium dispositiõibus. In scd̃a per hmõi si-
gna docet significare super varias febriuz dispo
sitiones. scd̃a ibi. (Febribus enĩ adsunt.) ¶ In p̄-
ma ponit. xix. collectiones rerum per quas signi- Collectiones. xix.
ficamus super febrium dispositiõibus. ¶ Prima
est regimen precedens sex rerum nõ naturalium.
et quomodo fuerit in particulari quãtum ad ordi
nem et mensuram earum. non enĩ exempli gratia
sufficit cognoscere q̃ regimen precedens fuit ca-
lidum vel frigidum sed quãtum ad calidum aut
frigidum declinauerit. et q̃ in speciali fuerint res
huiusmodi calefacientes aut infrigidãtes. ¶ Se
cunda est sumpta ex dispositionibus antecedenti
bus. i. que ante diu precesserint. i. quas egritudi-
nes et dispositiones alias non egritudinales su-
periori tempore passus fuerit. ⁊ presentibus. i. q̃s
egritudines vt alias dispositiones ad p̄sens pa-
titur preter febres. ¶ Tertia nam secundum di-
uersitatem regionum et ciuitatum et locorum di
uersificantur febres et in aliquibus magis coleri
ce. in quibusdam magis flegmatice. et in q̇bus-
dã longiores sicut in maritima senarum ⁊ vbi ae-
res sunt grossi. et in quibusdam breuiores sicut in
regionibus calidis aut subtilis aeris. ¶ Quarta
est ex temporibus anni. estas namq̃ facit feb. co-
lericas breues. hyems flegmaticas longas. autũ-
nus frequenter melancolicas diu durantes. Ego
enĩ vidi febres incohoantes in autũno diutius du
rantes q̃ incohoantes in alijs temporibus. Debe
mus etiam considerare cõstitutiones tẽporũ vtrũ
pluuiales vel sicce calide vel frigide. nam in cali
dis et siccis fiunt febres acutiores. in contrarijs
minus acute et lõgiores. ¶ Quinta ẽ etas. Sexta
complexio. Septima pulsus. Octaua vrina. No-
na vomitꝰ. Decima egestio. Undecima fluxus san
guinis narium. et per hunc alios fluxus sangui-
nis intelligamꝰ. Duodecima ex rigore. idest vtrũ
febris incipiat cum typo et cum quo typo vel in-

cipiat absq̃ typo. ¶ Decimatertia vtrum sit cum sudore vel absq̃ et quali sudore. ¶ Decimaquarta est qualitas caliditatis vtrum mitis vel mordax vel multa. ¶ Decimaq̄nta paroxismi quo ad tempus inuasionis et durationis. Decimasexta ē dispositio appetitus. Decimaseptima est sitis. Decimaoctaua dispositio anhelitus. Decimanona sunt accn̄tia cōiuncta aliter coniugata cū febre sicut dolor capitis vigilie alienationes inq̄etudo et similia que dicuntur coniuncta cū feb. qꝛ plurimum sequūtur feb. inquātum feb.

Sed contra paroxismi et qualitas caliditatū sequūtur feb. inquātum feb. ergo sunt ex coniunctis. ¶ Respōdet̄ ꝙ non sequūtur feb. sed sunt ipsa feb. nā paroxismus febris est feb. et caliditas ipsa mordax aut acuitas est ipsa febris. ¶ Aliter dicitur ꝙ ly ex cōiunctis est quidā modus loquēdi vt sit sensus ꝙ p̄dictis signis hec signa addunt̄. Alij dicūt ꝙ hec dicūtur coniūcta. qꝛ nō ita essentialia sicut p̄ora: imo sunt accn̄tia virtutis aīalis non ita īmediate sequētia dispositiones virtutū naturaliū sicut sitis et fames. ideo remota videntur et magis accidentalia febri. ¶ Aliter dicūt ꝙ quia statim dixerat de siti et fame que pertinēt ad virtutes naturales. et de anhelitu qui est magis volūtarius q̄ꝫ naturalis addit has dispositiones q̄ sunt coniuncte cū illis tribus in hoc ꝙ sunt dispositiōes animales. Tu ergo de istis collige. ¶ Sed hic nota ꝙ iste res ex quib⁹ significamus sup̱ dispositiones febriū possunt ad ordinē reduci. qꝛ res hm̄ōi aut sunt intrinsece aut sunt extrīsece. Si extrinsece sic est regio tēpus et regimē p̄teritū et in summa res nō naturales ⁊ sibi annexe. et quedā res extranee que nō cōputant̄ inter res nō naturales. oēs em̄ res extrinsece ad res nō naturales aut extraneas reducūtur. sicut sunt p̱cussiones ⁊ huiusmodi. Si autē hm̄ōi res sint intrinsece aut sunt res naturales: sicut cōplexio etas. aut res preter naturā: ⁊ sic actio lesa qualitas mutata aut exiens mutatum. et predicta oīa ad hec reduci possunt. et quāuis somnus et vigilia de q̄bus hic agitur possint computari inter res nō naturales eo ꝙ necessario corpori humano occurrētes possunt cōuenienter et incōueniēter applicari. possunt tamē ꝯputari inter res naturales pro quāto sunt op̱atiōes ingredientes constitutionē corporis hūani. et possunt ꝯputari inter res preter naturam pro quāto p̄n̄t esse morbus causa morbi et accidens morbi. et sic p̄n̄t cōputari inter res intrinsecas ⁊ extrinsecas.

Notatu dignū

¶ Febribus em̄ adsunt accn̄tia ex quib⁹ significātur dispositiones earū de quibus sunt accn̄tia significantia magnitudinem earū et ipsarū paruitatē sicut qualitas caliditatis et quātitatis ipsius. Et de ea est q̄ est mordicatiua vehementer ex quo prius inuadit vsq̃ ad finē suū. Et de ea est q̄ mordicat in primis: deinde minuitur ꝑpter resolutionē materiei et lenitur. Et de eis sūt que mordicant. et de eis sunt quarū caliditas est humida. ⁊ de eis quarum caliditas est sicca.

Hic text⁹ noue3 habet partes.

¶ In parte p̄senti ex hm̄ōi generib⁹ signoꝝ docet significare sup̱ varias febriū dispōnes. Hab3 hec nouē p̱tes. In prima p̱ signa docet cognoscere an febris sit magna vel p̱ua. in scd̄a speciē febris. in tertia febris malitiā. in quarta digestionē vel oppositū. in q̄nta ꝑmittit dicturū signa crisis. ī sexta ꝑmittit dicere signa salutis vel mortis. in septima docet cognoscere dispōnē virtutis et mēbroꝝ et hūorū. in octaua tp̱a febrium. in nona redit ad docendū significare febriū species. scd̄a ibi. (Et sunt accn̄tia.) tertia ibi. (Et sunt accn̄tia significantia malitiā.) quarta ibi. (Et accn̄tia significantia digestionem.) quinta ibi. (Et accn̄tia que significant crisim.) sexta ibi. (Et accn̄tia significātia sospitatem.) septima ibi. (Et forme.) octaua ibi. (Et accn̄tiū febriu3.) nona ibi. (Et res ex q̄bus.) ¶ In p̄ma p̱te dicit ꝙ febrib⁹ adsunt accidentia significātia magnitudinē ipsarū ⁊ ipsaꝝ paruitatē sicut q̄litas caliditatis et quātitas ipsi⁹. De ea em̄ est aliq̄ q̄ mordicat tactū a p̄ncipio cū sibi occurrit et cōtinuat suā mordicationē continue dum tact⁹ p̱seuerat sup̱ infirmū. Et aliqua ē caliditas siue febris q̄ mordicat solū p̄mo occursu. sed p̱seuerāte manu minuit̄ mordicatio ꝑpter resolutionē materie et leuiter. qꝛ apparet minus mordax in fine sicut tertiana īterpolata. tertio sūt alique febres q̄ parū mordicāt a p̄ncipio cu3 occurrūt tactui. sed postea ī fine mordacitas intenditur sicut flegmatice q̇ntane. et similes pendentes a materia multa et grossa nō facile resolubili. scd̄o dicit ꝙ de febrib⁹ sunt alique q̄rū caliditas est hūida sicut caliditas sanguinee ⁊ fl'atice. Et de eis sunt q̄ꝝ caliditas est sicca sicut caliditas ethice febriū colericarū et mel'icarū. ¶ Notandū p̄mo. ꝙ per accn̄tia febriū intelligit q̄cūq̃ potētia significare aliq̄s febriū dispōnes. ¶ Notandū scd̄o. ꝙ per q̄litatē caliditatis intelligit mordicationē caliditatis. et p̱ quātitatē caliditatis ītelligit longā ⁊ extensam actionē eius vel hoꝝ opposita. Nā mordicatio fortis. Itē longa et extēsa actio caliditatis significant febris magnitudinē. sed parua mordicatio et breuis ⁊ remissa eius actio significāt paruitatē febris sicut effectus significat suas causas ¶ Notandū tertio. ꝙ cause mordicatiōis caliditatis necnon longe ⁊ intense actiōis eius sunt tres. sc3 intēsio caliditatis multitudo forme eius et coniunctio siccitatis cū ea. Dēsitas em̄ et multitudo sui subiecti concurrūt solū de per accn̄s cū materia de se nullius sit acuitatis. Qn̄ ergo caliditas febrilis est intēsa habet multū de forma. et siccitati coniūcta mordicat et fortiter agit a p̄ncipio vsq̃ ad finē sicut causon et tertiana continua a multa materia. Quedam aute3 mordicat a p̄ncipio sed postea cessat cito mordicatio qn̄ caliditas ē intēsa cū pauca multitudine forme sicut tertiana pura pendens a materia pauca subtili. Quedam parū mordicat a principio postea in fine mordicat qn̄ caliditas est remissa non cōiuncta siccitati. habet tamen multū de forma sicut flegmatica. Melancolia tamen magis mordicat qꝛ est cōiuncta siccitati. Quedam autem parum mordicat a p̄ncipio et in toto processu sue actionis que habet omnino oppositas conditiones sicut effimera. ethica autem est intra has media. Nam licet ratiōe siccitatis deberet esse mordax attamen f̄m plurimum est remissior q̄ꝫ febres colerice: immo q̄ꝫ multe melancolice et flegmatice. et cū hoc habet minus de multitudine forme cum sit immaterialis.

Febriū accidētia.

Cause mordicationis.

¶ Et sunt accn̄tia q̄ significant gen⁹ earū sicut accn̄tia ꝑpria cū tertiana. sicut principium paroxismi cum punctione et horripilatione et mordicatione caliditatis in eo.

¶ Hic docet

Cognitio feb. per accidētia.

¶ Hic docet cognoscere genus siue speciē febris que cognoscit̄ p̄ accidentia propria vniuscuiusq̄ speciei necnon per accn̄tia cōmunia de q̄b⁹ agit̄ in p̄prijs capitulis. Sed exēplificās de tertiana pura dicit: sicut p̄ncipiū paroxismi primi cū punctione in ambitu totius ac si acubus pungeret̄ ⁊ cum horripilatione de qua infra in proprio capitulo et mordicatiōe caliditatis in primo occursu tactui licet non p̄seueret multum. Et hec sunt satis propria. sed cōmunia sicut dolor capitis vigilie sitis et huiusmodi iuuāt ad cognoscendū eam de quibus infra.

¶ Et accidentia significantia maliciā earum sicut inquietudo et alienatio ⁊ vigilie.

¶ Tertium significatū est malitia febris ⁊ cognoscitur per inquietudinē quādo homo nō potest in vno situ quiescere. q̄r plurimū molestatur a materia febris. Alienatio autē significat plurimū nocumentū cerebro cōmunicari. et similiter prolixe vigilie. et tu ex his concipe alia accn̄tia timorosa malitiam febris significantia.

¶ Et accidentia significantia digestionē sicut illud quod dicemus de dispositionibus vrine.

¶ Aut eius oppositum que potissimū sumunt̄ ex dispositiōibus vrine de q̄bus dictū est. scd̄a p̄mi. et dicetur scd̄a quarti. Sputum etiā et feces et sudor habent hoc significare sed magis vrina precipue in febribus humoralibus que nō sunt apostemales eo ꝙ ipsarum materia a qua deciditur ypostasis plurimum in venis continetur.

¶ Et accidentia que significant crisim q̄ dicemus.

¶ Hic ponens quintum significatū promittit se dicturū accidētia significātia crisim. vz scd̄a q̄rti.

¶ Et accidentia significantia sospitatem et contrarium eius et dicemus omnia illa.

¶ Hic ponit sextum significatum promittens se dicturum accidentia significantia ipsam. s. sospitatem aut eius contrariū. s. scd̄a quarti.

¶ Et forme insunt iudicia plurima sicut ille cuius conuertitur color ad plumbeitatē ex albedine ex viriditate. et significat frigiditatem humorum et paucitatem caloris innati aut excitationem et inflationē sicut accidit ei cuius causa ē satietas nauseatiua et sicut velocitas detumitionis faciei et tornalitas eius et tenuitas nasi. ⁊ significant aut vehementiā caliditatis aut subtilitatem humorum et velocitatem resolutiōis eorū propter amplitudinē pororum et motus in seipsis et exitus eorum a consuetudine aut casus eorū habent significationes ⁊ res de illis quas dicemus.

¶ Hic ponit septimū significatū dicens ꝙ forme habitudinū insunt iudicia plurima: q̄r per eā possumus significare super dispositionē humorum: necnon super dispositionem corporis febrientis sicut ille cuius color cōuertit̄ ad plūbeitatem ex albedine et viriditate. i. que plumbeitas est color mixtus ex albedine et viriditate. hec enī plumbeitas significat abundantiā humorum frigidor̄. s. flegmatis aut melācolie aut vtriusq̄. nā alij humores sunt rubei aut citrini. ¶ Aliter tamen potest exponi ꝙ ly ex dicat terminū a quo. et erit sensus ꝙ ille q̄ p̄mo erat albus aut viridis fiat plumbeus. et per viridē possumus intelligere citrinū. talis enī cōuersio ex naturali albo aut citrino ad plumbeitatē nō erit nisi ex humoribus frigidis q̄ verisimiliter debent facere febrem si qua adsit. cū fere semp̄ febris pendeat ab humoribus dominātibus. Aliquādo tamen hec conuersio significat paucitatē caloris innati cum qua oportet esse parum spūs et sanguinis. vnde corpus nō est rubeū. illud enī paucū sanguinis qd̄ reperit̄ prope cutē p̄pter frigiditatē denigratur. Ex isto igitur et colore cutis in se albo resultat color plūbe⁹. ¶ Scd̄z exēplū ē de illo cui⁹ facies ꝯuertit̄ ad excitationē et inflationē. i. cazesiam aut dispositionē sibi propinquā que dispositio dicitur excitatio. similatur enim dispositiōi hominis nuper ex longo somno excitati: ī quo partes oculos circūdātes sunt tumide. et hec dispositio significat repletionem vaporosaz sequentē nauseatiuā satietatē: ⁊ aliquādo errorem digestiue ēpis cōuertentis chilum in massam flegmaticā vaporosam. ¶ Tertium exemplum est velocitas detumitionis faciei. i. ꝙ facies cito perdat suos tumores naturales quos habet ex presentia carnis mollis et spongiose in fronte naso ⁊ timporibus. que dispositio vocatur tornalitas. et significat vehementiā caliditatis: hūorū subtilitatē: pororū amplitudinē: propter que fit velox resolutio. et est malum signū nisi ex aliqua causa primitiua contigerit sicut ex vigilijs timore tristitia parcitate cibi potu medicine soluētis et similibus. Propterea subiungit. Et motus eorum. i. egror̄ in seipsis propter aliquā aut plures ex causis statim dictis: vt q̄r vigilat nimis timet tristatur preter modum ⁊c. Et motus eorū egror̄ a consuetudine sua: vt quia consueuit multum comedere deliciari nunc vero non. aut casus eorū a cōsuetudine sua in contrariū. Aliud enī est dimittere consuetudinē aliud est non solum dimittere: sed cadere in contrariū. hec omnia significāt tornalitatem faciei sicut cause significant effectus. Sunt aūt alij modi exponēdi hunc passum quos omitto. quia hic ceteris est melior. Et res alie habent significationes super dispositionem corporis et humorum. sicut etas sexus complexio regio tempus anni et similia a medico considerāda cū vult venire in notitiam febris necnon dispositionem corporis patientis.

¶ Et accn̄tiū febriū quedā sunt quorum hora est hora status sicut alienatio et commixtio mentis propter inflāmationē capitis. et de illis sunt quorum hora est principium sicut horripilatio ⁊ frigus et sicut p̄funditas somni que cōsequit̄ plurimū principiorū febriū p̄pter debilitatē cerebri et declinatio caliditatis ad īteriora corp̄is vbi est materia. et multitudo vapor̄ eleuator̄ ab eo p̄ cōmixtionē incipientē in corp̄e vsq̄ quo resoluit eos inflāmatio: et adiuuat̄ illud frigus cerebri ī seipso et frigus hūoris qui vult putrefieri et calefit.

¶ Hec est octaua pars in qua docet significare tēpora particularia febrium propter accn̄tia propria in illis contingentia. Et dicit ꝙ sunt quedā que appropriantur statui sicut alienatio. i. imaginationis corruptio cū imaginatur aliquid esse

Tp̄a particularia feb.

presens quod nõ est. et mixtio rationis.i.estimatione cũ non recte iudicant de honesto et vtili et similibus que nõ sensu percipiunt. licet forte melius propter corruptionẽ rationis possumus intelligere corruptionẽ cogitatiue circa discursum compositionẽ & diuisionẽ. Et huiusmodi accidũt propter magnã inflãmationẽ capitis tẽpore status et multitudinẽ vaporũ ad ipsum peruenientium. Et de eis sunt que appropriant̃ pncipio sicnt frigus rigor et horripilatio: quorũ causa ponetur in sequẽti capitulo. ¶ Et sicut pfunditas somni que accidit magis in principijs febriũ ppter causas infrascriptas. ¶ Prima ppter debilitatẽ cerebri. vnde cogit̃ retrahere sanguinẽ et spiritũ. est eñi cerebrũ febriens debilius q̃ in dispositione naturali. ¶ Secũda est declinatio caliditatis ad interiora vbi materia continetur vt succurrat eorum nocumento et ea fortificet ad expellendũ materiam ad exteriora. ¶ Tertia causa est multitudo vaporum eleuatorũ ab eadẽ materia ppter cõmotionẽ.i.ebulitionẽ illius materie in corpore durantem vsq3 quo inflãmatio.i. calor putredinalis necnõ mẽbrorũ resoluit illos vapores. ¶ Et nota q̃ nõ solum eleuãtur vapores a materia putrente: imo etiam ab alijs non putrentibus. propterea in causone quãuis sit colerica accidit aliquando subeth ppter vapores a sanguine & flegmate eleuatos. ¶ Quarta causa est frigus cerebri in seipso.i.in dispositiõe naturali. Est eñi magis pronũ ad somnũ seu somni profunditatem q̃ cerebrum naturaliter calidum. ¶ Quinta causa est frigus humoris qui dum putrefit calefit p quam calefactionem multi vapores nõ putridi eleuantur simul cũ putridis qui non putridi sunt frigidi cum ipse sit ex se frigidus sicut flegma. non enim subito totus hũor putrefit. et hi non putridi sunt causa somni infrigidando et opilando. oẽs enim iste cause adiuuant ad faciendũ somnum profundum in principio paroxismorum.

Sed contra spiritus animalis & vitalis in pncipio paroxismi attrahitur ad cerebrum igitur calefit et fortificatur. ¶ Respondetur. q̃ licet spũs trahat̃ ad cerebrum et ratione huius debeat fortificari. tamen cũ ipso trahũtur etiã humores et vapores q̃ debilitant ipsum et sunt causa somni ipsum opilãdo. ¶ Vel dic q̃ hi spũs magis trahunt̃ ad cor & partes vicinas quarũ lesio in talibus paroxismis est maior: et sic cerebrum remanet magis debile: & sic impotens ad transmittendum spiritus ad membra exteriora sensitiua. & hoc modo est causa prolongationis somni.

¶ Et res ex quib9 scitur dispositio febris & ex qua specie sit: sũt dispositio febris ĩ acuitate sua et sua lenitate. et dispositio febris in hoc q̃ ipsa accidit a causis primitiuis & añtibus scdm conditionem predictam: et dispositio febris adherentia sua & eradicatiõe: & dispositio febris in acuitate sua cũ rigore et frigore et horripilatiõe aut eius cõtrario et qd est ex eo: et dispositio febris in dimissione sua cum sudore pauco aut plurimo. Aut dispositio preterita regiminis et etas et forma et tempus et ars. et dispositio pulsus et vrine.

¶ In presenti parte Auicen. cõplet modũ cognoscendi conditiones febriũ tam accñtales q̃ essentiales. sed maxime essentiales ptinẽtes ad cognitionem speciei eius. Et per species intelligite nõ solum speciẽ specialissimã sed etiã subalternam speciem ppterea dicit Auicen. Et res quibus scitur dispositio febris quo ad conditiones accidẽtales ex qua specie sit quo ad essentiales sunt.

¶ Prima dispositio febris in acuitate sua et lenitate. Nam p hoc cõprehẽdo quãtitatem febris. & si est acuta cõprehẽdo q̃ est de genere colericarũ. Febriũ disposi tiões duodeci.
¶ Et scda dispositio febris in hoc q̃ accidit a causis primitiuis. nam per hoc cõprehendo q̃ est effimera. si autẽ prouenit a causis añtibus cum alijs conditionibus superius dictis in capitulo de signis putridarũ in generali cõprehendo q̃ est putrida. ¶ Et tertia dispositio fe. in adherẽtia sua.s. vniformi vel quasi: qd pertinet ad conclusas vel causonẽ: et eradicationẽ quãtũ ad interpolatas. et tepore quãtum ad continuas pportionabiles. ¶ Et quarta dispositio febris in acuitate.i. in reditu suo. tunc eñi acuitur cũ redit.s. an redit cum typo.s. rigore frigore et horripilatione. et tũc scit̃ q̃ est interpolata. aut ecõtrario.i. sine typo. et tũc scitur q̃ est continua: et q̃ est ex eo.i. si redeat cum accñtibus sequẽtibus typum q̃ sunt pulsus paruitas submersio et coartatio: et significãt magis interpolatã: aut sine his et significatur magis cõtinua et proprie conclusa. nam in continuis proportionalibus parua in conclusis nulla. ¶ Et q̃nta dimissio febris in dispositione sua.i. merito eius absq3 magno auxilio cum sudore plurimo. & significatur putrida et maxime interpolata: aut pauco et significatur effimera. ¶ Et sexta ẽ dispositio preteriti regiminis an fuerit regimẽ multiplicatiuũ humorũ calidorũ aut frigidorũ. & quorũ s. sang. cole. fleg. an melãcolie. nã hoc iuuat ad cognitionẽ speciei febris. ¶ Septima etas. ¶ Octaua forma que est habituatio in toto cõsurgens ex carne pinguedine & colore grossitie et extenuatione. ¶ Noua tempus anni. ¶ Decima ars. ¶ Undecima dispositio pulsus. ¶ Duodecima vrine. hec eñi quomodo significẽt super dispositionem febris necnõ alias dispositiones magis accñtales manifestũ est satis. ¶ Hoc ergo capitulum est ad dandũ nobis notitiã oĩm dispositionũ febriũ. idest oĩm que medicus diligens debet inquirere. et scire de febribus vt per hec sciat ponere casum in terminis. et scdo pronosticari. et tertio habere ingeniũ curatiuũ qd nullaten9 poterit habere nisi cognita egritudine fm has octo dispositiões q̃s omnes particulariter docemur in hac prima fen. quarti. preter quintam et sextam. Non eñi signa crisis neq3 signa salutis et mortis hic particulariter docemur: sed secunda huius quarti.

¶ Signa de rigore frigore horripilatione et fractione. Capitulum. vi.

Horripilatio ẽ dispositio in qua inuenit corpus diuersitatem in frigore & punctionem in cute & lacertis: et antecedit eã pigritia et fractio. Quid horripilatio fm auicẽ.

¶ Quia huiusmodi dispositiones frequẽter añcedũt putridas feb. puentiẽs fuit post fmonẽ gñale de cãis diuersitatis & signis ipsarũ vt de his determinet̃. Hoc caplm h3 tres partes. In pma describit hmõi dispões. In scda põit cãs earũ & significatiões. In ttia subdit canões. scda ibi. (Et de cãis vehemẽtie rigoris.) ttia ibi.) Et pmotio aie periodi.

periodi. Prima ī q̄tuor. in p̄ma notificat horripilationē. in scd̄a fractionē. ī tertia frigus. in q̄rta rigorē. scd̄a ibi. (Et q̄si fractio.) tertia ibi. (Frig⁹.) quarta ibi. (Rigor vero.) ¶ In p̄ma parte describens horripilationē dicit: ꝙ est dispositio in qua corpus inuenit diuersitatē in frigore. i. frigus diuersum nō equale nec vniforme in partibus cutis immo sentit diuersitatē et delationē frigoris ꝭm partes diuersas cutis quasi nūc deferatur ad vnā partem: nunc ad aliam in cutis superficie. que diuersitas accidit ꝓpter humores et vapores ad cutem delatos non equaliter ꝭm oēs partes ⁊ punctionē in cute et lacertis qui sunt instrumenta motus voluntarij eo ꝙ huiusmodi humores ⁊ vapores acuitate participant. Et vos addite de intentione Gal'. in libro de tectigatione et tremore cōmotionē in superficie cutis et partibus musculorum propinquis cuti que cōmotio sequitur frigiditatē cutis ꝯtrahentē ipsam ad quam cōtractionem sequitur pilorū erectio. propterea dicit̃ horripilatio horror in quo fit pilo⁊ eleuatio. hec aūt infrigidatio raro per se sequitur humores aut vapores ad cutim delatos: cū illi ꝭm ph'm sint calidi. sed reuocationē caloris. s. ad intra. fit etiā commotio: quia virtus expulsiua cutis conatur ad expulsionē nocitiui et cōmouet cutim: ⁊ sic habem⁹ descriptionē horripilationis: ꝙ est dispositio in qua corpus. s. horripilantis inuenit diuersitatem in frigore et punctionē in cute et in lacertis. et cōmotionē quādā solum in cute et partibus vicinis ad d'iam rigoris in quo fit toti⁹ corpis cōcussio. et ātecedit eā pigritia. i. difficultas ad mot⁹ īchoādos ⁊ continuādos. Et fractio. i. lassitudo ꝭm ph'z vlcerosa sequēs hūores et vapores acutos ad cutim et lacertos delatos. Et potest esse aliquando extensiua sequēs humores non acutos. fit em̄ aliquando sed raro horripilatio sicut et rigor ab humoribus frigidis. quos lassitudo extensiua et non vlcerosa antecedit. Et de vtraq; loquitur afforismus secunde particule. Labores spontanei narrant morbos.

Galenus.

Et quasi fractio est maneries eius.

¶ Hic describit lassitudinē dicens: ꝙ ipsa est maneries horripilationis. i. via in horripilationem. cause em̄ parue q̄ faciunt lassitudinē aucte faciūt horripilationē. Vel aliter est maneries horripilationis. i. aliquid inclusum in quiditate eius. Na⁊ lassitudo vlcerosa est sensatio punctionis in cute ⁊ lacertis que includit̃ in q̄ditate horripilatiōis.

Frigus autē est vt sentiat in membris suis et dorsis lacertorum suorum frigus purum.

¶ Frigus autem est vt sentiatur in membris suis s. extremis et pro vel dorsis lacertorū. i. partibus grossis ⁊ carnosis eorum frigus purum. i. sine admixtione punctionis et cōmotionis. que punctio et cōmotio sentiunt̃ in horripilatione et rigore. ¶ Querēti autem vtrū si quis patiatur horripilationem aut rigorem in quo⁊ quiditate includitur sensatio frigoris: possumus ꝯueniēter dicere ip̄m pati frigus quod est dispositio hic descripta: pōt responderi ꝙ sic. Et si instetur ꝙ illud frigus non est purum cum sit punctioni ⁊ cōmotioni admixtum. Respondetur ꝙ licet sit illud admixtum tamen non cōnotat in quiditate sua eorum admixtionem. Melior tamen responsio et cōmuni opinioni cōformior est ꝙ illud nō debeat dici frigus hic descriptum cum non sit purum.

Galenus q̄nto de simplici medicina. Et cause frigiditatis mēbri sūt tres: vna ea⁊ ē res q̄ occurrit corpori extrinsec⁹: sicut aer et aqua et medicīa: quē admodū medici multotiēs faciunt illō ī egritudine noīata herisipila. Et iterū alia ē cōplexio propria mēbro īfirmo. Et tertia est ꝓpter materiam

Rigor vero est vt non possit continere membra sua ex commotiōe et tremore eueniente in eis et motibus inuoluntarijs.

¶ Hic describit rigorem. secundo remouet dubium. scd̄a ibi. (Et fortasse.) De prima parte dicit: ꝙ rigor est supple dispositio vt non possit ipse rigens continere membra sua a commotione et tremore. i. concussione et motibus inuoluntarijs. q̄ non corrigibilibus per voluntatem. Et vos supplete de intentione Gal'. in libro de tectigatione et tremore sensationem frigoris et punctionis q̄ debent includi in quiditate rigoris. Et ex hoc patet non esse differentiam inter rigorem et horripilationem nisi quia in rigore totum corpus cōmouetur et concutitur: sed in horripilatione sola cutis cōmouetur et motu satis paruo. ¶ Et querenti que istarum dispositionū debeat dici rigor. Respondetur ꝙ ad mentem medicorum rigor p̄ncipalius debet dici ille motus concussiuus cōnotando sensationem frigoris et punctionis: cum ille sit manifeste et magis notatus. sed in horripilatione principalior est punctio et commotio cutis. ¶ Ex his manifestū est horrorem esse horripilationem. et certa⁊ infrigidationē esse frigus. Typus autem est terminus cōmunis ad frigus rigorem et horripilationem. Sed nota tremorē positum in descriptione rigoris accipi cōmuniter ꝓ quacūq; corporis cōcussione: et non accipi prout describitur scd̄a tertij. s. ꝓ aggregato ex motu volūtario facto a ꝟtute ⁊ inuolūtario facto a grauitate membri. Nam rigor solum fit īmediate a virtute animali motiua que est in lacertis: que sunt instrumenta motus voluntarij stimulata ab humore et vapore pungēte: licet non sit rigor ille corrigibilis per volūtatem. Et similiter differunt rigor a saltu cum saltus sit dispositio neruorum. q̄ aliquando ab aere immediate fit. aliquando ab humore ventositate vel vapore: et non connotat punctionem vel frigiditatem sibi admixtas. Differt autem tectigatio ab horripilatione cum connotet frigiditatem aut punctionē sibi admixtas sicut horripilatio et eius causa immediata est vapor aut ventositas et non virtus sicut in commotione horripilationis. Pruritus autem licet cōueniat cum horripilatione in sensatione rei pungētis et etiā in motu cutis prurientis ad excussionē nocitiui iuxta Gal'. differt tamen ab ea: quia non connotat frigus. Et ex his manifestū est ꝙ pigritia antecedit fractionem. i. lassitudinem. et fractio antecedit horripilationem et horripilatio rigorem. Nam inferius in hoc cap̄. horripilatio fit ex causis paucioribus causis rigoris. nam cause cum sunt pauce siue remisse faciūt pigritiā: aucte faciunt fractionem: magis aucte horripilationē: maxime aucte rigorem. Et nota ꝙ aliquādo rigori associatur tremor membrorum virtute mēbro⁊ motiua debilitata. Similiter ante frigus p̄cedit pigritia et lassitudo extēsiua. et aliquādo ex frigore fit transitus ad rigorem acceptum pro motu cōcussiuo membrorum: sicut aliquādo ad frigus fit transitus ex horripilatione accepta pro commotione cutis.

que effunditur ad ip̄m: ⁊ illud est qm̄ accidit multotiens vt materia q̄ effūdit̃ ad ip̄ꝫ sit calefacta: aut qm̄ ipsa ꝯputruit: aut qm̄ mēbra q̄ occurrer̃t rei alterauer̃t ipsam: ⁊ dissoluerūt eam: ꝓpter illud est sup̄ ea de caliditate: ī natura eorū: et frigiditas quā generauit illa medicina ī mēbro: cui ī natura sui ē sup̄flua frigiditas moratur tēpore lōgo: manens in ipso.

Et fortasse est frigus forte: et non fit rigor fortis sicut in febribus flegmaticis et quartana

¶ In presenti parte remouet dubium. posset enim quis dubitare an frigori forti semp̄ associetur rigor fortis. Respōdet ꝙ aliquādo est frigus forte

⁊ nō fit rigor fortis sicut in febribus flegmaticis et quartana. Et accipit hic frigus nō cōnotando ꝙ non sit admixta punctio ⁊ mēbrorū cōmotio. nā cum pūctio et mēbrorū cōmotio sint de quiditate rigoris ꝓprie sumpti ⁊ excludant a quiditate frigoris hic descripti nō possent frigus et rigor coniungi. et sic de hoc nullū esset dubiū. sed accipit hic rigorē pro sola mēbrorū concussione: ⁊ frigus pro frigiditate. Et certū est ꝙ in multis flegmaticis et quartanis est frigus forte absq; rigore forti immo absq; rigore notabili. nunq̄ tamē in his febrib' ē rigor fortis absq; notabili frigore. in multis tamen earū contingit rigor fortis cū frigore forti. harum diuersitatū cause statim patebunt.

Gentilis. ¶ Gentilis tamen et Marsilius de hac parte faciunt duas. et primā dicunt esse aliam notionem rigoris. vt dicat et fortasse rigor est frigus forte. qd ꝯfirmant auctoritate Gal'. in li. de iectigatiōe et tremore. Dixit eñ ibi: ꝙ frig' forte potest dici rigor. sed in scd'a parte dicit Auicen. ꝙ non fit rigor fortis: sicut in febribus flegmaticis et quartana. Nam fortis rigor est a forti mordicatione. et fortis mordicatio est a materia cal'a mordicāte impetuose mota ad mēbra. Et sic a frigida q̄lis ē materia quartane aut flegmatice non fit fortis rigor sumēdo rigorem pro motu ꝯcussiuo. Alio modo potest intelligi ꝙ in nulla febre fit ita fortis rigor sicut in flegmatica et quartana. et hoc sumēdo fortē pro diuturno. est eñ in his febribus longior rigor quā in alijs. Et tertio modo potest intelligi iste textus sumēdo rigorem ꝓ frigore. et est sensus ꝙ in nulla febre sit ita fortis rigor. i. frigus sicut ē in flegmatica ⁊ quartana: cū in istis sit materia frigida. Prima tamen expositio mihi videt̄ melior. Sed infra erit dubiū a qua materia fiat maior rigor. ¶ Notandū tamē ne huiusmodi termini faciant te errare ꝙ medici multū his abutūtur ita vt aliquādo rigor accipiatur ꝓ horripilatione. aliquando econtra. similiter aliquando rigor pro frigore et econtra. Nōnunq̄ rigor est cōmunis ad omnē typum iuxta afforis. Quib' quotidie rigores fiunt quotidie febres exoluūtur. quapropter omissis nominibus rebus intēdendū est.

¶ Et de causis vehementis rigoris est vehementia virtutis expulsiue in lacertis: et propter illud quāto est causa rigoris viscosior est rigor vehementior.

¶ In parte p̄senti Auicē. ponit causas ⁊ significationes harum quatuor dispositionū. Habet hec pars tres partes. in prima ponit causas rigoris ⁊ frigoris. in scd'a ipsorū significationes. in tertia ponit causas horripilationis. scd'a ibi. (Et qñq; significāt) tertia ibi. (Horripilatio vero.) Primā partē diuido in octo partes ꝫm ꝙ octo ponit modos causarum. scd'a ibi. (Et sanguis.) tertia ibi. (Et scias.) quarta ibi. (Et multotiens.) quinta ibi. (Et qm̄ accidit.) sexta ibi. (Et rigor et frig'.) septima ibi. (Et quandoq; accidit.) octaua ibi. (Et quandoq; accidit rigor.) Et hic notate ꝙ ponendo causas rigoris et frigoris et horripilationis. ponit etiā causas fractionis: cum eedem sint cause fractionis ⁊ aliarum licet remissiores. nam cause remisse que faciunt fractionē aucte faciunt alias dispositiones. Sed de prima parte dicit ꝙ de causis vehementie rigoris est vehemētia. i. fortitudo cum conatu virtutis expulsiue que est in lacertis. ¶ Pro cuius dicti notitia sciendum est ꝙ cause rigoris sunt duplices. Quedā se tenētes ex parte humorū. Quedā se tenētes ex parte virtutū.

Cause rigoris. Prime sunt tres. s. quātitas humoris. requirit̄ eñ notabilis quātitas. et quāto est maior alijs paribus tanto rigor est maior. scd'a est humoris acuitas. nam quāto mordacior magis stimulat expulsiuam. tertia est impetuosus motus ipsius in mēbra sensibilia. Sed cause se tenentes ex parte virtutū sunt quatuor ꝫm quadruplicē virtutē ad rigorem cōcurrentē. vna est virtus vitalis que tāq̄ agens vniuersale concurrit ad omnes operationes scd'a est virtus naturalis et proprie expulsiua que quāto fortior impetuosius expellit materiam in mēbra sensibilia. tertia est virtus sensitiua in mēbris sensibilibus ad que expellitur materia: que quāto acutior magis stimulat expulsiuam que est in lacertis sibi subordinatā. quarta est expulsiua mēbrorū. et sic ipsa expulsiua que est quarta mouet fortius et cōcutit mēbra ad nocitiui expulsionē. et ex hoc notato patet v̄itas dicti. Nam quāto humor faciens rigorem est viscosior ⁊ difficili' expellibilis oportet virtutem expulsiuam lacertorum magis conari et mēbra concutere ad ipsi' expulsionē. Et certū est ꝙ maior virtus cum equali conatu magis concutit membra q̄ debilior.

Sed hic cadit dubium discussione dignum. Nunq̄d fortitudo virtutis expulsiue que ē in lacertis sit causa rigoris. Et videtur ꝙ sic auctoritate Auicen. in presenti parte. Et confirmatur ratione. Nam de intētione Gal'. in libro de accñti et morbo. Causa immediata rigoris ē virtus expulsiua stimulata ab aliquo preternaturaliter imprimente qd virt' illa nititur a membris expellere membra concutiendo. illa aūt membrorū concussio est rigor de quo est sermo in p̄senti titulo. ¶ In oppositū est Gal'. x. terapentice. cap. iiij. d. Rigor quidē erit ꝓpter multitudinē et acredinē eorū que ferūt: et propter velocitatē delationis. et ꝓpter virtutis imbecillitatem. Nam multa paucis ⁊ subtilia his que nō talia mordent magis: sicut ⁊ demū que citius ferunt̄ his que tarde. Et virtus fortis quidem exñs contēnit et sustinet oīa. imbecillis vero facta a q̇busdam contristatata succumbit. Hec Gal'. Si ergo debilitas virtutis est causa rigoris: non ergo fortitudo;

Galenus.

Gentilis Pro decisione huius dubij dat tres respōsiones. Prima ꝙ materia est duplex. quedā subtilis. et respectu huius virtus fortis nō est causa rigoris: cū eā insensibiliter resoluat. Sed virtus debilis non potēs ipā insensibiliter resoluere expellit ipsam agitando eam et cōmouendo. et sic est causa rigoris. Et dicit hanc fuisse intentionē Gal'. loco superius allegato. Quedā est materia grossa et respectu huius virtus fortis est causa rigoris: cum nō possit eam insensibiliter resoluere: sed solum ipsam expellit sensibiliter eam agitando ⁊ cōmouendo. et respectu huius quāto virtus est fortior rigor ē vehemētior: cū eam impetuosius moueat. et hec fuit intētio Auicē. ¶ Hanc solutionē non acceptat Gentilis. d. ꝙ sicut datur virtus fortis potens materiā subtilem insensibiliter resoluere: ita et datur fortis respectu materie grosse: et sic poterit ipsā insensibiliter resoluere. hoc tamē assumptum Gentilis non probat ꝙ necessario a respōdente deberet negari. Cum etiam virtus fortissima non habeat tantam proportionem ad materiā grossam notabilis quātitatis sufficientis ad faciendum rigorem vt eam insensibiliter resoluat. Hee tamē

Tres respōsiones ꝫm gētilē.

responsio

responsio nō est conueniens: cū videamus virtutem fortem materiā subtilē qualis est in tertiana nō insensibiliter resoluere: sed eā agitare et commouere ita vt faciat rigorem.

Gētilis rn̄sio.

Secunda responsio Gentilis. ꝙ virtus aliqñ est fortis in interiorib⁹ et hec est causa rigoris pellēdo materiā impetuose ad mēbra sensibilia extrinseca. ⁊ de hac loquit̃ Aui. ꝙ quāto est fortior ē cā maioris rigoris. alia est virtus fortis ī exterioribus: vt puta in cute ⁊ in lacertis. ⁊ hec quāto est fortior est cā minoris rigoris: eo ꝙ magis resistit virtuti pellenti humorē ad mēbra sensibilia exteriora. et cū resistētia sit cā tarditatis mot⁹ erit tardior ⁊ sic minor rigor aut forte nullus ꝓpter superfluam tarditatem.

Hanc solutionem nō acceptat Gētilis neq̧ Ugo senensis immo dicit Ugo eā nō esse dignam verbo: eo ꝙ sicut materia pulsa ad exteriora est causa rigoris: ita pulsa ad interiora per mēbra sensibilia erit causa rigoris intrinseci que materia pellitur a virtute forti in parte extrinseca. Ratio tamen Ugonis est parum valida cōtra ꝯtra hāc rn̄sionem. Est em̄ certum tam resistentiam intrinsecam q̄ extrinsecā esse cām tarditatis motus materie tā ad exteriora q̄ interiora. ⁊ sic esse cām diminutionis aut nullitatis rigoris. hec tn̄ responsio nō est ad mentē Aui. nec Gal. cū Auicē. loquat̃ de virtute expulsiua que est in lacertis. ⁊ Gal. loquat̃ de alia virtute sicut ostendetur inferius.

Ugonis ratio.

Responsio autē Gentilis tertia sup quā q̇escit est ꝙ duplex est virtus. quedā fortis in cōparatiōe ad sua superflua insensibiliter resoluenda. ⁊ hec dicitur fortis absolute. quedā aūt est fortis respectiue in cōparatione ad sua superflua sensibiliter expellēda: sed non insensibiliter. Et dicit ꝙ virtus fortis absolute nō est causa rigoris. est em̄ illa que apud Gal. contēnit oīa. sed scd̄a virtus fortis respectiue est de qua loquitur Aui. in p̄senti. que quāto fortior rigorem facit vehementiorem.

Contra. Ex hac opinione sequitur hec cōclusio: ꝙ per solam debilitatē virtutis oībus alijs paribus rigor fortissimus subito acquiret̃. cōclusio est impossibilis vt ondet̃: et sequitur ex rn̄sione. quare ⁊c. Sed cōclusio sic deducitur. Certū est em̄ ꝙ fortitudo absoluta est maior q̄ respectiua. Signemus ergo absolutā fortitudinem ipsius esse ab octo vsq̧ ad sex exclusiue. ⁊ signemus fortitudinē respectiuā esse a sex inclusiue vsq̧ ad certum gradū. vt puta vsq̧ ad quatuor tunc pono fortitudinē virtutis absolutā remitti successiue donec in fine diei sit vt sex: stantib⁹ oībus alijs paribus ad rigorem sufficiētibus. tunc manifestū est ꝙ nunq̄ erit rigor nisi cū virtus erit vt sex: ⁊ tunc erit fortissimus: qr per positionem quāto fortitudo respectiua est maior rigor est vehementior. Qd̄ aūt cōclusio sit impossibilis ostenditūr. nā cause effectui debēt ꝓportionari. ergo si cause rigoris successiue acquirūtur: ⁊ rigor sit successiue acquisibilis. rigor etiā dʒ successiue acquiri. sed cause rigoris successiue acquirentur. ergo similiter ⁊ rigor. sed minor arguit̃. nā cause rigoris sunt debilitas virtutis: et maior conatus ipsius ⁊ minor cōtēptus. sed he successiue acquirunt̃. ergo et rigor. Et sic sequit̃ ꝙ prius fiet rigor remissus q̄ intēsissimus. ¶ Et cōfirmatur. sumus in instāti in quo rigor est per respōsionē intensissimus. tunc arguitur. imēdiate post hoc rigor erit intensior q̄ nūc fit. ergo nūc nō est intēsissimus. tʒ ꝯn̄a. ⁊ añs ꝓbatur. qr cause rigoris imediate post hoc intendentur. s. maior conatus minor cōtēptus ⁊ virtutis debilitas: ergo ⁊c. ¶ Forte dr̄ ꝙ plus facit ad minuendū rigores debilitas virtutis q̄ intensio conat⁹ ad ipsos intēdendū. ¶ Cōtra nūc. et immediate ante hoc plus faciebat conatus ad intēsionem rigoris q̄ debilitas virtutis ad ei⁹ remissionem. ergo in aliqua ꝓportione. Cum ergo nulla ꝓportio subito deperdat̃ imediate post hoc pl⁹ faciet conatus ad intensionem rigoris q̄ debilitas virtutis ad eius remissionem.

Ugo autem senensis volens ponere cōcordiā inter Aui. et Gal. loquitur de virtute vitali. hec em̄ cū fortis est ꝯtēnit oīa. sed facta debilis a quibusdā cōtristata succumbit. Aui. aūt loquitur de virtute expulsiua que est in lacertis que quāto fortior pōt magis membra cōcutere, ⁊ sic maiorē facere rigorem. Modus aūt est iste vt summatim referam q̄ dixi longo sermone. Dicit em̄ de mente Gale. ad rigorē esse necessarium caloris reuocationē interius: ⁊ postea ipsius reuocationem exterius expansionē ad materiam que est causa rigoris: vt ipsam expellat. oībus em̄ mēbris dolentibus cor cōpatitur. ita vt Aris. ꝓpter hanc cām dixit tactum et gustū cordi cōtinuari. ⁊ cū cōpatitur retrahit calorē et spiritū interius: vt deinde ipsum ad mēbra lesa transmittat ad tuendū ea ⁊ excutiendū nocumētū ab ipis. Quapropter cū mēbra extrinseca infrigidant̃ aut mordentur ab hūoribus ad ipsa delatis spiritus nō potens ꝓcedere suo cursu naturali ad mēbra oppressa cōfugit ad suū p̄ncipiū ibiq̧ fortificat⁹ iuxta Ga. in lib. de tre. et rig. reuertitur ad pugnādum ⁊ expellendū rē nociuam. ¶ Cum ergo addit ad rem nociuā necessario ꝓhibet cōtinuare processum suū tremitq̧ tūc forte totū corpus collisione caloris naturalis ⁊ reluctatione ad rē nociuā. Hec Gale. in dando modū euentus rigoris. ¶ Ex q̇bus sequitur ꝙ ad esse rigoris requiritur spiritū retrahi ad interiora: ⁊ iterum ad exteriora remitti. nunc aūt quāto virtus vitalis est fortior magis spū et sanguine fulcita minus retrahit spiritū et sanguinē ad interiora oīa cōtēnens. et ꝯsequēter ipsos minus impetuose expellit ad membra lesa ad expellendū rem nociuā: ⁊ sic fit minor pugna cōmotio ⁊ agitatio: ⁊ cōsequēter minor rigor. Si vero sit debilis: nō tn̄ multū debilis retrahit multum calorem ad interiora quem attractū postea impetuosius expellit ad pugnandum cū re nociua agens ꝺm vltimum conatum. ꝓpterea fit maior membrorum concussio

Cōcordia Galeni cū Auicenna ꝺm vgonē.

Alia responsio est vt dicam⁹ ꝙ Gal. ītelligit de v̓tute sensitiua que est in lacercis q̄ quāto est fortior est causa minoris cōcussionis contēnendo cām īprimentem. sed quanto est debilior est cā maioris ꝓpter maiorem conatū dū mō nō sit multū debilis. Sʒ Aui. loquitur de expulsiua que est in lacertis que quanto fortior cuʒ equali conatu est magis apta membra cōcutere. ¶ Sed cōtra. quanto virtus sensitiua esset fortior magis sentit cām imprimentē sed quanto magis sentit eā magis stimulat expulsiuam sibi subordinatam ad cōcutiendū membra ergo ⁊c. ¶ Respondet̃ negando minorem: nō em̄ maior sensatio est cā vt magis stimulet expulsiuā sed maior eius lesio a cā imprimente. nunc autem quanto est fortior: lʒ magis sentiat: nō tn̄ magis leditur a sensibili: sed minus. ⁊ quanto minus le/

Symphonia Galeni cū Auicenna.

dit:tanto minus stimulat expulsiuā.fortitudo em̄
virtutis expulsiue penes duo attenditur:⁊ penes
melius sentire:⁊ penes magis resistere causis im/
primētib⁹ q̄ maiori resistētia ⁊ miori lesiōe arguit

Secundum dubium

vtrū maiores vigores fiant a causa frigida q̄ a causa calida. Et ar/
guitur ꝙ sic.primo ex textu Auic.in parte presenti
dicentis ꝙ quāto causa rigoris est viscosior rigor
est vehementior. Item ex snīa eiusdem.scḋa primi
d. ꝙ humores frigidi sunt causa rigoris:sed cali/
di horripilationis. ¶ Et cōfirmatur ratione quia
quanto causa difficilius expellitur requirit maior
cōcussio:sed causa frigida cū sit magis viscosa q̄
calida difficilius expellitur.ergo exigit maiorē cō
cussionem. ¶ Secūdo arguitur auctoritate Auer.
tertio colliget.et rationibus eius.quaꝝ prima est
Simile ē d causa extrinseca ⁊ intrinseca:sed causa
extrinseca frigida maiorem facit rigorez q̄ causa
extrinseca calida. ergo simile erit de humoribus
qui sunt corpori intrinseci .sed antecedens ꝑbat
nam aer frigidus ⁊ aqua frigida occurens corpo/
ri maiorem facit rigorem q̄ aer calidus aut aqua
calida. ¶ Secunda ratio Auerro.qꝛ vna de causis
rigoris:immo nō fit sine ea ē cōclusio caloris inte
rius:vt vult Gal.in lib.de tre.et rigo.sed causa fri
gida magis cōcludit calidum interi⁹ q̄ causa ca/
lida.ergo erit causa maioris rigoris.tenet conse/
quentia.et assumptū ꝑbatur.qꝛ causa frigida fu/
gat calidum interius.tū ratione mordicationis.
tum qꝛ sibi cōtrariatur:sed causa calida fugat ca
lidum interius soluz rōne mordicationis:nō aūt
rōne cōtrarietatis cū calidum nō cōtrarietur ca/
lido. ¶ Preterea calidum naturale fugatum inte
rius mouet ad expellendū suuz cōtrariū siue sit ca
lidum:siue frigidum.sed frigidū est plus sibi con/
trarium . quare mouet fortius contra ipsum. Et
cum ipsum fortius resistat opus est ad ipsius ex/
pulsionē maiori cōcussione.he sunt ratiōes Auer.
¶ Preterea medici curāt rigorem a causa frigida
nō a calida. ergo videt ꝙ ille rigor sit intensior cū
indigeat cura. ¶ Preterea rigor a causa frigida si
cut quartane est longior q̄ rigor tertiane:vt om̄es
concedunt.Sed ꝟm plurimū vsq̄ ad mediū tem/
poris intendendo ꝑcedit:ergo magis dꝫ intendi
cū longiori tempore intendatur q̄ rigor tertiane.
¶ Preterea fortiores tusses fiunt a causa frigida
in pulmone inuiscata ꝑpter difficultatē sue ex/
pulsiōis ergo ⁊ similiter rigor a causa frigida erit
intensior propter difficultatem expulsionis mate
rie frigide.assumptum autem declarat experien/
tia:⁊ est de intentione.

In oppositum

et ꝙ rigor a causa calida sit intēsior argui
tur:qꝛ tres cause cōcurrūt ad intensionē rigoris se
tenentes ex parte materie. Prima est multitudo
materie.scḋa ipsius acuitas.tertia lesio impetuo
sa in membra sensibilia.sed hec tria sunt in causa
calida scꝫ materia colerica:⁊ nō in causa frigida.
nam in causa frigida deficit acuitas ⁊ delatio im
petuosa ꝑpter grossiciem materie:lꝫ in quātitate
supponi possit ꝑitas.Nam semper in compara/
tione supponitur oīm paritas preterq̄ eoruꝫ que
sequuntur ad comparata.Iste em̄ tres conditio/
nes requisite ex parte materie ad fortitudinem
Rationes gentilis. rigoris sunt de intentione Gal.in libro de tremo
re et rigore necnon.5.de accidēti et morbo. ¶ Pro
solutione huius dubij Gētilis ponit duas ratio/
nes.Prima ꝙ dupliciter dꝛ rigor magnus inten/
siue qn̄ fit fortis membrorum concussio et extensi
ue sine duratione.⁊ tunc dicit certum esse ꝙ rigor
a materia frigida sicut in flegmatica ⁊ quartana
est lōgior.sed rigor a materia colerica est intēsior.
Et cōsequenter dicit ꝙ intentio Gal.fuit ꝙ rigor
a materia calida esset intensior.Sed de intentiōe
Auic.et Auer.fuit ꝙ rigor a materia frigida esset
diuturnior.Et hoc modo vult ponere concordiaꝫ
inter illos qui volunt esse discordes. ¶ Scḋa solu
tio eiusdem est ꝙ duplex est causa rigoris que de
mente auctorum elicitur.Una est conclusio calo/
ris interius.⁊ hec fit magis a causa frigida.Alia
est vehemens membrorū mordicatio.⁊ hec fit ma
gis a causa calida.Prima est de intentione Aui.
et Auer.secūda Gal.Sed tamen nō ꝑpter hoc po
nit inter eos concordiam.qꝛ adhuc restat dubiuꝫ
qui rigor sit intensior an qui sequitur cōclusionem
caloris sicut ille qui magis pendet a causa frigi/
da.an qui sequitur membrorum mordicationem
sicut magis pendens a causa calida.

Ego itaque

credo nō esse ponendā cō/
cordiam inter eos qui a ꝑposito volunt esse discordes precipue inter Auer.
et Gal.qui quarto colliget dicit sentire cōtra me/
dicos.Uideamus itaq̄ cui⁹ partis rōnes sint po
tiores .qḋ maxime patebit ex solutione rationum
partium ipsarum. ¶ Ad rationes ergo Auicen.et
Auer.respondetur. ¶ Ad primam negetur maior
ꝙ quanto causa rigoris difficilius expellitur ma/
ior fiat ꝯcussio.sed bn̄ sequit ꝙ fiat maior vel diu
turnior .naꝫ motus debilis facit in multo tēpore
quod motus fortis facit in paruo.minor tamē cō
cussio fit a causa frigida.qꝛ minus stimulatur ex/
pulsiua ab ea. ¶ Ad rationes Auer. ¶ Ad primam
negetur ꝙ simile sit de causa intrinseca ⁊ extrinse/
ca.Ratio diuersitatis est.qꝛ causa extrinseca siue
calida siue frigida eque cito occurit cuti et mem/
bris sensitiuis corporis.sed causa intrinseca cali/
da citius occurrit membris sensibilibus cuꝫ velo
cius sua subtilitate feratur in membra sensibilia
q̄ causa frigida. ¶ Ad secundam rationem Auer.
dicitur ꝙ licet causa frigida magis concludat ca
lidum interius ⁊ ratione huius deberet fieri intē/
sior rigor : tamen causa calida est causa maioris
rigoris pungendo magis et stimulando membra
sensibilia q̄ causa frigida.negetur itaq̄ consequē
tia secūde rationis Auer. ¶ Ad aliā rationem rn̄/
tur concedendo ꝙ medici magis curāt rigorem a
causa frigida sicut quartanarum flegmaticaruꝫ
q̄ rigorem colericarum . hec enim faciunt quia
ille plus ledit longa duratione q̄ rigor colerica/
rum intensione. ¶ Ad aliam rationem concedi/
tur ꝙ rigor a causa frigida diutius intenditur:a
quo tamen nō sequitur ꝙ magis intēdatur. ¶ Ad
vltimam rationem pro hac parte respondetur ꝙ
longiores tusses fiunt ꝟm plurimum a causa frigi
da propter difficultatem expulsionis materie fri/
gide.Non tamen sequitur ꝙ fiat intensio tussis:
cum causa calida magis stimulet expulsiuam pul
monis.Esset tamen dubium a quo humore fieret
longior et intensior tussis :an a b humore colerico
subtili ibibito:aut ab humore flegmatico salso in
uiscato.vterq̄ enim multuꝫ imprimeret in pulmo
nem:⁊ vterq̄ difficulter resolueretur.ꝟm tamē opi Auerrhous.
nionem magis cōsentaneam Gale.esset tenendū
ꝙ longior et intensior tussis fieret ab humore ca/
lido. ¶ Contrarium esset tenendum ꝟm Auicen.⁊
Auer.Simile iudicium est de sternutatione. ¶ Ad
rationem autem Gale.respondetur tenendo Aui

cen.et

cen. et Auer. ꝙ ꝓpter tres causas rigoris sumptas ab humore scilicet multitudine: acuitate ⁊ velocitate motus est ponēda viscositas humoris que facit vt humor difficilius expellatur. ¶ Ego tamen credo sicut etiā sentit Gētilis Marsilius et Ugo ꝙ cōiter maiores ⁊ intēsiores fiunt rigores in flegmaticis ⁊ quartanis ꝙ̄ in colericis. Et hoc quia ſm plurimum pendent a pluri materia ꝙ̄ colerice. Ubi tamen supponeretur paritas ex parte quantitatis materie credo colericas intensiores facere rigores.

¶ Et sanguis submergitur cum rigore ad interiora.

¶ Hic dat causam frigoris accidentis in rigore. Et dicit ꝙ sanguis. ⁊ supplete spiritus cum rigore. i. dū fit rigor submergitur ad interiora: et recedit a partibus extremis: q2 extrema infrigidant̄. et hoc verum est ex quacunqꝫ causa rigor ꝓueniat Ex frigus illud lꝫ dicat̄ priuatiuū: q2 sequitur priuationem sanguinis et spiritus in parte exteriori est tamen positiuuꝫ sequēs causas positiuas que sunt tres aut aliquam earū. vna est frigiditas elemētorum. scđa frigide humiditates in membrorum poris inuente. tertia est frigiditas continentis. ¶ Notandum primo ꝙ in rigore cōiungitur infrigidatio: vt dicit Gal. in li. de rigore vbi dicit. Mihi ergo videtur et expedit ei qui vult vt eius sermoni fides adhibeatur in notificatiōe rigoris vt huius prorsus recordetur ꝙ rigor est apud infrigidationem caloris naturalis frigiditate subito ⁊ fortiter ledente. Idem pꝫ auctoritate Gal. superius posita in descriptione rigoris.

Sed contra. Aliquis rigor curatur sola infrigidatiōe. ergo cū illo nō cōiungitur frigiditas preter naturā. tꝫ cōsequentia. cum oīs cura fiat per cōtrarium antecedens tamē est de intentione Gal. quinto de accidenti. q2 diximus rigorem fieri a calore siue frigore si ex causa contingit calida. Et est de genere cuius sola infrigidatio sibi sufficit ad curationem.

Respondetur tenendo vt supra: q2 in q̇ditate rigoris includat̄ frigiditas. Et ad textum Gale. ꝙ rigor contingēs a causa calida est sine frigore: quod sit causa eius saltem principalis: lꝫ sequatur vt supra fugam interius. Et hic curatur per sola infrigidātia remouentia causam principalē eius per medicum applicita. frigus autē sequens fugam caloris interius remouetur a calore redeunte ad exteriora.

Galenus.

¶ Notandū secundo de intentiōe Gal. quinto de accidenti. ꝙ in rigore sanguis et spiritus mouent̄ ad exteriora a cordis virtute. Et probat per hoc: q2 sanguis et spiritus mouent̄ vno modo ſm exigentiam passionum cordis. Nam quādoqꝫ ad exteriora sicut in gaudio. quādoqꝫ interiora sicut in timore. Si aūt mouentur ex se nō concurrente virtute cordis semꝑ mouentur ad vnam differentiā. scꝫ interius aut exterius precipue tenendo: sicut tꝫ cōis opinio ꝙ sint inanimati.

Sed dubitatur circa partem presentē: q2 videtur ꝙ sanguis et spirit⁹ debent mitti ad cutim: ⁊ ad musculos extrinsecos cū illis inferatur nocumentum in rigore. sicut etiam natura mittit sanguinē et spirituꝫ ad mēbra dolorosa: sicut in percussiōib⁹ in quibus ꝓpter sanguinem ad illam membra delatum fit tumor et apostema. ¶ Respondetur dupliciter. primo ꝙ mittit ad mēbra sensibilia lesa. hec aūt non solum sunt membra sensibilia extrinseca sed etiam membra sensibilia intrinseca: de quib⁹ natura est magis sollicita. vnde plus de sanguine ⁊ spiritu ad illa transmittit̄. s. ad pāniculos: et ad musculos intrinsecos. quapropter sanguine ⁊ spiritu ad illa mēbra cōuerso extrema infrigidātur interioribus calefactis. ¶ Secūdo respondet̄ de intentione Gale. in lib. de tremore ⁊ rigore. ꝙ primo sanguis ⁊ spūs trahunt̄ ad cor tanꝙ̄ ducē et fontem caloris postea fortificati mittuntur a corde ad mēbra lesa: et ꝓprie a quib⁹ materia expellenda est: vt eorum vigoretur expulsio. ⁊ postea ad membra ad que fit materie expulsio scꝫ ad cutim et ad musculos vt materia cito resoluatur. Et videtur velle Gale. ꝙ reluctatio que est inter malum humorem ⁊ sanguinem qui ad ista loca mouetur sit causa agitationis ⁊ cōcussionis que sunt in rigore.

Galenus.

¶ Et scias ꝙ humor frigidus est quietus quē iam consueuit membrum in quo est et quiescit passio eius ab eo quare non sentit frigus eius. Cum ergo mouetur et spargit̄ sparsione plurima aut pauca ꝓpter aliquā earum: scꝫ ꝓpter caliditatem separatam. aut aliud patitur ab eo membrum qđ erat nō occurrens ei: et sentit frigus eius ꝓpter causam cōplexionis diuerse. et tu quidem iam sciuisti hoc in radicibus vniuersalibus scientie medicine.

¶ Hic ponit tertiam cām rigoris quantuꝫ ad frigus in eo perceptū dicens ꝙ humor frigidus q̇escens in aliqua parte nō sentit̄. tū q2 est cōsuetus illi parti. tū q2 nō mouetur. qui humor motus ad aliquod mēbruꝫ motu pauco aut plurimo ꝓpter aliquā cām mouentē ipsum ⁊ separantē eū a loco in quo est: sicut caliditas. s. intrinseca aut extrinseca sicut balnei. solis estiui et similium sentitur ab illo mēbro ad qđ mouet̄ ꝓpter malitiam cōplexionis diuerse quaꝫ inducit in mēbro illo cui nuꝑ occurrit et tu iam sciuisti hec in sermone vniuersali scīe medicinalis. scꝫ scđa primi in caplo. de causis doloris absolute. ⁊ 6°. naturalium. ca. de tactu

Tertia causa rigoris.

¶ Pro quo sciendū ꝙ cōplexio equalis est que est in mēbro cōsueta fixa ⁊ habituata et non dependens ab aliqua cā diuersa speciali dependētia sicut ethica. ⁊ hec ⁊ similes nō sentiūtur. Cōplexio aūt diuersa nō est mēbro cōsueta neqꝫ fixa: immo pendens ab aliqua causa speciali dependētia. q2 ex se nō ē apta ꝯseruari. ⁊ hoc sentitur. hūor itaqꝫ frigidus q̇et⁹ in aliquo mēbro in quo diu steterit nō sentitur. motus aūt ad aliquod mēbrum sensibile cui nō est cōsuetum sentitur ab illo ꝓpter malam cōplexionē diuersaꝫ quam imprimit in membruꝫ illud. ¶ Sed diceres sequit̄ ꝙ cū primo venit ad illud mēbruꝫ debebat ab eo sentiri cū nō esset adhuc sibi cōsuetus. Dicitur ꝙ ab illo mēbro forte nunꝙ̄ sensatus fuit. q2 forte illud membrū non sentit: aut est pauce sensibilitatis sicut os. scđo lꝫ illud membruꝫ esset sensibile forte ille humor fuit in eo paulatine cōgestus. aut forte ad illud paulatine defluxit: quod aūt paulatine fit non sentit̄ q2 nunꝙ̄ imprimit cōplexionem diuersam sufficientem ad sensum.

Cōplexio equalis.

¶ Et multotiens quideꝫ accidit a flegmate vitreo sparso in corpore rigor nō perducens ad febrem: et quandoqꝫ sunt ei perio-

di. et non est fortitudo eius fortitudo rigo
ris perducentis ad febrem.

Quarta causa rigoris.

¶ In parte ista ponit quartã cãm rigoris. secũdo
remouet duas diuersas dubitationes. scđa ibi.
(Et materia). De prima dicit quatuor. ¶ Primũ
ꝙ multotiens accidit a flegmate vitreo sparso in
corpe. s. ꝑ mẽbra sensibilia rigor. ¶ Scđm ꝙ nõ ꝑ
ducit ad fe. cuius causa est. qꝫ nõ putret. ¶ Tertiũ
ꝙ insunt ei ꝑiodi qui verisimiliter debẽt esse quot
tidiani ẜm proprietatem flegmatis. ¶ Quartum
ꝙ fortitudo huius rigoris nõ est fortitudo rigo/
ris perducentis ad febrẽ. i. ꝙ nõ fit tantus rigor
ab hoc flegmate nõ putrefacto quantus fieret si
putrefieret. eo ꝙ si putrefieret subtiliaretur ⁊ mo
ueretur velocius in mẽbra sensibilia. ⁊ hoc verum
est quando totum subtiliaretur: nõ tamen totum
putrefieret. qꝫ si totum putrefieret totum acqui/
reret caliditatem fixam et nõ noceret mẽbris sen/
sibilibus sua frigiditate. ¶ Aliter ꝙ fortitudo hu/
ius rigoris nõ est tanta quanta fortitudo multo/
rum rigorum aliarum febrium.

¶ Et materia que facit lassitudinem rigo
ris per paucitatem suam facit rigorem per
suam multitudiuem anteꝙ̃ putrefiat. nam
si nõ putrefiat non perducit ad febrem.

¶ In parte presenti remouet dubia. ¶ Primũ nũ/
quid eadem materia sit causa lassitudinis siue fra
ctiõis et rigoris. Et respondetur ꝙ sic. qꝫ materia
que facit lassitudinẽ paucitate sua facit rigorem
multitudie: eo ꝙ sua multitudie magis terreat et
cõmouet mẽbra sensibilia magis stimulans ad ex
pellendum. Nec solum est differẽtia ex parte qua
litatis: sed etiam ex parte motus. nam eadem ma
teria quiescens facit lassitudinem que mota facit
rigorem magis expulsiuam stimulando. et hec est
sententia Gale. quinto de accidẽti. Horripilatio
autem inter has duas dispositiones est media ex
parte magnitudinis cause.

Secundum dubium. nunquid incohã/
te rigore perducente ad fe
brem incipiat feb. Et respõdet ꝙ nõ semꝑ: qꝫ põt
incohoare rigor materia nõdũ putrefacta putrefa
ctione sufficiente ad feb. ⁊ sic post rigorem sequẽ
feb. ¶ Unde ẜm hoc nota ꝙ aliquando feb. ante/
cedit rigorẽ. aliquando sequitur ad rigorẽ. et ẜm
plurimum incohoat incohoante rigore. nam cũ mo/
uetur ad membra sensibilia putrefit: ⁊ sic ẜm plu/
rimum incipit febris incipiẽte rigore. De hoc tñ
fuit supius dubium spãle in. c. de putredi.

¶ Et quandoqꝫ accidit frigus et rigor ꝓ
pter submersionem caloris in corpore cau
sa cibi: et que sunt ei similia.

¶ Hic ponit quintã cãm. d. ꝙ quãdoqꝫ accidit fri/
gus et rigor ꝓpter submersionẽ caloris causa ci/
bi ⁊ similium rerũ primitiuarũ sicut timoris som
ni aeris. Huius aũt cã põt esse duplex. ¶ Prima.
qꝫ calor trahitur interius a natura ad stomachũ
ad vigorandũ eius digestionem. ¶ Scđa qꝫ cum
cibus sit cõtrarius cibato in principio: vt dicitur
scđo de aĩa. nam põt suis vaporibus quodãmo/
do calorem suffocare in interioribus: ꝓpte quod
cogitur virtus retrahere calorem ab exterioribus
ad interiora. Ex quibus infertur hoc esse malum
signum a quacunqꝫ causa proueniat significat enĩ
paucitatem caloris naturalis: licet aliquo modo
posset esse bonum per viam cause.

¶ Et rigor et frigus antecedunt febres

Galenus in li/bro de tremore et iectigatione Ad generatio/nẽ rigoris nõ sufficit vincere et domiari hu/morẽ frigidũ siue calidũ: sed oportet aliqđ aliud ꝓprium cõcurrere: pro/pter hoc nõ expedit illud cũ pigritia decla rare: verum suf ficienti et lato sermone ita vt amãtibus veri tatem pateat. id vero qđ con cedunt oẽs cõ/corditer est ꝙ ri gor est nocumẽ tum accidens in calore ꝑ na/turã inuẽto i oĩ bus aĩalibus.

quoniam humor crudus effunditur ad la
certos in primis: et nocet frigore suo ꝑ cõ/
parationem ad lacertos. deinde cum inci/
pit putrefieri incipit calefieri.

¶ Hic dat sextam cãm rigoris et frigoris añtium
febres putridas precipue interpolatas. Et dicit
ꝙ rigor ⁊ frigus antecedunt febres. qꝫ in illa ho/
ra effunditur materia ad lacertos que est cruda. i.
frigida: sicut flegma aut melancolia. et nocet fri/
gore suo ꝓpter cõparationem ad lacertos. q. d. lꝫ
illa materia esset actu calida tamẽ lacerti sunt ca/
lidiores. deinde cũ illa materia frigida incipit pu
trefieri incipit calefieri: qꝫ omne quod putrefit ꝑ
se calefit. et sic cessat rigor et frigus in lacertis
succedẽte febre.

¶ Et quandoqꝫ antecedit rigor febres ꝓ
pter mordicationem humoris et fortitudi
nem virtutis expulsiue que est in lacertis si
cut excutitur homo ex effusione aque cali/
de valde super cutem. et proprie cũ est sal/
sus. et fortasse fit nocumentum eius quod
mordicat eaꝫ vt refugiat calor innatus ad
interiora et dominetur frigus quare fit cũ
mordicatione caloris frigus quasi frigus
dominetur. et mordicatio quidẽ caloris est
apud panniculũ tegentem interius.

¶ Hic dat septimam causam. d. ꝙ quandoqꝫ ante
cedit febres rigor propter mordicationem humo
ris sicut colere flegmatis salsi ⁊ similium. Et scđo
ꝓpter fortitudinẽ virtutis expulsiue que est in la/
certis: sicut excutit homo ex effusione aque valde
calide super cutim et humor est causa huius pro/
prie cũ est salsus. ¶ Secũdo dicit ꝙ fortasse nocu
mentum eius qđ mordicat est causa vt fugiat ca/
lor innatus. i. sanguis et spũs ad interiora et do/
minetur frigus in exterioribus. quare cũ mordica
tione caloris fit frigus: quasi frigus dominetur. i.
quasi frigus superet mordicationem caloris. Ali/
ter quasi frigus dominetur. i. quasi fiat indicium
materiam illam effusam ad lacertos esse a predo
minio frigidam. ¶ Tertio dicit ꝙ mordicatio ca/
loris est apud panniculum tegenteꝫ interius. i. in
panniculo qui tegit interius.

Sed circa partem istã cadũt qua/
tuor dubia. Pri
mo. si humor calidus ꝓpter suam mordicationeꝫ
est causa frequentis rigoris sequeretur ꝙ quanto
humor est calidior deberet facere maiorem rigo/
rem: et cum continue caliditas acquiratur per pu
tredinem: et cõsequenter mordacitas sequeretur
ꝙ in statu paroxismi deberet eẽ maior rigor ꝙ̃ in
principio. ¶ Respondetur ꝙ ad mordicandũ mẽ/
bra sensibilia mordicatione faciente rigorem: nõ
solum sufficit acuitas humoris: sed etiam requiri
tur velox motus eius ad mẽbra sensibilia qui mo/
tus deficit ꝓpter collectionem humoris in mem/
bris sensibilibus. ¶ Ad hoc facit: qꝫ humor in mẽ
bro interim assuefit. vnde mala cõplexio per ipm
inducta que in principio erat diuersa fit equalis.

Secundum dubiuꝫ. qꝫ dixit ꝙ rigor fit
ab humore ꝓprie cum est
salsus. Nam videtur ꝙ acutus cum magis mordi
cet sui acuitate et subtilitate maiorem deberet fa
cere rigorem. ¶ Respondetur ꝙ dedit exemplum
de humore salso. qꝫ facit rigores longiores ꝙ̃ hu
mor acutus sicut colera. Aliter magis ad mentem

Auic. qꝫ

Auicen. dr ꝙ humor salsus maiorẽ facit rigorẽ in tensione ⁊ duratione ꝗ̄ humor acutus cum plus faciat ad intensionem adherentia salsi ꝗ̄ subtili tas acuti.

Sed pro declaratione scōi cadūt duo dubia. ¶ Primū vtrū digestiuum sit ſm plurimuʒ calidum. ad partem negatiuaʒ primi dubij arguitur. qꝛ frequenter digestio materie est ingrossatio vt patuit ex diffinitione digestionis. hoc aūt fit a frigido. ¶ Item aqua frigida vt patebit inferius digerit materias calidas subtiles. Item feb. ſm plurimū sunt colerice. scōo de crisi. caplo sexto. ergo materia febriū digerēda ſm plm est colera que cū sit calida naturaliter ⁊ per putrefactioneʒ frigido digerēda est. ¶ Preterea plures febres accidūt tempore calido q̄ frigido in quibus opʒ totū regimen rōne tpis ad frigidū declinare. ¶ Preterea plurime febres sunt pestilentiales in quibus pro digestiuis vtimur oxizachara sirupo de acetositate citri aqua frigida et similibus extinguentibus cor cōfortantibus et a maligna putredine preseruantibus. ¶ Preterea medici pro digestiuo in febribus vtuntur sirupo acetoso simplici. sirupo bisantino siru. acetoso cōposito. ⁊ aq̄ ordei endiuie que oīa ad frigidum declinant. et plures istis vtūtur in feb. ꝙ in oibus reliquis simul. In oppositū est hic Auicenna.

A

Triplex digestiuum.

Pro solutione premittit primo ꝙ digestiuū est triplex. qōdam est vis aīe et hec non est calida nec frigida: qōdam est calor naturalis quod est calidum ⁊ humidum siue per ipsum intelligamus spiritum siue complexionem naturalem. hec enim sunt instrumenta anime in quacunqʒ operatione. Quodam est virtus medicinarum siue medicine ipse q̄ gratia digestiōis adhibentur. et de hoc vltimo digestiuo est questio nostra. ¶ In hac parte dicit plusq̄ Comentator tertio tegni in cōmēto illius partis. Sed dicta quidem species alterationis. Et similiter sequentes eum quod digestio cause coniuncte scilicet humoris putridi que apud Ga. est alteratio faciens cessare putredinem manente substantia perficitur per frigida et sicca: tamen quia frigida ⁊ sicca opponuntur causis putrefacientibus que sunt caliditas ⁊ humiditas: cuius signum qꝛ auster facit et conseruat putredinem q̄ est calidus ⁊ humidus. Econtra boreas frigidus et siccus prohibet eam. ¶ Preterea omē quod putresit calefit et humectatur. quare frigidis ⁊ siccis auferenda et prohibenda est putrefactio. Huius viri et sequentium ipsum dicta sunt vera loquendo de digestione putridi vt putridum est: per quam debet ad benignum reduci. omne enim tale vt putridum est calidum et humidum respectu sue dispositiōis naturalis. quare cū cura fiat per contraria opus est per frigida et sicca hi lapsus corrigantur. et nō solum hoc verum est in humoribus putridis ad benignum reducendis: sed etiaʒ ꝓ ipsorum preseruatione a putredine huiusmodi frigida et sicca adhibenda sunt. ¶ Auicenna tn̄ et medici nō curantes de reduplicatiuis dicūt digestiua esse vt plurimū calida. Nam multotiens humor putrefit ꝓpter grossitiem ⁊ viscositatem: ⁊ ꝓpter opilationem ꝓhibentem ipsius euentationē. Et multotiens idē humor factus putridus ꝓpter easdem causas nōt pōt ad benignum reduci. quare multotiens opus est calefacientibus incidentibus subtiliantibus et aperientibꝰ. hec necessaria sunt in hūore putrido aut nō putrido ad expulsionem preparando. Raro eñ contingit ꝙ humores putrentes etiā leui putredine ad benignū reducātur. Cū ergo diligens cōputatio facta fuerit oim digestiuorum quibus medici vtuntur tā pro hūoribus ad benignum reducēdis siue putridi sint siue nō putridi q̄ in humoribus ad expulsionē preparandis inueniemus esse plura digestiua calida q̄ frigida. Nam digestiua frigidorū humoruʒ semper sunt calida: sed digestiua calidorum etiā ſm plurimū sunt calida cum ſm plurimū hūores calidi sint grossi aut viscosi aut opilationi coniūcti. raro eñ fiunt febres ex putredine colere naturalis. Sed plurime fiunt ex putredine colere citrine vitelline et colere minoris fame. Similiter sanguis putrens raro peccat subtilitate: sed plurimū grossitie. ⁊ horum putredines sunt ſm plurimum opilationibus ꝯiuncte. ¶ Preterea humores siue sint cōiuncta causa febrium siue antecedens ſm plurimum preparātur ad expulsionem ⁊ raro ad benignum reducuntur. cuius signum qꝛ ſm plurimum post digestiones fit ipsorū euacuatio ab arte vel a natura: sed humorum euacuatio impeditur ſm plurimum ꝓpter grossitieʒ ⁊ viscositatem faciētes ipsos figi ⁊ adherere: ⁊ impedientes trāsitum eorū per vias angustas sicut super extremitates venarum. ⁊ raro impediuntur ꝓpter subtilitatem qua in membrorū porositatibus imbibātur. quare ſm plurimū necessaria sunt calida subtiliantia incidentia et aperientia. Et similiter q̄ ad benignū reducendi sunt frequēter ꝓpter tales causas impediūtur: quare ⁊c. Nec obstat ꝙ inueniantur aliqua frigida aperitiua sicut aqua endiuie. ⁊ similia. Et aliqua frigida incisiua sicut acetum qō adiuuat ad subtiliationē. qꝛ ista sunt leuiter aperiētia ⁊ subtiliantia q̄ vt plurimū nō sufficiunt: sed opus est fortioribꝰ q̄ sunt calida. quare nō solū in causis añcedētibꝰ febriū putridarū digerendis: sed etiā in cōiunctis. aut saltē oibus cōputatis tā añtibꝰ q̄ cōiunctis siue ad benignū reducendis siue ad expulsionē ꝑparandis digestiua ſm plurimum sunt calida. Et hoc voluit Auicen.

b

Galenus.

Ad rationes autem in contrarium conceditur ꝙ aliquādo digestio est ingrossatio que fit a frigido. ⁊ ꝙ aqua frigida est digestiua humoris calidi subtilis: sed hi

humores

humores subtiles taliter digerendi raro reperiuntur in comparatione ad humores qui digerendi sunt per subtiliationem. Sed ad Gale. secũdo de crisi respondetur ꝙ quocunq; vnico humore capto ſm speciem plures accidunt febres a colera ꝙ̄ ab alio hũore. ⁊ non solum hoc est verũ sed etiã plures accidunt febres a colera ꝙ̄ a reliquis hũoribus simul vt manifestum est his qui diu versati sunt in practica. et hec fuit mens Gale. ex qua tamen nõ concluditur contra determinationem. q2 ille colere ſm plurimum sunt grosse. Unde febres ſm plurimum occurrentes sunt tertiane nõ pure quarum materia subtiliatione indiget ⁊ ſm plurimum sunt coniuncte opilationi quare ⁊c. ¶ Ad rationem aliam conceditur ꝙ plures febres accidũt tempore calido ꝙ̄ frigido: cum quo tamẽ stat ꝙ pendẽt ab humoribus grossis cum maxime accidant in autũno. ¶ Ad quintaʒ conceditur plurimas esse febres pestilentiales in quibus ab initio vtimur aqua frigida et digerentibus frigidis quantuncũq; ſm plurimum pendeant ab humoribus grossis. sed illud facimus coacte nõ regulariter. sed postea in processu procedimus cum subtiliantibus et aperientibus cura regulari. ¶ Ad vltimum conceditur ꝙ pluries sirupo vtimur acetoso simplici ⁊ composito et sirupo bisantino. q2 valent in materia calida et frigida et aperiũt opilationes. ¶ Sed nisi esset auctoritas Mesue dicerem sirupum bisantinum et acetosum compositũ ad calidum declinare. Sed quicquid sit digerunt maxime per calida ipsorum compositioneʒ ingredientia que sunt subtiliantia aperientia et prouocatiua. ¶ Ad rationem autem plusꝙ̄ Cõmentatoris que videtur vniuersaliter concludere ꝙ digestiuum cause coniuncte est vniuersaliter frigidum et siccum cum debeat opponi caliditati et humiditati eius quod putrefit. Respondetur ꝙ multotiens grossities et viscositas sunt causa putredinis. et mutotiens prohibita transpiratio: que remouende sunt per calida: et per frigida ⁊ sicca fouerentur et augerentur. vnde magis nocerent ꝙ̄ iuuarent corrumpendo caliditatem et humiditatem superfluam eius quod digeritur.

Secundum dubium

vtrũ euãantia sint ſm plurimum calida. Arguitur ꝙ non quia euãntia comprimẽdo sunt ſm plurimũ frigida sicut mirabolani citonia et similia. ⁊ euacuantia leniendo sunt frigida sicut viole. ⁊ aliquando sunt circa tẽperamentum sicut manna cassia. Et euacuantia labificando sunt frigida sicut pruna. ⁊ euacuantia eligendo quedam sunt frigida sicut rose mirabolani. Item euacuantia per vomitum sunt frigida sicut acetum et aqua ordei simul mixta. Similiter euacuantia per vrinam sicut semina cõmunia. Item euacuantia per sudoreʒ sicut aqua ordei cũ pauco vino. ¶ In oppositum est Auic.

Pro solutione

notandum ꝙ euacuãtia sunt sexcuplicia q̄dam euacuant per secessum quedam per vomitũ quedam per vrinam. quedam per sudorem. quedam aperiendo orificia venarum apertione sanguinem manare faciente. quedam euacuant membra particularia per ductus et vias sibi proprias sicut cerebrum per nares et colatorium. pulmonẽ per cãnam eiusmatricem per colluʒ eius. ¶ Euacuantia autem per secessum. quedam euacuãt cõprimendo idest constringendo intestina in parte superiori ita vt per constrictionem fiat expressio

Quot modis fit solutio.

obiecti expellendi ad inferiora. et ex hoc genere sunt mirabolani: licet etiam euacuent eligendo. Item citonia pira: ⁊ similia stiptica post alium cibum sumpta. ¶ Et quedam euacuant labificando sicut pruna idest applanando superficiem mẽbri: idest intestinorum per que fit expulsio: ita vt superficies ipsorum fiat plana nõ aspera et inequalis vt obiectum expellendum lubrificet per ipsaʒ ¶ Quedam euacuant leniendo idest humectando et mollificando obiectum expellendum sicut viole manna et cassia. Euacuare autem lubricando credo ꝙ sit idem quod euacuare labificãdo vt vocabuluʒ sonat aut si differt credo quod simul comprehendat euacuationem labificatiuam et lenitiuam sicut euacuatio facta per oleum et iura pinguia que simul obiectum mollificant et superficiem applanant. ¶ Quedam autem euacuant eligendo: idest determinatum humorem per suam proprietatem ad se attrahendo. ¶ Et hec sunt duplicia. quedam fortia dicta exoluentia: ⁊ hec vniuersaliter sunt calida. quedaʒ sunt debilia que dicuntur solutiua benedicta. ¶ Et horum quedam sunt calida sicut reubarbarum aloes: ⁊ similia. q̄dam sunt frigida sicut mirabolani viole rose. ⁊ similia. licet forte huiusmodi secũdum partem ſm quam eligunt sint calida. ¶ Ordinauit nanq; natura vt proprietati specifice attrahenti coniungeretur qualitas prima attractiua scʒ caliditas vt per eam iuuaretur. quapropter comprehẽdimus violis: et ꝓprie siccis amaritudinem quandam significanteʒ caliditatem qua sua proprietas specifica iuuatur in attrahendo hoc. ¶ Quedam euacuantia per secessum euacuant dissoluendo sicut piper. quedam abstergendo vt mel: quedam pungendo et stimulando sicut acetum et similia acuta. quapropter. 16ª. tertij. inuenies quedã antidota solutiua in quibus nullum est solutiuum scdm aliquem quatuor modorum suprascriptorum. Multa tamẽ reperiũtur solutiua que multis modis ex suprascriptis possunt euacuare sicut mirabolani qui euacuant comprimeendo et eligendo: sicut pruna et tamarindi qui euacuãt labificando et eligendo. et mãna et cassia leniendo et eligendo. Succus autem granati acris et granati dulcis expressus cum cortice interiori quãtitatis quatuor. ʒ. cuʒ duabus. ʒ. zuccari euacuant abstergendo per zucca. leniendo per succum granati dulcis. incidendo pungendo stimulando per succũ granati acris et cõprimendo ꝑ stipticitatẽ suã

Sed respondendo

ad quesitum dico ꝙ solutiua exoluentia sunt vniuersaliter calida. Soluentia benedicta quedam calida: quedam frigida. Soluenda cõprimendo sunt ſm plurimũ frigida Solutiua leniendo sunt humida. quandoq; frigida. quandoq; calida. quandoq; temperata. Solutiua labificando. quandoq; frigida. quandoq; calida. Euacuantia autem dissoluendo abstergendo pungẽdo et stimulando sunt ſm plurimũ calida. Euacuantia autem per vomitũ leuia quedam sunt frigida sicut semẽ atriplicis et aqua tepida cum pauco aceti. quedam sunt calida sicut flos genestre agaricus. Fortia autem vomitiua sunt vniuersaliter calida sicut succus raphani granũ regum siue catapucia. Elleborus autem est vlimus et hec vomitiua quandoq; prouocant per qualitates manifestas vt puta pungendo stimulando et in stomacho leuigando. Quedam per proprietates occultas eligendo proprios humo-

De solutiõib⁹ et spẽbus solutiuorum notatu dignum.

res sm naturam vomitiui. euacuantia autez per vrinā q̄dā euacuāt per ꝓprietates hūores eligendo sicut assarū eligens coleram ⁊ flegma. Quedā a proprietate petunt vias vrine licet non eligant humores determinatos sicut cantarides. quare tanta est vis vt etiam exterius applicitis prouocent vrinam et quandoqꝫ excoriant vias vrine et proprie vesicam ita vt ex ea sanguis emanet. et he omnes sunt calide. Quedam euacuant per qualitates manifestas. et hec sunt duplicia. quedam ꝓuocant vrinam sua aquositate lauāte sicut aqua cucurbite melonis ⁊ angurie et hec sunt frigida. Quedam sunt diuretica idest prouocantia vrinaz dissoluendo humiditates in humiditatem aquosam sicut apium radices sparagi et similia. et hec sunt calida. Sed dubium est de seminibus communibus frigidis quomodo prouocant vrinam. Aliqui credunt hoc esse ex humiditate aquosa in ipsis derelicta. Aliqui credunt hoc esse propter caliditatem aliquam in ipsis existentem. Aliqui dicunt hoc esse a proprietate et forte omnia hec simul concurrunt. hec autem frigida sunt. Euacuātia autem per sudorē quedaz sunt leuia sicut aqua ordei cum pauco vini subtilis. et hec sunt frigida. Quedam sunt prouocantia sudorem dissoluendo humiditates in vaporem grossum. et hec sunt calida et calidiora q̄ prouocantia vrinam preter cantarides. opus enim est maiori caliditate ad dissoluendum humiditatem in vaporem grossum q̄ ad subtiliādum humiditates grossas in aquositatem. Et medicamen de assa est de fortiter prouocantibus sudorem. Euacuantia autem aperiē do extremitates venarum apertione sanguinem manare faciente. quedam faciunt hoc a proprietate sicut aloes necnō multe ex medicinis exoluētibus. quedam faciunt illud per qualitates manifestas sicut omnia aperitiua. ⁊ manifestum est hec omnia esse notabiliter calida. Euacuantia autez membra particularia sicut cerebrum pulmonem et matricem omnia hec sm plurimum sunt calida ¶ Ex quibus tandem concluditur responsio ad quesitum per has conclusiones. Prima conclusio. Euacuantia autem de entibus mundi per quancunqꝫ viam ex iam dictis plura sunt calida q̄ frigida. hec cōclusio patet ex suprascriptis. ¶ Secūda cōclusio. euacuantia quibus vtimur pro curatione febrium putridarum sunt sm plurimum calida. probatur. nam electiue euacuantia materias proprias febris per secessum quibus vtimur sunt sm plurimum calida. euacuantia autem materias communes aliquando sunt calida. Similiter euacuantia per alias vias quibus vtimur sm plurimum sunt calida: vt patet discurrendo per singula. Et ex his facilis est responsio ad ratiōes adductas ante oppositum.

Conclusiones de natura solutiuorum valde notande.

¶ Et tunc oportet vt obseruet̄ magis timorosa de vna duarum.

¶ In hac parte Auicen. ostendit in generali que harum duarum intentionum cum adinuicem contrariantur sit obseruanda dicens: q̄ oportet vt obseruetur magis timorosa de vna duarum reruz id est duarum intentionum adinuicem contrariarum. Illa autem dicitur magis timorosa que si omitatur maius imminet periculum. ergo si intētio ad febrem sit magis timorosa obseruabimus illam et procedemus cum infrigidantibus et extinguētibus non neglecto tamen humore. Si vero intentio ad humorem sit magis timorosa digeremus ⁊ euacuabimus nō negligendo febrem. Et hanc sententiam vult Auicenna quarta primi vltimo capitulo.

¶ Et fortasse contrariū est illud quod conuenit febri de infrigidatione cum eis que sunt sicut melones indi: et reliqua olera: ei quod conuenit materiei de minoratione.

¶ In parte presenti Auicen declarat ꝙ aliquādo illud quod conuenit ratione febris nocet ratione humoris. secūdo infert tria correlaria. secūda ibi (Quare.) ¶ De prima parte dicit. ꝙ fortasse. idest aliquando illud quod conuenit febri de infrigidatione cum eis que sunt sicut melones indi et reliqua olera: contrariantur illi quod requirit humor de digestione euacuatione et resolutione.

¶ Quare ꝓhibet illud dare ea in potu nisi vbi nō est materia. et omnino solicitudo sit vt postponatur aqua fructuū vsqꝫ ad hebdomadam. ⁊ sit contentus aqua ordei. Et omnes fructus nocent febricitantibus cuz ebulitiōe sua ⁊ corruptiōe sua ī stomacho.

¶ In presenti parte infert tria correlaria. ¶ Primum ꝙ illud: scilicet conferre febri et nocere humori prohibet ea scilicet melones indos et reliqua olerea et aquam eorum dari in potu nisi vbi non est materia idest nisi in febribus immaterialibus sicut est ethica et effimera. ¶ Secundum correlariū ꝙ omnino solicitudo sit idest medicus sit sollicitus ꝙ hec aqua fructuum scilicet melonis indi ⁊ reliquorum similium sicut cucumeris citruli et similium fructuum facile putrescibiliū postponant̄ vsqꝫ ad hebdomadam in febribus putridis et interim sit contentus aqua ordei. ¶ Tertiū correlarium. omnes fructus nocent febricitanti scilicet febre putrida cum ebulitione sua et corruptione sua in stomacho. ¶ Nota primo. ꝙ melo indus melo magnus viridis: cucumer sarracenicus. dualba anguria idem significant. Et apud Serapionem auctoritate Rasis. est fortis humectationis et extinctionis. et conuenit in febribus adurentibus ⁊ est frigidior alijs speciebus melonum. Cucumer vero aliter dictum chiar est dure digestionis generans chimum malum paratum corruptioni siue corrumpi et fieri materiam febrium putridarum. quanuis melo sit citius corruptibilis et frigidus et humidus in secūdo. et hoc est illud quod vocatur cucumer in Lombardia et in marchia triuisana et mollificat ventrem ⁊ prouocat vrinam. Citrullus autem aliter dictus gache est frigidior cucumere et generat chimum viscosum et humores crudos in venis et accidūt ex vsu eius febres antique male. nec prouocat vrinā sicut melo: ⁊ nocet stomacho. aqua cucumeris et citrulli confert inflammationi febrium ⁊ sedat sitim et laxat ventrem laxatione bona et sine nocumento aliquo: ⁊ debet buliri cum zuccaro albo. dosis cuiuscunqꝫ eorum est ab. ℥. iiij. vsqꝫ ad. vj. non oportet tamen vt detur habenti naturam duram ad mouendum quia non laxaret. ¶ Credo ꝙ citrullus minor sit cucumere. Melo aliter dictus batbeca apud Serapionem cuius substantia dum est maturus est subtilis et non perfecte maturi substātia est grossa infrigidat ⁊ humectat in secundo gradu. et secunda virtus abstergit et incidit. sed tertia prouocat vrinā. ¶ Credo ꝙ apd Aui. batbeca sit termin⁹ cōis ad pluresspēs melonū. dicit eīm ꝙ melo est melioris hūoris q̄ reliqne batbece

Tria correlaria.

Quid melo indus.

De cucumere.

De citrullo.

Serapio.

Batbeca.

batbece. Concordat tn̄ cum Serapione in virtu/
tibus eius. Pepo aūt est melo. sed dr̄ pepo quasi
pepasim passus. Et Symon Januēsis nō discre
pat ab Auicenna. nec Serapione. dicit enim sic.
Dulla arabice melo magnus viridis. batbeca
arabice melo magn⁹ viridis q̇ anguria a q̇busdā
vocatur vel alius melo qui aprecuneti vocatur sic
locutus est enim sub disiunctione. ¶ Ego tamen
credo ꝙ pepo siue melo bene conditionatus parū
transcendat primum gradum propter bonitatez
sue dulcedis. Et qr Aui. in cap°. de q̄rtana cōpa/
rās ipm lactuce inuit ipm esse min⁹ frigidū lactu
ca. cum tamen lactuca secūdo canone sit frigida
in secūdo. Est tamen multum prouocans vrinam
cum; nō concedat ipsum in quartana ꝓpter vehe
mentiam prouocationis ꝑ ducendis ad ingrossa
tionem sanguinis. ¶ Cucurbita autem frigida et
humida in secūdo pauci et boni nutrimenti ⁊ ve/
locis digestionis si nō corrumpitur in stomacho
et cōfert febribus colericis. ¶ Melongena apud
Auicen. scd̄o canone capitulo ꝓprio. est calida et
sicca in secūdo: licet apud quosdam sit frigida ge
nerat humores melācolicos preparātes ad egri/
tudines melancolicas. recens tamē est minus ma
la antiqua. Cum ergo hic dicat Auic. melonem in
dum ⁊ reliqua olera cōuenire ratione febris intel
ligit de oībus preterꝙ̄ de melōgena. Nocent aūt
ratione humoris cum neruos infrigident et hu/
mectent ⁊ ꝓhibeant resolutionem et generent chi
mos malos putrescibiles. Cucurbita tamē est mi
nus mala ceteris: immo optime confert in febri/
bus colericis. ⁊ ꝓprie si debite coquat̄ ⁊ ꝑparet̄.
¶ Notandum scd̄o. ꝙ hoc vocabulum holus est
latius apud arabes ꝙ̄ apud nos. Naz apud nos
solum herbas significat sed apud Arabes signifi
cat herbas ⁊ etiam fructus; qui nō nascūtur ex plā
ta lignea sicut illi de quibus sermo precessit.

Dubitatur vtrum aqua fructuuz debeat
postponi vsqꝫ ad hebdoma/
dam. Pro solutione huius notandum aquam fru
ctuum et cuiuscūqꝫ alteri⁹ rei tria apud medicos
significare. Quandoqꝫ eīm significat succū. quan/
doqꝫ aquam decoctionis. quandoqꝫ aquam distil
lationis. Et de his tribus modis est sermo in tex
tu presenti. ¶ Notandum secundo tres apud me/
dicos reperiri aquas fructuum differentes s̄m di
uersitates eorum ex quibus fiunt. Prima est aqua
decoctionis quorundam fructuum solutiuorum si
cut prunorum tamarindorum iuiubarum sebesten
cum quibus ad bulliendum aliquando adduntur
viole. ⁊ cum horum decoctione aliquando cassia
vel manna distemperatur. Et hec aqua fructuum
multotiens datur in principio febriū ante hebdo
madam ad infrigidandum lenidendum ventrem.
et quandoqꝫ ad minorandum materias proprias
et sunt eius varie descriptiones apud auctores
s̄m diuersarum febrium exigentiam. Et Mesue
ponit distinctione septima descriptionem aque
fructuum et multas alias decoctiones ⁊ infusio/
nes. et de hac aqua fructuū nō intelligit hic Aui.
¶ Secūda aqua fructuum est succus quorundam
fructuum acetosorum sicut granatorum limonuz
citrullorum acetositas citri. ⁊ hec multotiens da/
tur in principio febrium ante hebdomadam ad
extinctionem caliditatis et ꝓhibendam mali/
gnam putredinem aut ipsius additionem ⁊ cor/
dis confortationem s̄m ꝙ multotiens est necessa
rium in pestilētialibus. ⁊ de hac nō est hic sermo.
¶ Tertia aqua fructuum est aqua decoctiōis aut
expressionis aut distilationis fructuum superius
memoratorum sicut angurie melonis cucumeris
citrulli cucurbite. His adde aquam pomorum pi
rorum persicorum: et similium facile putrescibi/
lium que aqua non est lenitiua sicut prima licet
sit prouocatiua. nec prohibet putredinem. sicut se
cunda: immo potius est parata ad inducendum
aut augendum putredinem de hac est sermo in
textu. Et prohibetur ante septimum quousqꝫ ma
teria sit manifeste digesta ⁊ multum minorata. tūc
enim minora potest facere nocumenta.

Sed contra quia Haliabasiꝰ principio
tertiane concedit aquam
angurie. Idem facit Auerroys septimo colliget. Halyabas.
¶ Amplius Auicenna in regimine acutorum. dat
aquam cucurbite cucumeris et melonis gratia
extinctionis caloris putredinalis sed necessitas
extinctionis potest esse ante digestionem. ¶ Am/
plius Auicen. multotiens laudat melonem cucu/
merē et cucubitam in tertiana nō determinando
tempus digestionis. ¶ Amplius Auicen. in cura
sincopalis minute dat panem in aqua fructuum
et videtur ꝙ intelligat de aqua melonum: ⁊ simi/
lium: necnon pirorum et pomorum: quod appa/
ret. nō enim intelligit ꝙ panis detur cum aqua in
qua sit cassia ⁊ huiusmodi solutiua: nec cum aqua
granatorum aranceorum. ⁊ similium. quia statim
de his dixerat in isto capitulo. ¶ Amplius cassius De aqua an/
felix in causone vtitur succo cucurbite. ¶ Preter gurie.
ea si aqua huiusmodi disponit ad putredinem
non debet concedi ante hebdomadam nec post
hebdomadam.

Pro solutione horum sciendū ꝙ aq̄
angurie cucumeris et
similium facile putrescibiliuz ex parte iuuat in fe
bribus putridis extinguendo caliditatem febri/
lem propterea dixit ꝙ melones indi et reliqua
olera conueniunt febri infrigidando et similiter
eorum aqua. Ex parte autem nocet. quia aqua
huiusmodi et similiter fructus ipsi ex quibus fit
sunt parati corruptioni propter humidum aqueū
aptum ebulitioni ⁊ putrefactioni. et quia a pro/
prietate quasi generant materias malignas vt in
telligitur a doctoribus arabib⁹ omnib⁹. vnde hec
aqua est apta multum nocere ratione humoris.
Uerum si detur post hebdomadam idest apparen
tibus signis manifeste digestionis et materia mi
norata est apta minus nocere cum virtus magis
dominetur materiei nec sinit in eam malignam pro
cedere putredinem. verum s̄m diuersitatez febriū
putridarum est apta magis aut minus nocere et
iuuare. In flegmaticis quidem nullo modo con/
uenit. quia ratione febris non est proportionatū
infrigidans: immo nimium excedens et ratione
humoris. vt manifestum est apta maxime nocere
nisi forte esset causon a flegmate salso. ¶ In me/
lancolicis autem similiter ratiōe febris est nimis
excessiuum infrigidans. et ratione humoris non
conuenit quia nimis ingrossat et facit ineptum
euacuationi. et forte superflue prouocando nocet
vt voluit Auicenna in capitulo de quartana lo/
quens de melone dulci qui minus ceteris fru/
ctibus de quibus supra infrigidat. ¶ Uerum in
quartana continua pendente a melancolia geni
ta per adustionem colere fortasse posset concedi
aut saltē minus noceret ꝙ̄ in reliquis quartanis.
¶ Sz in sanguinea esset ꝓportionatū infrigidās
sed forte noceret sup̄flue hūectādo: sz rōne hūoris
s. sanguis putrētis est apta multū obesse ⁊ paruz

Auerroys.

prodesse:ꝫ in febribus colericis ⁊ proprie pendẽ
tibus a materia subtili est apta multũ ꝓdesse.tuꝫ
ratione febris tum ratione humoris. Propterea
in his auctores quidam sicut Aliabas Auerroys.
Aui.in caplo de tertiana.cõcesserunt eam a prin/
cipio estimantes ipsam plus iuuare q̃ nocere.sed
in colericis pendentibus a colera grossa est meliꝰ
expectare digestionem et aliqualem minorationẽ
In colericis itaq; a colera subtili ab initio cõces/
sa posset magis iuuare q̃ nocere. Sed ĩ colericis
a colera grossa ab initio magis noceret q̃ iuua/
ret.Sed post hebdomadam ad intellectum datuꝫ
est apta magis iuuare q̃ nocere. In reliquis autẽ
putridis est ante hebdomadam et post apta mul
tum nocere et parum ꝓdesse.minus tamẽ noceret
in causone a flegmate salso.⁊ in quartana conti/
nua a melancolia genita per adustionem colere.
sed in pestilentialibꝰ est multomagis apta obesse
q̃ ꝓdesse cuꝫ in eis semꝑ oporteat tueri cor ⁊ de/
fendere a maligna putredine. quod magis facit
aqua fructuum acetosorum. In effimeris autem
est apta conferre. In ethicis infrigidando ⁊ hu/
mectando confert.verum superflue ꝓuocando no
ceret.Uerum aqua ordei est conuenĩetior q̃ aqua
huiusmodi.cõuenit enim ratione humoris et ra/
tione febris.Propterea dixit Auicẽ.Sis contentꝰ
aqua ordei et postponatur aqua fructuum.¶Ue/
rum in febribus ardentibus fortasse nõ esset in ea
sufficiẽs infrigidatio ⁊ humectatio sicut in aqua
angurie et cucurbite.¶Sed hic cõsiderandũ quã/
do cogit te necessitas ad vsuꝫ hmõi aque.fructuũ
medicus debet eius malitiam corrigere cũ deco/
ctione que fiet hoc modo. Inuoluimus anguriaꝫ
aut cucurbitam in pasta ⁊ponimus in furno.⁊ qñ
pasta exterius apposita erit decocta confidimus
ꝙ aqua intrinseca angurie aut cucurbite erit de/
cocta ⁊ tunc remota pasta perforamus cucurbitã
aut anguriã ac si esset veges et extrahimus aquã
quam volumus:et postea claudimus cuꝫ spina et
haurimus de ea ꝫm opportunitatem. verum non
est ita gustui delectabilis saltem aqua angurie si/
cut succus eius ore expressus. Et ex his ptꝫ respõ/
sio ad rationes ꝓbantes aquam hmõi compete/
tere in ꝑncipio.⁊ ad vltimam rationem probantẽ
ipsam conuenire post hebdomadam.

An omnes fru/ ctꝰ noceãt sua ebulitione.

Dubitatur pro declaratione tertij corre
larij.vtrũ omnes fructus no/
ceant cum ebulitione sua et corruptiõe sua in sto
macho.¶Arguitur ꝙ nõ.primo q꞉ granata aceto
sa:et pruna damascena:acetositas citri ⁊ limõis
recentis ⁊ arãcei ꝓhibent ebulitionẽ ⁊ corruptio
nem in stomacho et reprimunt coleram:quod non
facerent si ebulirent ⁊ corrumperentur in stoma/
cho.ergo nõ nocent febricitanti.tenet cõsequen/
tia.⁊ assumptum est Aui.et reliquorum auctorum
in capitulis ꝓprijs.¶Et cõfirmatur.q꞉ ab omni
bus auctoribus ⁊ ex cõmuni vsu practicantiũ con
ceduntur in febribus pestilentialibꝰ ad extinctio
nem caloris febris ⁊ prohibitionem maligne pu
tredinis.¶Amplius in capitulo de cura tertiane
vult Aui.ꝙ quando est necessaria subtiliatio regi
minis detur in potu aqua granatorũ et aqua me
lonis indi.constat autem ꝙ subtiliatio est necessa
ria in statu quando est maxima ebulitio.ergo vi/
detur ꝙ isti fructꝰ nõ sint apti ebulire. ¶Amplius
dicit Auic.ꝙ melo indus est vehementis iuuamẽ/
ti in tertiana et ꝙ fortasse nõ nocet nisi parum.⁊ si
militer de succo limonis nõ saliti ⁊ de succo ace/
tositatis citri.¶Preterea in febribus multe inflã
mationis sicut est causon tertiana ab omnibꝰ au/
ctoribus hi fructus cõceduntur.Et dicunt de me
lone indo ꝙ ẽ maximi iuuamẽti.Naꝫ cũ hoc ꝙ sol
uit ⁊ ꝓuocat et frangit vehementiam caloris ⁊ fa
cit sudare fortasse nõ nocet nisi parum. ¶Preter/
ea medici moderni ꝯcedũt febricitãtibꝰ poma ⁊
pira cocta.et aliquando concedũt amigdalas pi
neas ⁊ pistica.

Pro solutione huius dubij premittẽ
dum ꝙ aliqui fructus
sunt opiri.i.multuꝫ hũidi siue succi:sicut vue ficus
pepones angurie cucurbite poma pira cerasa ꝑ/
sica:⁊ similia.Quidam sunt pauci succi sicut auel
lane castanee pinee nuces amigdale fistica:⁊ simi
les.Sed de primis fructibus multi succi prĩo du
biũ expediemus.deinde de fructibus pauci succi.

Propositiões notande.

Pro declaratione primi premittã/
tur quedam ꝓpo
sitiones.¶Prima omnes fructus multi succi ha/
bent aliquam partem sui humidi aptam ebulire
⁊ in stomacho corrumpi.¶Secũda ꝓpositio.Nõ
omnes fructus multi succi equaliter participant
de hoc humido apto ebulitioni ⁊ corruptioni:im
mo quidam multum de ipso participãt sicut vue
ficus ⁊ alia suprascripta.Quidam parũ sicut gra
nata ⁊ ꝓprie muza:et acetosa acetositas citri arã
cei limonis pruna damascena:⁊ similes.¶Tertia
ꝓpositio.multum participantes de humido pu/
trescibili quidã sunt debilis complexionis quorũ
aquositas per primam digestionem separatur a
parte in sanguinem cõuertendã sicut ficus ⁊ vue.
hinc est ꝙ tales lubricant ventrem. Quidam sunt
fortis complexionis quorum humiditas nõ sepa
ratur a sanguine nec a parte in sanguinem cõuer/
tenda.nec per primam digestionem nec per secũ/
dam sicut pira poma persica et similia.⁊ isti cum
comeduntur nec; leniunt ventrem nec; prouocãt
vrinam.⁊ istorum humiditas remanet in sangui/
ne qui sanguis facile putret.quia calor naturalis
nõ potest sufficienter suum humidum regulare.
¶Quidam autem sunt complexionis medie ⁊ ho
rum humiditas non separatur a parte in sangui/
nem conuertẽda per primã digestionem propter
ea nõ lubricat ventrem :sed bene separatur per
digestionem secundam propterea prouocant vri
nam sicut.pepones angurie:et similes.Comple/
xio autem ista fortis debilis et media ita etiã po
test reperiri in parum participantibus de hoc hu
mido putrescibili sicut in multum participanti/
bus de eo.¶Quarta propositio.in multis fructi/
bus preter partem ebulitioni et corruptioni pa/
ratam inuenitur pars infrigidatiua que in stoma
cho prohibet ebulitionem malam et corruptio/
nem.et que ad venas tracta infrigidat sangui/
nem in venis et reprimit calorem. Et istorum
quidam habent talem partem multum resisten/
tem putrefactioni sicut granata et alia aceto/
sa de quibus supra sicut acetositas citri limonis
arancei prunorum damascenorum:et similium.
Quidam habent talem partem non multum resi/
stenteꝫ sicut poma pira cerasa:⁊ similia.¶Ex quo
infertur ꝙ in multis fructibus reperitur virtus re
primens ebulitionem dominans supra virtutem
ebulire facienteꝫ.⁊ prohibitio maior putredinis
q̃ aptitudo ad putrefactionẽ.⁊ in aliquibꝰ ecõtra

Conclusiones in materia fructuuꝫ valde notande.

His ita premissis respondeamus
ad quesitũ per
infrascriptas conclusiones.¶Prima.omnes fru/
ctus et ꝓprie opiri nocent febricitantibus febri/
bus putridis

bus putridis cū ebulitione sua et corruptione sua
in stomacho: et quādoq; in alijs membris. Ista cō
clusio patet ex prima propositione: ⁊ hec est respō
sio ad dubium. ¶ Secunda conclusio. fructus ma
gis participātes humido ebulitioni et corruptio
ni parato magis vitandi sunt in febribus putri/
dis: et econtra qui minus participant liberius cō
cedi possunt. horum autem exempla patent ex su/
prascriptis. ¶ Tertia conclusio. fructus debilis et
medie complexionis liberius concedi possunt quā
fructus fortis cōplexionis ceteris paribus. Pro/
batur. nam in primis humiditas putrescibilis se/
paratur a sanguine, ⁊ a parte in sanguinem cōuer
tenda per primam aut secundam digestionem: in
alijs autem minime. Quapropter ex ipsis genera
tur sanguis maxime putrescibilis. ¶ Preterea in
his est apta fieri ebulitio et corruptio in prima se
cunda et tertia digestione magis quā in alijs. ho/
rum exempla superius posita sunt. ¶ Quarta con/
clusio. fructus in quibus reperitur humidū multū
resistens ebulitioni et corruptioni: cum hoc tamē
est de humido ebulitioni et corruptioni parato: li
berius ceteris in febribus putridis concedi pos/
sunt sicut granata acetositas citri limonis ⁊ simi/
les. Et econtra opposito modo se habentes ma/
gis prohibendi sunt in febribus putridis sicut po
ma pira persica: et similia. In primis enim domi/
natur virtus resistens ebulitioni et corruptioni su
pra virtutem parantem ebulitionem et corruptio
nem: in alijs autem econtra. ¶ Quinta conclusio.
hi fructus multū ebulitioni et corruptioni parati
multum per decoctionem corriguntur sicut poma
pira et psica. Unde in febribus putridis magis cō
cedi possunt quā ipsa cruda propterea persica co/
cta conceduntur aliquando in quartanis ⁊ poma
cocta in colericis. ¶ Similiter dicitur de succis ad
solem vel per decoctionē inspissatis. eorum enim
humidum putrescibile euaporat. Et similiter de
vuis ⁊ ficubus soli solatis: aut in furno coctis. Ue
rum ista poma et pira cocta similiter vue subsola/
te: et similia conceduntur multotiēs gratia restau/
rationis appetitus magis quā gratia febris. Et
huiusmodi poma pira et citonia cum concedun/
tur ratione appetitus et vt minus sint putrescibi/
lia debent assari. Si vero queris eorum maiorem
infrigidationem et humectationē in febribus po
tius elixentur. De pomis tamen dicit Auerroys
quinto colliget autoritate Auēzoar ꝙ sunt pessi/
ma generantia ventositates in digestione tertia
que difficulter dissoluūtur. Et Rabi Moyses se/
cunda particula afforismorū autoritate filij zoar
Maluz sui odore corroborat cor et cerebrū: ⁊ eius
odor est vtilis ptisicis et melancolicis: sed cibatio
eius est peior omni cibatione fructuū: quia sui pro
prietate generat ventositatem in neruo et lacerto
que non nisi cum difficultate dissoluitur: propter/
ea non ex leui causa in putridis concedenda sunt
neq; cruda neq; cocta et non concedantur in mul/
ta quantitate. Pira tamen ⁊ citonia vbi cum febre
coniungeretur fluxus ventris conceduntur ratio/
ne fluxus non ratione febris. Similiter ad sisten/
dum vomitum Et hec sufficiant de fructibus opi
ris de quibus maxime in parte presenti intellexit
Aui. ¶ Sz de fructibus pauci succi nūc agendum
est sicut sunt castanee auellane amigdale pinee
nuces phistica. hi quidem fructus in comparatio
ne ad opiros habent parum de humido ebulitio/
ni et corruptioni parato. Nocent tamen commu/
niter in febribus putridis. ¶ Castanea nocet quia

De succis ad solē ispissatis.

Auerroys.

Auenzoar.

Rabi moyses.

stiptica opilatiua difficilis digestionis. ¶ Auella
ne calide sunt nullo modo comedēde in febribus
acutis. Sed aliqualiter rorefacte cōmuniter ab ip
sis medicis conceduntur in confortatione epatis
frigidi. ¶ Sed amigdale sunt temperate in acti/
uis declinantes ad humidū difficilioris digestio/
nis quā nuces. Quapropter si volumus eas con/
cedere mundande sunt cum aqua calida a cortice
exteriori. Et terende sunt forti contritione ⁊ in fer
culis ponende. sunt enim gustui delectabiles.
¶ Pinee declinantes ad calidum et humidum sa
tis nutriunt et pulmonem mundificant a sanie: sz
ante exhibitionem preparande sunt quater ipsas
lauando cum aqua calida et quater ipsas exic/
cando: et hoc modo preparate conueniunt ptisi/
cis et febricitantibus in quibus est necessarium
mundificare pulmonem. ¶ Phistica calida in fine
secundi declinantia ad humidum multum valent
in confortatione epatis et stomachi frigidi: ⁊ ape
riunt opilationes. conceduntur ergo in febribus
flegmaticis et melancolicis et proprie iam dige/
sta et minorata materia quando esset opus cōfor
tatione stomachi et epatis. ¶ In nuce nullum in/
uenio iuuamentum in febribus, est enim notabi/
liter calida scdm aliquos in pricipio tertij. est ma
la stomacho difficilis digestionis mali chimi cō/
uertibilis ad coleram.

Ad rationes in oppositum. ¶ Ad pri/
mam dico ꝙ granata ace
tositas citri: et similia: licet habeāt aliquid humi/
di ebulibilis: et corruptioni parati: conceduntur
tamen in febribus acutis cum magis iuuent per
partem frigidam resistentez putredini quā noceāt
per paucum humidum putrescibile. ¶ Ex quo in/
fertur ꝙ si succi huiusmodi fructuum essent depu/
rati aut inspissati ad solem aut per decoctionem
essent prestantiores et securius administrarentur
quā ipsi nouiter expressi. ¶ Et ad confirmationē
dicitur similiter ipsos magis conferre in pestilen/
tialibus et reliquis febribus ardentibus per par/
tem resistentem putredini quā noceant per partez
ebulitioni paratam. ¶ Ad aliam confirmationem
respondetur similiter ꝙ quando in statu est maxi/
ma ebulitio confidimus ipsos per partem infrigi
dantem magis sedare ebulitionem quam augere
per paruam partem ebulitioni paratam. Et simi/
liter respondetur ad reliquas replicationes.
¶ Ubi vero febris non esset tante intensionis ⁊ pē/
deret ab humore grosso horum nocumētum quod
faceret ingrossando materiam: et per partem ebu
litioni paratam esset maius ꝙ̄ iuuamentum per
partem infrigidantem: immo simul nocerent per
vtranq; partem. ¶ Conceduntur itaq; in febribus
multe inflāmationis et pendentibus ab humori/
bus subtilibus etiam ab ipso initio. Sed vbi esset
grossities materie cum multa inflammatione con
cedātur post hebdomadam: idest materia digesta
et minorata. Ubi vero materia esset grossa et fe/
bris pauce inflāmationis nullo modo concedun/
tur. ¶ De pomis autem et piris dico ꝙ multotiēs
conceduntur per errorē et pro voluptatibus egro
rum: cum aliquando plus conferāt rectificando
appetitum et faciendo stomachum melius ample
cti cibum quam noceant propter humidum. ebuli
bile: vt dictum fuit in corpore questionis: et ppie
quando sunt sufficienter assata: sed de his satis.
¶ De fructibus autem pauci succi sicut amigdale
auellane castanee nuces pinee phistica sufficiēter
dictum est in quibus casibus conferunt: in quibus

De pomis et piris.

noceant et quomodo sint preparandi.

Et multotiens quidē inuenitur res que digerit et subtiliat et infrigidat cum euacuatione sicut sirupus acetosus.

In parte presenti Auicenna ostendit in vsu cuiusdam rei vtilis et conuenientis quandoq; duas intentiones cōuenire suprascriptas: scilicet in vsu sirupi acetosi. Dicit ergo quod multotiens reperitur res que digerit et subtiliat et euacuat: infrigidans etiam sicut sirupus acetosus. Circa quam partem notandum quod quando absolute profertur sirupus acetosus intelligitur de illo qui fit ex aceto aqua et zuccaro quorum proportio ponetur inferius in capitulo proprio. et dicentur ibi iuuamenta sua. Sed hic dicemus quantum est expediens huic proposito. Hic ergo sirupus per aquā et acetum infrigidat: et sic conuenit ratione febris. et per acetum incidit materias viscosas. et per zuccarum abstergit eas a membrorum superficie. et sic per vtrunq; digerit. Euacuat autem q2 omne abstersiuum est quodammodo ventris subductiuum et proprie vbi fuerit incisiuo coniunctuz adiuuante abstersiuuz diuidendo obiectum expellibile et punctione sua expulsiuā stimulando.

Et scias quod febris quandoq; est tante vehementie et acuitatis: quod non licet vti regimine cause: immo indiget infrigidatione vltima: et proprie cum nō inuenis virtutem fortem resistentē tolerantem.

Cum Auicenna in parte generali ostenderit stāte contrarietate in executione duarum intentionū quarum altera debetur febri altera debetur humori ad quam intentionem debeat medicus se cōuertere quia ad illaz que est magis timorosa. idest de cuius omissione minor sequitur timor. In parte presenti ostēdit hoc in speciali. Et habet hec pars tres partes. In pria ostendit in quo casu et ex quibus causis medicus se debet conuertere ad febrē. In secunda parte ostēdit in quo casu et ex quibus causis medicus debet se conuertere ad causam: scilicet ad humorem. In tertia parte remouet dubium. secunda ibi. (Quod si.) tertia ibi. (Quod si) In prima parte dicit. Scias quod febris quandoq; est tante vehementie: scilicet quo ad multitudinem caliditatis et acuitatis quo ad intensionez quod non licet vti regimine cause: idest humoris ipsum digerendo ⁊ euacuando: immo indiget: scilicet ipsa febris infrigidatione vltima ad festinaz ipsius extinctionem. et proprie cum non inuenis virtutem resistentem: scilicet ipsi humori tante inflammationis tolerantem: scilicet tantam resolutionem absq; cibo. Et hec est sententia Galeni. decimoquarto terapentice in principio cum dicit. Si intolerabilis fuerit laboranti magnitudo febris non oportet per ea per que causam abscindimus augere febrem. Simul enim interimemus hominem et febrem. Notandum primo quod vltime infrigidare potest intelligi duobus modis. Uno modo quod infrigidetur quantum est possibile: et hunc modum nunq̄ sequi debemus quia interimit. Secundo modo possumus intelligere qd̄ infrigidemus: cum medicina vna vice aut in paruo tempore remouente totum aut quasi totum excessum caloris supra temperamentum proprium patientis. Et hic modus est hic obseruādus et vniuersaliter quando timemus ne operando paulatim ita virtus dissoluatur vt in pauco tempore succumbat. Hec autem extinctio fit per potum aque frigide. epithimata: et similia. Ratio autem canonis quare oporteat attendere febres et dimittere causam est: quia quāuis digestiua et euacuatiua non adherent in calore: vita tamen cum tanta inflammatione non posset tanto tempore durare quantum requiritur ad digestionem et euacuationem. Propterea opus est quasi subita et festina extinctione. Notandum secundo quod medicus tunc est certus esse opus tanta festinantia ad extinctionem caloris febrilis quādo cum tanto caumate febrili inuenit virtutem non resistentem calori febrili dissoluenti: eo quia forte habet humidum subtile. poros latos. et est colerice complexionis et pauci humidi: et forte paucorum spirituū vnde non potest multū dissolutionem tolerare et forte non potest tolerare ieiunium: quia est paratus sincopi propter easdem causas: aut forte propter debilitatem oris stomachi. Nam si cum magno caumate febrili esset resistens dissolutioni et tolerans abstinentiam a cibo. quia forte esset humorum grossorum densorum pororum et fortis oris stomachi non aptus sincopi cōsuetus ieiunare flegmatice complexionis: medicus non curabit infrigidare vltima infrigidatione: immo vtetur digestiuis ⁊ euacuatiuis scd̄m exigentiam cause ⁊ leuibus extinctiuis nō incrudantibus humorem.

Quod si inuenis eam resistentem tolerantem abscinde causam et expelle humorem: et abscinde cibum: et non infrigides infrigidatione que prohibeat resolutionē.

Quando medicus vertit se ad causam.

Hic est secundus canon in quo ostendit quando medicus intentionem suam vertit ad causam: scilicet materiam et negligit febrem: aut parum illi intendit. et dicit. quod si inuenis eam: scilicet virtutem resistentem dissolutioni et tolerantem eam: ⁊ a cibo abstinentiam propter causas statim suprascriptas abscinde causam et expelle humorem manifeste euacuando per secessum vomitum et alias manifestas euacuationes: et abscinde cibū vt fiat hūoris insensibilis euacuatio: neq; natura diuertatur a pugna contra eum: et nō infrigides infrigidatione que prohibeat humoris resolutionem et ingrossando faciat ipsum ineptum ad alias manifestas euacuationes. Notandum primo quod causa quare virtus resistit dissolutioni et facile tolerat est duplex. vna sumpta ex parte agētis: quia forte calor febrilis non est valde magnus. altera sumpta ex parte resistentie: quia licet calor febrilis sit magnus: resistentia tamen ex parte egri est fortis propter causas statim enumeratas. Et quomodocunq; fit si eger bene tolerat procedendum est cura regulari digerendo euacuando humorem et pro parte extinguendo caliditatem febrilem. ita tamen vt illa extinctio non incrudet humorē. Auicenna tamen hic non fecit mentionem de digestione dans ipsam intelligi. Notādum secundo qd̄ non debemus penes hunc canonem semper cum equalibus extinctiuis procedere. Nam caumate existente magno et virtute bene tolerante debem9 ceteris paribus cum fortioribus extinguentibus procedere quam caumate existente paruo et virtute non bene tolerante. oportet enim quod gradus et potentia frigiditatis extinguētis sit gradui et potentie caloris extinguendi proportionatus.

Quod si inuenis virtutem deficientem

sis: occupatus

sis occupatus in equando complexionem contrariam ei: quare infrigida eam: et viuifica virtutem cum cibo. Tunc fit fortis per viuificationem suam: et vincit contrarium suum: redi ad causam suam.

¶ In parte presenti Auicenna remouet dubium circa primum dictum. Diceret enim quis quamuis medicus extinxerit febrem et viuificauerit virtutem cum cibo: tamen adhuc eger non erit curatus cum remaneat humor a quo pendet febris. quid ergo tunc erit agendum? Respondet quod cum tu feceris hec: redi ad causam: scilicet ad humorem dirigendum: aut euacuandum secundum quod erit expediens. Dicit ergo quod si inueneris virtutem deficientem: scilicet aut ex parte resistentie egri propter causas suprascriptas: aut vehemẽtiam caloris febrilis sis occupatus in quietando complexionem contrariam ei: scilicet egro in extinguendo caliditatem febrilẽ. quare infrigida eam: scilicet complexionem febrilem. et viuifica: idest conforta virtutem cum cibo non curãdo de humore que duo fiunt cura coacta. Tunc virtus fit fortis per viuificationem suam: idest per cibi assumptionem et vincit contrarium suum: idest calorem febrilem: redi ad causam: idest ad humorem ad ipsum digerendum et euacuandum. hec enim est cura regularis: quia humore digesto et euacuato facile cessat febris cum ipsa pendeat ad humore in esse et in conseruari: quo non remoto non potest integre curari.

Galeni documentum.

Sed dubitatur de prĩo dicto. Naz huius contrarium dicit Galenus decimo terapentice primo capitulo vbi dicit. primuz predictorum: scilicet sanare febrem et contemnere causam non laudatur. ¶ Pro concordia Auicenne et Gale. Dicit Franciscus de pedemontium quod Galenus vult quod non intendatur ita ad vnum quod non intendatur ad aliud. Hec respõsio: vt bene dicit Gẽtilis nõ est ad mentẽ Gal'. q2 hoc ẽ tertiũ mẽbrũ diuisiõis. s. intẽdere plus ad vnũ reliquũ nõ omittendo. ¶ Sz pro horum concordia sciendum quod Galenus loco allegato sic dicit ad litteram. Scrutatio vero diligentie vtriq3 tibi generabitur diuidenti totam intentionem in tres has scrutationes. Primũ vtruz ne febris est sola sananda te contemnente causaz aut causa abscindenda te nullam curaz febris habente vel plurium auxiliorum ad alterutrum eorum est faciendum: non autem reliquum negligendum. Deinde dicit. igitur primum quidem predictorum non laudatur. Si enim quibuscunq3 sanauerimus auxilijs id febris quod sem̃ generat hec nobis augebũt cãm q̃ facit eam nec interimemus vnquam generationẽ eius: nec magnitudinez destruemus. Nam et generatio sequitur speciem cause que facit eam et magnitudo illi coaugebitur. Ex quibus verbis elicimus triplicem scrutationẽ Prima vt intendamus febri omnibus auxilijs omnino causa neglecta. Secunda vt intendamus cause omnibus auxilijs omnino febre neglecta. Tertia vt vtriq3 attendamus notabiliter sed principalius vni quam alteri. ¶ Sed pro concordia Auicenne et Galeni dicamus quod attẽdere febri neglecta causa potest esse dupliciter. Uno modo q̃ omnibus aut fere omnibus auxilijs intendamus febri omnino causa neglecta: vtputa cum potu aque frigide balneo eiusdem epithimatibus capiti et cordi et epati. Et breuiter omnibus auxilijs que precipiuntur ab Auicenna inferius in capitulo curationis febrium acutarum. Et nihil faciamus circa causam. Et hic modus non laudatur a Galeno. Nam auxilia que faciemus ratione febris augebunt putredinem opilando et vaporum putridorum transpirationem prohibendo et putredo aucta augebit febrem. Et ꝙ hoc sit verum vide textum Galeni supra positum. Si enim quibuscunq3 sanauerimus auxilijs ꝛc. ¶ Secundo possumus intendere febri pluribus auxilijs non tamen omnibus. Uitabimus enim illa que verisimiliter possunt augere causam. Sicut exẽpli gratia. balneationem in aqua frigida sed solum ipsam dabimus in potu. Nihil tamen proprium faciendo circa causam. Et hic modus placet Auicenne in parte presenti quem non vituperat Galenus. Nam tertius modus Galeni multũ differt ab hoc. Naz secundum illum modum notabiliter attendimus vtriq3. sed principalius vni quam alteri: sicut exempli gratia. volentes attendere magis febri quã cause causa non neglecta daremus aquam ordei notabiliter frigidam in magna quãtitate aut daremus sirupum acetosum cum aqua valde frigida mixtum in notabili quantitate. ¶ Et econtra volẽtes magis attendere humori quam febri non neglecta febre darem⁹ aquam ordei aut endiuie calidam cum oximelle simplici aut oximelle composito. Si autem vellemus magis attendere humori quasi omnino febre neglecta daremus simplex aut compositum in flegmatica cum aqua feniculi. Et ex his patet concordia et modus procedendi cum his intentionibus.

Symphonia Galeni cũ Auicenna.

f. diuisionis galeni

Triplex scrutatio circa causã et febrem.

¶ Et cum tu infrigidas de istis febribus: tunc non infrigides eam cuz eo in quo sunt stipticitas et exiccatio: sicut sunt trocisci infrigidantes: nisi post digestionem et euacuationem.

¶ In hac parte que est vna de quinq3 principalibus partibus huius capituli ponit cũ quibus dicte intentiões pficiantur ponẽdo in vsu earũ canõ. Et habet tres partes. In prima ponit vnum canonem in vsu infrigidantium que debentur febri. In secunda ponit duo documenta. In tertia redit ad ponendum canonem tam circa euacuationem quam circa infrigidationem. secunda ibi. (Et scias quod cura febris.) tertia ibi. (Et prouide.) In prima parte dicit quod quando tu infrigidas aliquam de istis febribus nõ infrigides eam cum aliquo in quo sit stipticitas et exiccatio sicut sunt trocisci infrigidantes qui sunt stiptici secundũ plurimum, nisi digesta materia et pro parte euacuata. ¶ Notandum circa partem presentem quod Auicenna ante digestionem et minorationem materie prohibet infrigidationem cum frigidis siccis et stipticis. nõ autem prohibet infrigidationez cum frigidis et siccis absq3 notabili stipticitate sicut est acetum vini. Prohibet autẽ frigida stiptica sicut sunt trocisci de spodio de berberis et similes. Nam trocisci frigidi ab autoribus descripti secũdum plurimum sunt stiptici. Nocent autem huiusmodi stiptica imobilitando materiã necnon claudendo ductus ꝛ vias per quas debet fieri euacuatio. licet igitur stantibus duabus intentionibus vna infrigidandi ratione febris, altera digerendi ꝛ euacuandi ratione humoris: fit aliquãdo maior intentio ad febrem propter vehementiã inflammationis quam ad humorem: Attamẽ non debes

mus infrigidare cum his stipticis que noceāt magis prohibendo digestionē et euacuationem propter stipticitatem quam inuenit infrigidando. Et etiam quia non tam faciliter alijs partibus penetrant infrigidando vsqꝫ ad venas distantes a stomacho. et precipue trocisci sicut sirupi et aque nō stiptice. ¶ De trociscis tamen erit speciale dubiū in fine capituli qualiter ꝯferant aut non conferāt in febribus et que fuit necessitas eorum. ¶ Notandum secundo quod cum dicimus nō esse infrigidādum cum stipticis ante digestionē et euacuationē intelligimus merito duarū intentionū generaliū dictarum. nō enim est dubium quod aliquādo merito nimie fluxibilitatis cōtingentis in principio febrium putridarum conueniūt stiptica. Est enim tunc eorum maius iuuamentū prohibēdo casum virtutis: quam nocumētum prohibendo digestionem materie.

Sed quia zuccarum rosatum multotiēs a medicis conceditur in febribus putridis. Solet hic dubitari vtruꝫ conueniat in principio putridaruꝫ nōdum digesta aut minorata materia. Et arguit꜀ ꝙ sic: quia practicātes cōmuniter concedunt ipsum et iuleb rosatū distemperantes ipsum cum aqua. ¶ Preterea Auicenna in principio de cura flegmatice a principio concedit geleniabim quod est conditū de rosis cum zuccaro aut melle: et sic est mel rosatum aut zuccarum rosatum. ¶ Preterea Rasis sexto continētis in almelileru. ergo multo magis cōcedendū est in principio feb. ¶ Amplius apud Mesue in antidotario confortat stomachū et cor quorū confortationem maxime in febribus intendim⁹. Et apud Auicennā quinto cañ. tractatu septimo iuuat ad febrē ¶ Amplius zuccarum rosa. per zuccarum abstergit. per rosas infrigidat et lenit ventrem et confortat: et ad lenitionē iuuat zuccarū sua abstersione.

In oppositū est Auicen. in parte presenti. Nō infrigidas cū eo in quo est stipticitas et exiccatio: sed in zuccaro rosato sunt hec duo. ¶ Item rasis tertio tractatu Almā. loquens de zuccaro rosato dicit qđ qui patiuntur calorem et ardorem nullo modo ipsum comedere debēt maxime si estas fuerit. Calefacit eñ et sitim affert. licet Simon ianuēsis innuat qđ trāslator errauit: quia loquitur Rasis de melle rosato et credo quod errauit: vt patet ex textu sequenti. dicit enim Simon quod in textu arabico principiuꝫ capituli nō dicit zuccarū rosatum: sed geleniabin quod est ꝯmune ad illud quod fit de zuccaro ⁊ melle. ¶ Et ideo dicit Rasis in fine quod si necessitas cogit dare geleniabim ad abstergēduꝫ stomachū in calefactis detur illud quod est factum de zuccaro innuens quod nocumenta que dixit fiunt ab illo quod est factū cum melle: et hoc est calidum.

De zuccaro rosato ⁊ melle rosato.

Pro solutione huius dubij premittēdum est quod geleniabim arabice est rose cōdite siue cum zuccaro: siue cum melle. Est itaqꝫ duplex: scilicet zuccarum rosatum et mel rosatum. ¶ Descriptio zuccari rosati. Recipe foliorum rosarum albarum aut rubearum partem vnam expandātur super tabula in vmbra vsqꝫ dum superfluū humiditatū resoluatur: ⁊ sint rose habentes mediocritatē inter cōpletionem et acerbitatem: terātur in vase lapideo. deinde projciatur super eas zuccari tabarzet: idest albissimi ⁊ depuratissimi triplum ponderis earum reponantur in vase vitreo ⁊ obturetur os eius cum pergameno; et opponatur soli mensib⁹ tribus omni die sepe agitando cum pistello vel spatula. deinde remoueatur a sole et reseruetur. Et quidam faciunt illud cum rosis nō habentibus aliquid de complétione ⁊ est magis stipticū. Et quidam non terūt rosas sed incidunt cum forficibus et fricāt manibus fricatione vltima rosas et zuccarum: deinde exponunt soli. ¶ Mel rosatum sic fit. Recipe foliorum rosarū preparatarū: vt supra partem vnam mellis partes tres coquātur cum facilitate sicut oportet Et sunt qui ponunt mellis et succi rosaruꝫ partes equales ⁊ nō ponunt ex folijs aliquid. Et sunt qui ponunt foliorū rosarum partem vnam semis succi eius partē vnam semis mellis partes tres. Primum est magis cōfortatiuū et minus lenitiuum. secundū minus confortatiuū magis abstersiuum ⁊ plus solutiuū. tertium vero est medium inter hec et prestantius forte est ceteris. ¶ Et mel rosatum factum cum folijs est duplex. quoddam colatum a rosis et est minus stipticum et minus confortatiuum. ¶ Quoddā non colatum et est magis stipticum et magis cōfortatiuū. ¶ Sed iuleb rosatum fit ex aque infusionis aut distillationis rosarū lib. iij. zuccari optimi lib. ij. bulliāt cum facilitate vsqꝫ ad sufficientē inspissationē. Et qđ fit ex rosis recētibus est magis lenitiuum: sed ex siccis aut aqua rosata est magis stipticum. ¶ Et ex his manifesta est virtus zuccari rosati. Declinat enim leuiter ad frigidum et est magis siccum quam frigidum: eo quod zuccarū tabarzet ponitur quasi temperatuꝫ in vtraqꝫ cōtrarietate licet sit discordia de eius cōplexione. Rose auteꝫ sunt frigide in primo sicce in secundo quare ⁊c. Est tamen differētia ex parte rosarum. Naꝫ albe sunt frigidiores quam rubee: sed minus cordiales. et complete minus frigide ⁊ minus stiptice quam minus nō complete. ¶ Et siluestres sunt frigidiores sicciores ⁊ magis stiptice domesticis. et similiter rose sicce quam recentes. Succus tamen rosarum est calidus et siccus resolutiu⁹ abstersiuus aperitiuus opilationum. ¶ Similiter est differentia ex parte zuccari. nam rubeum notabiliter declinat ad calidum et est magis abstersiuum. Sed zuccarum duarum coctaruꝫ est mediū inter hec. zuccarum tamen rosatum debet fieri ex zuccaro depuratissimo per trinā decoctionem aliter forte declinaret ad calidum. ¶ Mel autem rosatum est calidum et siccum. ⁊ calidius est illud qđ fit cum succo rosarum et minus stipticum. ¶ Iuleb autem rosatum est in virtute zuccari rosati: sed minus stipticum. et magis lenitiuū est illud quod fit cum aqua infusionis quam illud quod fit cum aqua distillationis. Et zuccaruꝫ rosatum antiquū est magis stipticū quā nouū: et nouū est magis abstersiuū et cordiale et aliqualiter solutiuū.

His ita premissis pro solutione dubij ponuntur iste conclusiones. ¶ Prima. in nulla febre fortis inflāmationis competit zuccarum rosatum: quia non est proportionatum infrigidans. Nam si aqua cucumeris aliquādo in eis inflammatur quinto colliget multo magis zuccarum rosatum. ¶ Secūda conclusio. zuccarum rosatum quantum ad duas intentiones generales non competit in febribus putridis ante digestionem et euacuationem. probatur primo quia nullus autorum concedit ipsuꝫ in principio. Cum enim autores nominent plurima conuenientia in principio febrium putridarū de zuccaro rosato nunqꝫ fecerunt mentionem. ⁊ locus ab autoritate negatiue tenet in practica medicine nisi manifesta ratio aut experientia sit in contrarium.

trarium. Ratione autem confirmatur: quia stiptica non conueniūt a principio ratione digestionis cum vias opilent ⁊ materias faciant ineptas euacuationi. Nec etiam conuenit ratione euacuationis materie: quia a principio non debet fieri euacuatio cum re que succedat cum stipticitate. vnde mirabolani prohibentur ab initio vt post apparebit. ¶ Tertia conclusio. zuccarum rosatum aliquādo conuenit a principio ratione confortatiōis stomachi aut cordis: quia aliquando indigemus in principio febrium. et proprie vbi sit aliqua materia subtilis euacuanda. propterea in flegmatica aliquando conceditur mel rosatum ab initio.

¶ Quarta conclusio. digesta materia et minorata zuccarum rosatum conuenit in febribus putridis et proprie in declinatione cum opus est confortare membra lassata ex egritudine et precedentibus solutiuis. ¶ Ad rationes in oppositum respondetur. ¶ Ad primam quod practicantes aliquando male operantur. ¶ Ad secundū cōceditur aliquādo mel rosa. in flegmatica coacta intentione confortationis stomachi: et minus nocumentum facit quando pendet ab humore subtili. ¶ Ad tertiū dicitur quod Rasis cōcedit ipsum in almelileti sequente febrem. ¶ Et ad reliquas rationes ex his que dicta sunt facilis est respōsio.

Chāpersius. In oībus tabescentib⁹ febrib⁹ putridi sunt hūores purgādi: per vrinas ⁊ aluū ⁊ sudores. Hoc ei offiī tabi cōe est: qđ si qñq ipet⁹ spōte in vētris os fiat: vt per vomit⁹ exinaniat ferende suppetie sunt: alioqn cōtra naturam difficilē irritare non expedit: ne vētris vis cōuellatur oris: q̄ i egritudinib⁹ p̄cipue vtimur. Deligēda vero sunt oīa q̄ citra calefactionē et arefactionē sufficiunt ad iam dictos mot⁹ efficiendos: quēadmodū ptissane succus: ⁊ melicratū. oxymel q simplicissimū et apomel: et apij radix cū potanda aqua decocta.

¶ Et scias quod cura febris putride est diuersa a curatiōe febris ethice. Curatio enī ethice est contenta super contrarietatem egritudinis et curatio febris putride non est contenta super contrarietatem egritudinis tantum: immo super abscisionez cause eius: quamuis illud quod est conueniēs egritudini et cibationi sit amicum virtuti ex parte sui: scilicet virtutis: et inimicum virtuti ex parte: quoniam est amicū inimico eius et est materia quare est adiuuans vtrūq3 earum: quāobrem indigem⁹ in regimine eius canone: et nos singulare capitulū ei si deus voluerit faciemus.

¶ Hic Auicenna ponit duo documenta: et sic diuiditur in partes duas. In prima ponit primum. in secunda secundū. secūda ibi. (Et scias quod nō est tibi.) De prima parte dicit quod cura febris putride est valde diuersa a cura febris ethice: quia cura febris ethice est contenta super vna contrarietate tantū: q2 sufficit sola infrigidatio. S3 cura putride vltra contrarietatē egritudinis oportet quod fiat cum abscisione cause eius a qua dependet: quāuis sit etiam alia differentia: scilicet ex parte cibationis et infrigidationis: quoniā illud quod est conueniens egritudini et cibationi: scilicet infrigidatio et cibi exhibitio est amicū virtuti ex parte sui: scilicet virtutis: quia virtus confortatur per infrigidationem rectificantē complexionem que est instrumentum virtutis et per cibationez restaurantem spiritus ⁊ sanguinē. Est etia3 ex parte sibi scilicet virtuti inimicum: quia est amicum inimico eius. scilicet materia a qua pendet putrida febris q2 infrigidatio multotiens incrudat materiam et cibus auget ipsam. quare sequitur quod infrigidatio et cibatio est adiuuans vtrunq3: scilicet virtutem et materiam. Et ideo propter hanc contrarietatem indigemus in vsu ciborum in putrida febre cañ. siue regula supple magis quam in vsu ciborum in ethica. Et ideo nos Auicenna faciemus de cibatione febricantium singulare capitulum statim post presens. capitulū vt cibemus febricitantem cum minori nocumento quam sit possibile. ¶ Notandum primo quod quia febris ethica est febris facta et non habet causam corpori intrinsecam a qua pendeat speciali depēdentia: ideo circa cause remotionem inquantum talis febris non oportet solicitari: sed oportet ipsam extinguere cum contrario: scilicet infrigidante: sicut dicetur in capitulo proprio. Febris autem putrida vt huiusmodi habet causam ad intra corpus a qua dependet speciali dependētia. quapropter oportet ipsius causam abscindere iuxta superius dicta: et cum hoc infrigidare secundu3 quod est expediens. ¶ Notandū secundo quod licz Auicenna statim dixerit quod infrigidatio et cibatio ex parte amicantur virtuti: quia infrigidatio rectificat complexionem et cibatio auget sanguinem et spiritus ex parte inimicantur virtuti: quia amicantur inimico eius: scilicet materie incrudando et augendo ipsam non dixit tamen se velle dare canonē quibus infrigidemus cum minori nocumēto possibili: sed solum se facturum capitulum generale vt cibemus cum minori nocumento possibili: eo q cañ. circa infrigidationē iam incepit prosequi et prosequitur in presenti capitulo.

¶ Et scias q non est tibi possibile curare febrem nisi cognoueris eam. quod si ignoraueris: tunc subtilia regimen.

Documēta in cura feb.

¶ In parte presenti ponit tertium canonem siue tertium documentum dicens duo. Primum quod non est tibi possibile vt cures febrem nisi postq̄ cognoueris eam. Secundum quod si ignoraueris eam tunc subtilia regimen. Primum sic intelligitur quod non est possibile vt cures febrem cum proprijs secundum quod oportet nisi a casu. nisi post integram eius cognitionem. Unde non sufficit scire genus egritudinis nec speciem: sed oportet scire vtrum materia sit grossa vel subtilis cruda vel digesta multa vel pauca quanta sit febris. Et sic de ceteris dispositionibus: quarum sermo precessit in capitulo de signis accidentiu3 febriū. ¶ In secundo dicto Auicen. respondet tacite questioni. Posset enim quis querere cum ignorauero egritudinem: sicut sepe mihi contingit debeo ne aliquid facere. Dicit quod tu debes subtiliare dietam. In subtiliando enim non potest esse error: cū quilibet eger debeat subtilius dietari quam tempore sanitatis saltem in vna cibatione: cum virtus sit debilior: et etiam secundum plurimum in toto egritudinis processu precipue in egritudinibus materialibus debet subtilius dietari quam tempore sanitatis. Et hoc dictum conforme est sententie Auicenne quarta primi dicentis: quod cum tu ignoras egritudinem committe eam ~~materie~~ nature: quoniam aut superabit aut manifestabit. Attenuando nanq3 dietam committimus egritudinem nature ipsa enim cibo non impedita mouebitur contra egritudinē vnde eam aut superabit: aut saltem manifestabit. ¶ Sed dices hec dieta quantum debet esse subtilis. Respōdeo quod hoc non potest determinari: sed respice ad virtutem: tunc presentem et ad egri consuetudinem et ceteras cōditiones que possunt esse pro tunc tibi manifeste. secundum plurimū tamen minus errabis si ordinaueris sibi dietam mediam que est ptisana ordeacea tempore nostro in brodio pulli aut panis

lotus in eodem. Non enim tempore nostro propter hominum consuetudinem multe comestioni oportet ita attenuare dietam sicut preceperunt antiqui. Cum hac enim dieta media minus potes errare quam si tu ordinaueris dietam extremam. cum extrema magis distent inter se quam mediuz ab extremis. ¶ Secundo quereres quanto tempore licet stare in hac ignorantia. Respondeo quod Rasis decimosexto continentis tibi assignat tempus duorum dieruz cui Auicenna consentit in hac fen. in capitulo de febribus compositis: vbi dicit. Turpe est medico cognoscenti significationes cuiuscunq̄ febris non cognoscere earum complexionem a prima die vel a secunda. ¶ Tertio quereres translatis duobus diebus si non cognouero eam quid mihi agendum est? Respondeo quod debes querere socium: quod si forte eum non possis habere facias aliqua cōmunia que ita possint prodesse quod non obesse sicut clisteria communia exhibe sirupum acetosum cum aqua zuccari et similia.

¶ Et prouide ne occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuum.

¶ Hic Auicenna redit ad cano. et primo ponit canones magis concernentes opus contra materias communes. Secundo magis concernentes opus contra calorem febrilem. Tertio ponit canones magis concernentes opus cōtra materias proprias febrium. secūda ibi.) Et non prohibeas ei aquam. tertia ibi. (Et cū administraueris istos) ¶ Canones autem communiter dati contra materiam quidam sunt ad prohibendum impedimenta digestionis et euacuationis. quidam directe respiciunt euacuationem. Hec pars diuiditur in tot partes quot sunt canones. partes patebunt legēdo litteram. Primus canon est de prohibendo impediens digestionem et euacuationem materie. Et dicit. prouide ne eger occurrat paroxismo nisi ventrem habeat vacuum. Et per ventrem intelligite tam stomachuz quam intestina inferiora. hec regulariter operando debent esse vacua ante aduentum paroxismi et exacerbationis. Non dico quod omnia intestina et grossa: et subtilia debeāt esse vacua. hoc enim esset valde difficile et raro cōtingens etiam si eger abstineret a cibo per duodecim horas aut plures ante aduentum paroxismi. Ratio autem canonis est: quia cibus in stomacho corrumpitur a paroxismo superueniente: et corruptus suggerit materiam morbo. Et secundo natura circa cibum occupata non potest vacare digestioni et resolutioni materie. Feces autem in intestinis reperte in magna copia euaporantes per actionem caloris febrilis addunt inflammationē et iuuant ad corruptionem cibi chili et humoris.

Canones cō-
tra materiam.

¶ Et ex his patet quomodo hic canon est ad prohibendum ea que possent impedire materie digestionem et euacuationem. propterea pro huiusmodi canonis obseruatione multis fecibus existentibus in intestinis ipsas educimus cum suppositorio aut clisteri lenitiuo. et similiter ante aduentum paroxismi cibamus tanto tempore in quo verisimiliter cibus sit digestus in aduētu paroxismi et hec omnia intelligantur cura regulari. Nam cura coacta multotiēs ab huiusmodi canonis executione impedimur.

¶ Et non moueas in die paroxismi aliquid quantum possibile est tibi: ne𝑞 cures febrem.

¶ Hic est secundus canon in quo dicitur quod nō moueas in die paroxismi aliquid: scilicet euacuando materiam quantum est tibi possibile. Et subdit incidentaliter quod in tali die non cures febrem. ¶ De prima parte canonis statim erit dubium cuius decisio declarabit ipsam. ¶ Sed est sciendum pro notitia secunde partis. licet de hoc erit specialis sermo inferius vbi dicit Auicenna quod non debemus frangere paroxismum: etiam cum iuleb. Auicenna hic remouet errorem quorundam medicorum qui fere in omni febre etiam mediocris intensionis quam primum in paroxismo et exacerbatione properant ad epithimata infrigidantia circa caput cor epar renes et cetera mēbra exteriora quorum error est non paruus. Nam opilando poros ingrossando materiam prolongant paroxismos: cum oporteat materiam paroxismalem transpirare per poros. Non enim opus est vt faciamus hec nisi in febribus acutis in quibus timemus corporis arefactionem. Et si omnino velint hec approximare vt videantur plura facere melius est vt approximent in hora quietis ad extinctionem caliditatis superflue in membris illis forte fouentis febrem et reaggregantis materiam pro sequentibus paroxismis. De his autem que sumuntur pro curatione febris tempore paroxismi sicut aqua cocta iuleb. et similia erit specialis sermo inferius quando et in quibus casibus cōueniant et qualia debeāt esse.

Sed pro declaratione prime partis

Questio digna notatu.

dubitatur vtrum medicus debeat euacuare in die paroxismi. arguitur quod sic. Primo. quedam febres sunt paroxismantes omni die in quibus necessaria est euacuatio. ergo ⁊c. ¶ Secundo in febribus continuis siue sint continue proportionales siue concluse oportet euacuare. Et certum est quod non potest fieri nisi in die paroxismi: immo non nisi in hora afflictionis. ¶ Et confirmatur: q2 in continuis licet euacuare hora afflictionis. ergo multo magis in interpolatis licebit euacuare hora afflictionis. tenet consequentia. cum in continuis sit virtus debilior maior ebulitio et agitatio quam in interpolatis que omnia in euacuando timentur. ¶ Tertio medicus tunc debet euacuare quando materia est maxime apta motui: sed in paroxismo est magis apta motui quam tempore quietis: quod manifestū est: cum tunc maxime agitetur et cōmoueatur. ¶ Et confirmatur: quia propter hanc causam plures medici in quartana precipiunt euacuationem inchoante paroxismo. ¶ Amplius propter hanc causam quidā flebotomant quartanarios in reuolutione lune. ¶ Preterea dixit Galenus prima afforismorum afforismo secundo quod medicus debet mouere hora motus humoris: sed hora motus humoris est hora qua mouetur ad paroxismandum. ¶ Quarto principaliter medicus debet esse imitator nature: et sic debet euacuare eo tempore quo natura euacuat: sed natura creticat et euacuat in paroxismo. tertio de crisi. ¶ Quinto. quādocun𝑞 natura tentat euacuationem adiuuanda est. sed frequenter natura tentat euacuationem in principijs paroxismorum et proprie per vomitum. quare est iuuanda. ¶ Et confirmatur hoc idem de intentione Auicenne in presenti capitulo. et secūdo afforismo. Undecū𝑞 natura reperit inde ducere oportet ⁊c. ¶ Sexto. sudor frequētior

dor frequentior et electiue a medicis prouocat in paroxismo. et similiter euacuatio insensibilis per poros cutis cum fricantibus. ¶ Septimo medici frequenter coguntur euacuare in paroxismis ⁊ exacerbationibus timore apostematis aut cum materia fuerit furiosa aut venenosa: ⁊ in omnibus casibus in quibus non dantur indutie. ¶ Ultimo arguitur autoritate Rasis decimosexto continentis. capitulo vltimo: et ratione eiusdem. Dicit enim quod euacuatio que non debet fieri in hora paroxismi est euacuatio per fluxum ventris: sed euacuatio per vomitum potest fieri: ⁊ assignat causam in his verbis. vtendum est euacuatione in temporibus paroxismorū per superius: in tēporibus quietis per inferius: quoniā in temporibus paroxismi humores sunt turbati declinantes ad superius: et in maiori parte fit vomit⁹ et fluxus sanguinis narium. Sed in tempore quietis eo quod tunc natura et humores quiescūt facilis erit euacuatio per vrinam et egestionem.

Pro solutione dubij premittendū ꝙ per euacuationē intelligimus quancūq; euacuationem sensibilem aut insensibilem. Et per diem paroxismi possumus intelligere diē scilicet vigintiquattuor horarū in q̄ accidit paroxismus. et etiam horam afflictionis ipsius paroxismi. ⁊ de vtroq; modo est sermo apō Auicennā. ¶ Notandum secūdo ꝙ duplex est cura.

Duplex cura.

quedam regularis. et est cum iuuamento notabili absq; notabili nocumento. ⁊ ecōtra coacta fit cū notabili iuuamento ⁊ notabili nocumento. sed iuuamentum est maius nocumento.

Hora euacuandi in febre.

His premissis sit hec prima cōclusio. in interpolatis ꝑ euacuatione eligenda est dies quietis. ⁊ si habeat plures dies quietis eligenda est magis distās ab hora febris preterq̄ in euacuatione que ē per poros cutis. vnde in quartana eligim⁹ tertiam diē a die paroxismi. ⁊ similiter in quintana. Dixi preterq̄ in euacuatione que est per poros cutis. nā secundū plurimum sudor paroxismalis ⁊ cretic⁹ sunt in declinatione paroxismi prouocandi. ⁊ similiter euacuatio insensibilis per poros cutis. ⁊ si interpolata inuadit quottidie eligenda est hora quietis. cōclusio probatur. cum tunc virt⁹ sit magis tolerās et corpus minus resolubile et hūores minus agitabiles et corpus minus a farmaco inflammabile. ⁊ etiam quia in hora periodi materia mouetur a centro ad circunferentiam. ⁊ farmacum trahit a circunferentia ad centrum. ¶ Secunda conclusio. in continuis proportionalibus eligēda est hora teporis. sed in conclusis hora frigidior diei: sicut hora matutina. in his enim horis corpus est minus inflammabile et resolubile ⁊ humores minus agitabiles ⁊ virtus magis tolerans. ¶ Tertia conclusio: quacunq; hora natura tentauerit aliquam euacuationem per aliquam regionem si natura non fuerit potens ad complendum eam est adiuuanda per eandem regionem. hec conclusio ē de intentione Auicēne in presenti capitulo. Est q; afforis. secunde particule. Undecunq; natura reperit inde ducere oportet per conueniētes regiones. ¶ Quarta conclusio. aliquando medicus: cogitur et debet in hora paroxismi et exacerbatiōis flebothomare et farmacare: ⁊ alijs modis euacuare gratia maioris nocumenti euitandi q̄ sit nocumentū consequens euacuationem. cōclusio manifesta est cum aliquādo fere subito oporteat flebothomare gratia apostematis euitandi in membro nobili. ⁊ aliquando oporteat materias furiosas aut venenosas subito educere: ⁊ sic de alijs euacuationib⁹ posset exemplificari. Et aliquando materie sunt ita propinque vijs ductuum ꝙ sine magna molestia egri possunt educi cum leui clisteri aut cum leui vomitiuo: et si in hoc casu esset cognitum possē regulariter euacuare quacunq; hora.

His ita determinatis superest vt respōdeamus ad rationes in contrarium. ¶ Ad primā et secundam ex dictis patet solutio. ¶ Sed ad confirmationem negatur ista consequentia in continuis debemus euacuare tempore afflictionis ergo multo magis in interpolatis. Nam quāuis virtus sit fortior et corpus minus inflammabile ī interpolatis q̄ in continuis et in summa minus noceret euacuatio: tamen quia debemus semper eligere maius bonum et vitare maius malum: debemus in interpolatis eligere horam quietiorem in qua nō est afflictio. sed in continuis non possum⁹ istud facere cum corpus semper febriat: eligimus tamen horam minoris febris. ¶ Ad tertiam rationem dicitur ꝙ in periodo natura est magis apta motui. sed ille motus est contra motum euacuationis farmaci. et cum hoc sunt alia nocumēta dicta in probationibus conclusionum. ¶ Ad confirmationem ꝙ quidam curant quartanarios dando solutiuum in principio paroxismi. Respondetur ꝙ licet aliquando succedat: immo hoc modo curaui meipsum a quartana: vt plurimum tamen non succedit: ⁊ maiora sequuntur nocumenta q̄ iuuamenta. ¶ Ad aliam confirmationem de illis qui flebotomāt quartanarios in reuolutione lune ego quantum est in me illam flebotomiam vitupero. nec vidi aliquem nec audiui qui ex illa flebotomia iuuaretur: sed bene multis nocuit. ¶ Ad aliam confirmationem de Galeno dicente quod debet fieri euacuatio hora motus humoris. Respōdetur qd hora motus humoris de qua loquitur non est hora paroxismi qui est motus preternaturalis: sed est hora motus naturalis: vnde vnicuiq; humori est aliqua hora diei attributa. Flegmati enim prima hora noctis inclusiue. vsq; ad sextam: sed melancolie a sexta vsq; ad duodecimā. sanguini vero a duodecima vsq; ad decimamoctauam: sed colere a decimaoctaua vsq; ad vigesimamquartam. In his enim horis si apte possent fieri euacuationes essent humores paratiores euacuationi. ¶ Ad quartum respondetur secundū Marsilium quod medicum debere imitari naturam nō intelligitur quod medicus ita operetur semper sicut natura: immo intelligitur quod medic⁹ debet agere id quod est melius nature. Nunc autem quia melius est nature quod fiat euacuatio in hora quietis. ideo hoc debet facere medicus. hoc modo imitatur naturā. ¶ Hec tamen solutio non est ad mentē ponentiū dictum illud. ¶ Aliter dicitur quod medicus debē imitari naturam inquantum potest. Unde si medicus posset operari cum instrumentis quibus vtitur natura: scilicet cum calore naturali ⁊ villis mēbrorum. tunc forte deberet facere euacuationē hora paroxismi sicut facit natura: sed quia nō potest vti his instrumentis quibus vtitur natura: immo oportet quod vtatur farmaco aut flebothomia q̄ calefaciunt et agitant humores et debilitāt: ideo debet facere euacuationē in hora quietis in qua sunt apta minus sequi hec nocumenta. ¶ Aliter et clarius dicitur quod medicus debet imitari naturam mere naturaliter operantem inquantū potest

Galenus.

Responsio marsilij.

nunc vero quia natura facit fortia accidētia ⁊ molestus virtuti molestos: sicut quotidie videm⁹ in crisi: que omnia veniunt preter intētionem nature. ideo medicus non debet in hoc imitari naturam: quia non mere naturaliter operat̄. immo hoc facit natura tempore paroxismi stimulata a forti impressione materie propter quā stimulationez mouetur ad euacuationez. In tempore autem quietis: quia non est stimulata non mouetur ad crisim. Medic⁹ itaq; non debet ipsaz in hoc imitari: quia nō agit mere naturaliter: immo debet facere euacuationē cum minori nocumento possibili. hoc autem fiet in die quietis. ¶ Ad quintum et sextum cum confirmationibus suis: patet responsio ex his que dicta sunt in determinatione questionis. ¶ Ad septimū dicitur argumentum illud ꝓcedere. Nam sicut dictum fuit in determinatione questiōis: oportet aliquando in paroxismis et exacerbationibus flebotomare et farmacare cum egritudo non dat inducias vsq; ad horam quietis aut minoris temporis Propterea dixit Auicenna in cañ. Nō moueas in die paroxismi quantū est possibile: quia aliquādo non est possibile sicut determinatuz fuit in questione. ¶ Ad vltimum dicitur quod intentio Rasis decimosexto continentis fuit quod medic⁹ debet adiuuare naturam in quibus deficit: et quia natura in tempore paroxismi pluries tentat euacuationē per vomitum quam per secessum a cuius complemento frequenter deficit oportet medicum ipsam adiuuare. ¶ Quod autem hoc sit verum manifestū est. nam in colericis quoruz materia leuigat ad os stomachi frequenter accidit inclinatio ad vomitū In flegmaticis similiter propter multitudinē flegmatis reperti in stomacho. ¶ Similiter in melancolicis propter cōmunitatez splenis ad os stomachi mediante vena deferente melancoliam ad os stomachi: sed non ita frequenter in paroxismis inclinatur ad fluxum ventris. Similiter fluxus sanguinis narium frequētius prouocatur in paroxismis quam quicunq; alius fluxus sanguineus: ideo medicus frequentius debet adiuuare naturam ad has duas euacuationes quam ad alias tempore paroxismi et semper cum leuibus. Si autem natura nullam istarum euacuationū tentaret medicus nō debet ipsam inchoare nisi coacte gratia minoris nocumenti euitandi: et sic est finis ⁊c.

Rasis intentio.

¶ Et oportet vt obserues in omnibus illis dispositionem virtutis: quod si fuerit fortis ⁊ fuerit illud quod vincit sanguis: aut cum humore qui vincit sanguis: tunc flebothomia est magis conueniens et proprie cum vrina est rubea grossa nō citrina ignea ex qua timeat̄ apud flebothomiaz victoria colere et acuitatis eius.

Champerius. Acutos curabis morbos sāguinis missiōe si valida appareat egritudo: ⁊ si lāguentes etate floreāt vires; eis supetāt. Expedit aūt cōsiderare eū qui velit sāguinē mittere: ne stercorismꝰ titudo cohibeat coartetq; intestia: q̄ nobis molli clisteri euacuāda sunt ne fortassis vene ab itestinis attrahāt super fluitatū putridam substātiā. Si ergo fuerit angia: hoc purga r̄medio: nec nō si laterū dolor: sin ībecillio res videātur: si plus auferas sanguinis ledere posse videaris: clisterib⁹ et aluuz subducito ad tertiū diē nēpe cū eger in tuto fuerit: ⁊ abstinētia op⁹ fuerit. Detrahēd⁹ ergo sāguis ex brachio dextro vena interiore: sanguisq; auferēdus iuxta ei⁹ habitū et etatē pl⁹ minusue diligenter metiēdo. Eueniūt āt hoꝝ ī plurimis talia: rubores faciei: ⁊ oculorū mobilitates et manuū pādiculamēta: dentiū stridor: pulsus maxillarū: coactio: et refrigeratio extremarum partiū spirituuz defectiōes: ꝑ venas statim a principio sanguis detrahēd⁹. qō oīb⁹ succurrat ad auxiliuz spiritib⁹ abeuntibus necnō fluorib⁹.

¶ Hic est tertius canon. et est cum quattuor alijs sequentibus principaliter de euacuatione materierum que communiter peccant in febrientibus preter naturam propriam febrium. quarum euacuatio a medicis dicitur exiccatio. Et iste primus canon de flebotomia cum quattuor alijs sequentibus sunt magis speciales precedentibus: quia sunt de speciali modo euacuationis: scilicet flebothomia: lenitione ventris: prouocatiōe vrine: prouocatione sudoris: et prouocatione vomitus. ¶ Et dicit primo quod in omnibus illis febrientibus febre putrida oportet vt obserues dispositionem virtutis: vt non cōtradicat operationi tue maxime in flebotbomia. ea enim non consentiente nulla facienda est euacuatio: sed maxime flebotbomia. Si ergo virtus febrientis fuerit fortis et humor qui vincit fuerit sanguis: aut cum humore qui vincit fuerit sanguis: tunc flebotomia est melior res: scilicet inter euacuationes. et proprie cum videris quod vrina est rubea grossa. ¶ Sed si fuerit citrina ignea tunc non est facienda flebotbomia: quia ex isto vrina ignea timet̄ quod apud flebotbomiam sequat̄ victoria colere ⁊ acuitas eius.

Pro declaratione huius canōis dubitatur vtrum in qualibet febre humorali competat flebotbomia. Et arguitur quod sic. autoritate Galeni. secundo terapētice. decimoquinto capitulo. vbi dicit. optimum est venam incidere non solum in sinochis febribus: sed in omnibus alijs que ex putredine humorum fiunt. ¶ Amplius quarta primi. capitulo de flebotbomia: licet flebotbomia non sit necessaria est tamen cōueniens: quia efficit vt natura fiat fortis supra residuum materie. ¶ Et confirmatur: quia quādocūq; sanguis peccat in quāto aut quali competit flebotbomia alijs non contradicentibus: sed in omni febre sanguis peccat saltē in quali: quia est ita inflāmatus vt per ipsum a corde ad alia membra febris deferatur.

In oppositum est Auicenna in parte presenti qui negat flebotbomiam cum vrina est acuta ignea.

Pro solutione huius est sciendum qō febris dicitur humoralis: quia pendet a calefacto esse humorum siue illi humores sint in corde siue in alijs membris dū modo vapor calefactus ab illis eleuatus cordi communicetur. Et consequēter febris dicitur sanguinea quia pendens a calefacto esse sanguinis et non calefacto esse aliorum humorum. Et febris aliqua specie denomiatur ab aliquo humore quādo pendet a calefacto esse eius et non alterius. Si vero pendeat a plurium denominatione denominatur vt sanguinea colerica et cetera. Et per calefactum esse humorum in proposito intelligo taz calefactum esse cum putredine quam sine putredine. ¶ Et ex his infertur quod si aliqua febris penderet a calefacto esse alicuius humoris et calefieri sanguinis. non diceremus ipsam sanguineam nec a sanguine pendere ad intellectū dictū. Nam sic omnis febris esset sanguinea. ¶ Et ex his patet quod in textu per humorem vincētem debemus intelligere illum a cuius calefacto esse pendet febris. Et sic sanguinem dicemus vincere si a calefacto esse eius pendeat febris. Et si pendeat a calefacto esse alterius humoris dicemus alium humorem vincere. Et si pendeat a calefacto esse plurium humorum nos dicemus plures humores vincere. scilicet in comparatione ad alios a quorum calefacto esse non pendet febris. ¶ Tunc restat vt videamus quid Auicenna intelligat cum dicit qō cum humore qui vincit fuerit sanguis. Et potest dupliciter intelligi. vno modo qō vltra humorē in quo fundat̄ calefactū esse faciens febrē sit in corpe sanguis āplior opportuno aut in cōparatione ad proprium temperamentum aut amplior quam debeat esse in isto corpore taliter febriente.

siue sanguis

siue sanguis sit admixtus peccanti humori siue non. Secundo modo intelligit ꝙ cum humore q̄ vincit fuerit sanguis mixtus .i. secum ad minima diuisus vt per apertionē vene facile cum sanguine egrediatur. Nam quāuis largo modo possem⁹ dicere omnem humorem existentem in venis esse sanguini mixtum: tamen sic non intelligitur hic. quia si sit parietibus venarum adherens sua viscositate: aut in ipsarum porositatibus imbibitis sua subtilitate. aut stans in magnis frustis sit in venis cum sanguine non dicitur sanguini mixtus et multo minus dicitur mixtus si sit extra cor et extra venas et arterias. ¶ Ad hoc ergo ꝙ humor dicatur mixtus cum sanguine requiritur ꝙ sit in corde venis aut arterijs cuꝫ sanguine ad minima diuisus. ita vt minimum vnius tangat minimum alterius. Sed preter hanc conditionem addamus aliam de intentione Dini et Gentilis ꝙ ille humor qui est admixtus cuꝫ sanguine modo suprascripto sit etiam vicinus nature sanguinis tam in qualitatibus primis q̄ƀ secūdis .i. ꝙ non obtineat in latitudine sua gradus contrarios nature et dispositioni sanguinis: sed sit sibi satis proportionalis. ¶ Hec tamen sola conditio non sufficit. stat enim ipsum paruo tempore stetisse in venis ita vt nondum secum potuerit ad minima diuidi: aut forte naturam ipsum separauisse a sanguine sicut aliquādo fit in crisibus ante exitum eius a venis. Sed quando adsunt iste due conditiones: tunc est maxime mixtus cum sanguine: et aptus educi cuꝫ euacuatione sanguinis absqꝫ nocumento .i. absqꝫ hoc ꝙ corpus ducatur ad colericorum ebulitionē aut ad frigidorum crudationem seu cruditatem.

¶ Notandum tertio ꝙ per humorem vincentem non solum debemus intelligere humorem q̄ actu facit febrem: sed etiam humorem qui stās sub forma cause antecedentis est de proximo facturus febrem. Non enim solum in continuis facimus flebothomiā: sed etiam in interpolatis tempore q̄etis qn̄ null⁹ humor actu putret vt educamus humorem qui de proximo facturus est febrem. ¶ Notandum quarto ꝙ quando humor faciens febreꝫ est mixtus sanguini scd̄m duas conditiones iam dictas vrina plurimum apparet rubea grossa. qr per talem mixtionem cum humore putrente fit qd̄ quando natura pellit aliquam partem humoris peccantis cum vrina etiam secum pellitur aliqua pars sanguinis ad minima diuisi cum humore illo. Unde vrina tingitur scd̄m exigentiam humoris peccantis: et etiam scd̄m exigentiam sanguinis qui secum pellitur: et dat vrine colorem rubeum et substantiam grossam. Quando autem cum sanguine peccat colera aut plurimum dominans in quantitate aut plurimum distans a natura sanguinis vt plurimum nō fit vrina rubea grossa: sed subtilis ignea vel notabilis citrinitatis. Similiter quando esset flegma plurimum aut valde crudum multum distās a natura sanguinis communiter non fit vrina rubea grossa. sed grossa alba. aut subtilis alba propter opilationes et priuationem digestionis. ¶ Similiter quando esset melancolia plurima aut multum distans a natura sanguinis non esset vrina rubea grossa: sed tendens in fuscedinem nisi forte propter opilationem fieret subtilis alba. ¶ Auicenna autem per hoc qd̄ dixit non citrina ignea: voluit etiaꝫ alios modos vrinarum intelligi, qui significant aut humorem multum distare a natura sanguinis aut esse multum superātē sanguinem proportionabiliter in qualitate. Nam in his casibus etiā peccante sanguine non debet flebothomia fieri nisi precedat purgatio si aliud indicans non fuerit. nam timetur aut colericorum ebulitio: aut frigidorum incrudatio.

His premissis sit hec prima cōclusio. In omni specie febris humoralis potest a principio competere flebothomia. Nam in colericis flegmaticis melancolicis tam continuis q̄ƀ interpolatis potest humor faciens febrem esse mixtus cum sanguine ad intellectum datum propter quam mixtionem flebothomia euacuans sanguinem et humorē peccantem exonerabit virtutem. vnde fiet potentior supra residuum digerendum et euacuandum. et sic sequetur magnum iuuamentū absqꝫ notabili nocumento. ¶ In sinochis autem non est dubium flebothomiam summe iuuare. et hec est mens Gal. scd̄o terapentice. capitulo .xxv. in auctoritate posita ante oppositum. ¶ Secunda conclusio. non in qualibet febre pendente a putredine aliorum humorum a sanguine etiam constante virtute conuenit flebothomia probatur. naꝫ multe sunt febres pendentes a putredine aliorum humorum a sanguine. quarum humores non sunt mixti sanguini nec sunt vicini nature sanguinis. et aliquādo multum sanguini dominantur. Unde euacuato sanguine per flebothomiam qui est frenum aliorum humorum et pauco de humore peccante euacuato fiet notabile nocumentum. vtputa colericorum ebulitio aut frigidorum incrudatio absqꝫ iuuamento notabili. Et ex his patet clarus intellectus multorum textuum. quorū aliqui precipiunt flebothomiam: vtputa quando humor peccans ē mixtus sanguini propinquus nature eius. Aliqui prohibent flebothomiā: vtputa quando non est mixtus sanguini multū distans a natura eius aut forte minus proportionabiliter excedens ipsum. Non enim tunc cōuenit flebothomia nisi ipso humore multum domināte prius euacuato. Et hec fuit mens Gal. quarto de regimine sanitatis. vbi dixit. quando humor parum distat a natura sanguinis audacter flebothoma. quando vero plus distat flebothoma cum reuerentia. idest parum. Quando vero plurimum distat nequaquam.

Et ex his patet solutio ad duo argumēta facta ante oppositum. ¶ Sed ad confirmationem negatur maior. nō enim quandocūqꝫ sanguis peccat in quāto aut quali etiam constante virtute competit flebothomia. sic enim in effimeris et ethicis competeret flebothomia cum in omnib⁹ calefiat sanguis. si tamē sanguis calefieret caliditate fixa alijs cōsentientibus competeret flebothomia.

¶ Deinde fac sequi flebothomiam solutionem ventris subtilem proprie si fuerit illic siccitas cum eis que sunt sicut aqua ordei et alsiracost pauco et aqua ordei: cū sirupo acetoso. Et si natura non fuerit lenis adde ī eo qd̄ est sicut siracost qd̄ sit sicut sirupus violatus. et sit vltimitas lenificatio non fluxus ventris et non solutio laboriosa. Et magis dilectum est apud me admi-

nistratio clisteriorum scđm vltimitatē qua indigetur in virtute. Et de clisteribus communis iuuamenti lenibus est clistere factū ex oleo violato et succo foliorum sicle et vitello oui: et zuccaro rubeo et baurach. Cū ergo lenieris hac lenificatiōe: fortasse indigebis eo debiliore q̄ illud quo īdiguisti in principio: et illud est quādo natura est obediens.

De euacuatiōe per ventrem.

¶ Hic est quartus canon. et est de euacuatiōe per ventrē et dicit tria. ¶ Primum deinde post flebotbomiā fac sequi solutionē ventris subtilem. i. facilem siue paruā. Et propter hanc debes facere si venter fuerit siccus cū eis que sunt sicut aqua ordei sūpta quātitate. v. aut. vi. ℥. debite cal'a. ¶ Secundū lenitiuū est paruuz siracost. i. māne: vtputa a quinq̄. ʒ. vsq̄ ad vnā. ℥. cum quatuor. ℥. aque ordei aut circa. ¶ Tertiū ē sirupus acetosus qui debet dari solus quātitate quatuor aut q̄nq̄. ℥. si sit longus. si vero sit abbreuiatus per decoctionē sicut cōiter fit debet accipi de eo a quātitate duarū ℥. aut trium cū tribus. ℥. aque cocte aut pluribus vt cōmode bibi possit et nō debet misceri cum aq̄ ordei vt dicetur inferius. Et si natura nō fuerit leuis. i. venter nō fuerit facile obediēs medicinis solutiuis adde in eo. s. sirupo acetoso aut in aliquo ex solutiuis de quibus supra aliquid adiuuās qđ sit sicut siracost. aut sirupus violat' maxime factus ex violis recentibus. quia est magis lenitiuus aut addas vtrūq̄. Et sit vltimitas. i. vltimū qđ intendis in hac euacuatiōe lenitio ventris educēs materias que in intestinis reperiūtur. Non fluxus vētris. i. non euacuatio per quā materie trahātur a longe ad fluendū per intestina. Nec solutio laboriosa. i. solutio difficilis requirens forte farmacū. ¶ Secundo dicit q̄ magis dilectum est apud ipm administratio clisterioꝝ ꝺm vltimitatē qua indigetur in virtute ipsorū. i. que clisteria sint magis aut minus vigorosa ꝺm necessitatē. Sunt enī aliq̄ corpora que pro educendo materias cōes que in intestinis continētur indigent clisteribus magis acutis: aliqua minus acutis: immo vnus et idem ꝺm maiorem aut minorem ventris constipationē indiget clisteribus aliquādo magis acutis aliq̄n minus. aliquādo magis mollitiuis: aliquādo magis incisiuis aut abstersiuis. ¶ Et subdit q̄ ex clisteribus cōis iuuamēti. i. ꝺm plurimū in tali casu sufficiētibus lenibus. i. ventris lenitiuis est qđ fit ex oleo violato succo foliorū sicle. i. blitis: vitello oui: zucca. rubeo et baurach. i. salis. ¶ Descriptio potest esse talis. Recipe succi sicle lib. vnā. olei violati. ℥. vi. vitelli oui numero. i. vel duo. zuccari rubei. ℥. i. salis. ʒ. ij. et est satis acutū abstersiuum et lenitiuum. Et potes facere magis acutum addendo plus de sale ⁊ succo blitis: et magis abstersiuū multiplicando zuccarū et succum blitis et magis lenitiuum multiplicando oleum et vitellos oui. ¶ Tertio dicit q̄ cū tu lenueris hac lenitione siue per clistere siue per medicinam exhibitaz fortasse indigebis debiliori lenitiuo q̄ illud quo indiguisti in principio. Et illud erit quando natura. i. vēter erit factus obediens per lenificantia precedētia. ¶ Et dicit fortasse. Sunt enim quidam q̄ post vsum clisteriorum et medicinarum lenentiū efficiuntur magis stiptici. aliqui efficiūtur magis lenes orificijs meseraycarum deopilatis que p̄mo erant a fecibus duris et flegmate constipata.

Notandum primo circa partem p̄sentem q̄ euacuatio de q̄ hic est sermo est ad educendum materias communes q̄ in stomacho intestinis et venis meseraicis aut saltem earum extremitatibus continentur. Quapropter si huiusmodi superfluitates fuerint in intestinis grossis sola sufficiunt clisteria. Si vero in intestinis gracilibus et stomacho indigem' medicina exhibita per os: cum clisteria non ascendant nisi vsq̄ ad yleon. et huiusmodi lenificatio est necessaria in principio omnium febrium putridarum nisi vēter sponte fuerit lenis. ¶ Si vero in febribus sit opus flebotbomia primo. precedat huiusmodi lenificatio. deīde fiat flebotbomia. Deinde post flebotbomiā iterum venter leniendus ē si non fuerit lenis. Si vero non sit necessaria flebotbomia ab hac lenitione incboandum est. nec regulariter in p̄ncipio sunt exhibende medicine euacuantes materiam febris. Hec autem lenitio facienda est ad educendum superfluitates prime digestionis chilum corruptum humores et quecūq̄ nociua continentur in stomacho intestinis et extremitatibus venarum meseraycarum. Hec enim materie in febrientibus putride facile corrumpūtur. et corrupte fouent ⁊ augent febrem: quamuis non sint materie proprie febris. Et secundo ad cōtemperandum caliditatem febrilez. Quapropter debent diuersificari ꝺm gradum caloris febrilis. Et tertio ad aperiendum vias vt natura faciliter possit expellere superflua a toto corpore ad intestina. ¶ Notandum secundo q̄ solutiua superius scripta i textu posita sunt satis lenia: et i habente ventrem notabiliter stipticum parum operarentur aut forte nihil. forte enim inter ea est māna qđ exhibitū in parua quātitate sicut iubet parū operaretur. Et si detur in notabili quātitate: vtputa ij. ℥. solum coleram sua proprietate et aliquando flegma ꝺm diuersitatem rerum super quibus cadit. Horum autem humorum electio non est illud qđ queritur ab Auicē. in hac lenitione. propterea necessarium est ipsum in parua quātitate miscere cū notabili quātitate aq̄ ordei aut alteri' lenientis et nō eligētis. ¶ Medici tamē huius temporis cōmuniter vtuntur cassia dissoluta cum decoctione fructuum. vt Recipe floris cassie. ℥. vnam aut. ʒ. x. trahantur cū decoctione fructuuz que hoc modo est ordinanda. Recipe prunorum numero. iiij. iuiubarum sebesten. añ. numero. x. violarū. ʒ. i. buliant in sex. ℥. aque ad consumptionem medietatis: sed viole ponantur in fine decoctionis et cum hac cassia trahatur et dissoluatur. q̄ si calor febrilis fuerit magnus his potes addere tamarindos. Et quamuis cassia electiue educat coleram ⁊ flegma de hoc non curat cum operetur sine agitatione et molestia. et in melancolicis ponerentur ad coquendum cum suprascriptis flos boraginis ⁊ buglosse et in flegmaticis aliq̄d mellis. ¶ Tertio notandum q̄ clisteria sunt magis dilecta q̄ medicine exhibite per os maxime post flebotbomiam regulariter factam que nō debet fieri nisi stomacho et intestinis prius a superfluitatibus mundatis. Clisteria enim sufficiunt ad educendum feces que in intestinis grossis continentur que de facili in eis in paruo tempore congerūtur. et cum hoc minus agitant et debilitant quaz medicine sumpte per os. Sed vbi nō est opus flebotbomia aliquādo melius est vti clisteribus. aliquando medicina leniēte ꝺm diuersitatē repletionis intestinoꝝ grossoꝝ tantū aut stomachi ⁊ intestinorū graciliū

De euacuatione materierum communium.

Prefert clisterium ceteris medicinis.

sitis extintionem aliq̄d aque cōcedit̄ aut quando
aliquid ei⁹ ꝑmiscet̄ cū sirupo aliquo aut electua/
rio vino granatoꝝ aceto et similibus. Et sicut q̄n
aliq̄d ipsius hora cibi cum vino permiscet̄ aut q̄n
secuʒ aliq̄d ʒucchari ꝑmiscet̄. ¶ Pro huius decla
ratione consideranda sunt duo. Primo qualis sit
feb. in qua exhibetur. scđo cōsiderande sunt cōdi/
tiones indicātes et prohibētes potū aque. Si er/
go febris fuerit incensiua multū sicut causon aut
aliqua pestilentialis intensi caloris. tūc in his nō
est exhibenda pauca aqua frigida. timemus eniʒ
maiorem ebulitionē sicut dictum est de intētione
Auicen̄. in cap. de cura pestilentialis. et de inten/
tione Gal. tertio regiminis acutoꝝ de habētibus
coleram multā sub diafragmate: in quibus aqua
addit inflāmationeʒ. Et sicut: in illis febribus in
quibus succus angurie cōuertitur in colerā. q̇nto
colliget. cap. penultimo. in his non est danda aq̄
frigida in pauca quātitate: sed ī multa. ¶ Sed di/
ceres pono ꝙ adsint alique conditiones ꝓhiben
tes potum aque frigide sicut ꝙ materie sint crude
grosse aut nondū venter sit lenitus aut ꝙ sit stoma
chi debilis et similes. Dico ꝙ in his casibus ē ex/
hibenda aqua ꝑmixta cū sirupo acetoso vino gra
natorū aut aceto et similibus potentia frigidis. ⁊
detur in notabili quātitate. non eñ timēda est fa/
cilis ipsius inflāmatio sicut quādo daretur pura
his potentialiter frigidis prohibētibus ipsi⁹ ebu
litionē: et quia faciunt ip̄am citi⁹ penetrare. Vel
aliter scđm Gentilem detur calida et in notabili
quātitate. adiuuabit eñ ad digestioneʒ humoris

Gentilis.

sitim extinguet humectando. et humores qui sunt
causa sitis a stomacho lauādo neq̧ timetur inflā/
matio corporis per ip̄am. tum q̄ citius penetrat
⁊ a corpore educitur. tum quia per antiparistasim
non inflāmat corpus sicut aqua frigida. ¶ Utruʒ
autē ipsa cōmixta cū alijs rebus debeat dari ī fe/
bribus non multi caumatis calida vel frigida fa/
cile potest innotescere ex dictis. Si eñ eger sit cō
suetus potui aque frigide et tēpus sit estiuū ⁊ hu/
mores non sint grossi crudi neq̧ patiatur anxieta
tem stomaticā neq̧ ap̄a intrinsecū aut alia ꝓhi
bentia aquā frigidā debet dari actu frigida: et cū
ea distemperari sirupi siue electuaria et reliqua q̄
secum permiscentur. Si vero ad sint conditiones
contrarie debet dari actu calida.

Sed his ita determinatis superest vt re
spondeamus ad rationes
adductas in ɔtrariū. ¶ Ad primā cū dicit̄ ꝙ Auic.
in anxietate stomaticha ꝓhibʒ potū aque frigide.
Respōdetur ꝙ ꝓhibet potū aque frigide quando
humor ē imbibitus. tūc eñ non debet potare nisi
aquā calidā ad abluendū humorē illū nisi alie cō
ditiones indicantes potū aque frigide essent for/
tiores. tunc eñ postponeretur anxietas stomati/
cha vt ꝓhiberet̄ in corporis exiccatio. Et quāuis
Auicen̄. dicat ibi ꝙ potus aque frigide addat in
febrem intelligit de aqua frigida exhibita: quan/
do nō oportet: vt ibi se exponit: vt quia forte ad/
sunt opilationes et humores sunt multi grossi in/
digesti. ¶ Ad scđam cū hypo. dicit ꝙ aque nulli⁹
est vsus: nisi quia ī acutis bibitur morbis. licet nō
in oībus vt pʒ ex determinatis in questione. et q̄n
hūores sunt frigidi non cōuenit siue sint subtiles
siue grossi. Ad tertiā dicitur ꝙ aqua: in q̇bus valde
multa colera dñatur sub diafragmate nō cōuenit
ī pauca quātitate: sed ī multa: eo ꝙ in pauca quā/
titate calefit euaporat: et amplius corpus inflā/
mat: sed m̄ltā caliditatē subito extinguit: neq̧ cre/
dendū est ꝙ conuertatur in colerā cum sit simplex:
sed in pauca quātitate calefaciendo facit coleraʒ
ebulire. ita vt videat̄ in colerā conuerti. ¶ Ad quar
tam dicitur ꝙ aqua frigida nō sedat sitim quā se/
dant multi alij potus sicut aqua frigida cum vi/
no granatorū aut aceto et similibus: non tamē est
absolute negandū ipsam sedare sitim. ¶ Ad q̇ntā
dicitur ꝙ aqua frigida multū innanitis non con/
uenit pura in magna quātitate: sed esset cuʒ alijs
rebus permiscēda vtputa iuleb et similib⁹: sed nō
oīa corpora febrientia sunt multuʒ inanita. ¶ Ad
sextā dicitur ꝙ non tantū sedat sitim neq̧ tantum
humectat quātū multi alij potus. ¶ Ad septimaʒ
loquitur ɔparatiue ad alios potus sicut dictū est.
¶ Ad vltimam dicitur iuxta determinata in que/
stione ꝙ in pestilentiali et in febribus ardentibus
debet exhiberi in magna quātitate: ita etiam aq̄
ordei. et alij potus: non tamen alij potus sunt ita
apti corpus inflāmare sicut pauca aqua frigida
cum sint actu et potentia frigidi. ¶ Preterea non
tanto tēpore retinentur: sed transeunt et transmu
tantur in humiditates. sunt enim magis a natu/
ra dilecti quā frigida aqua.

An sit expectan/da digestio in/exhibitione aq̄/frigide.

Dubitatur scđo an ꝓ exhibendo aquaʒ
frigidam in febribus hūora
libus sit expectanda digestio. ¶ Pro cuius decisio
ne premitto ꝙ febres humorales in quibus con/
uenit copiosus aque frigide pot⁹ sunt febres san/
guinee vel colerice. longinquū est enim ꝙ in fleg/
maticis aut melācolicis conueniat copiosus aq̄
frigide potus. ¶ De sanguineis autem dicenduʒ
est ꝙ si pendeant a sanguine buliente absq̧ putre
dine in quo nō sit aliud peccatum preter multitu/
dinem et ebulitionē statim nulla expectata dige/
stione ē exhibenda aqua frigida. Si vero sanguis
sit putridus tunc aut cum putredine sua declinat
ad grossitiem et est expectanda digestio. Si vero
declinet ad subtilitatem non est expectanda dige
stio cum per potuʒ aque frigide digeratur. Si au
tem feb. fuerit colerica ⁊ pendeat a colera subtili
per simile fundamentum non est expectanda dige
stio. Si vero pendeat a colera grossa debet dige/
stio expectari. ¶ Contra determinationem istam
instatur per Ga. nono terapentice. qui vult quod
quamuis flebothomia in omni tempore conue/
niat tamen potus aq̄ frigide cōuenit apparētib⁹
signis digestiōis. Idē sētit Auer. vij. colligʒ dicēs
ꝙ prima

ꝙ prima conditio attēdēda in potu aque frigide
Auerroys. est ꝙ materia sit digesta. licet Auerroys ibidē si/
bi cōtrarius videatur cū dicit. melius est exbibere
aquā frigidā in principio sine apparitiōe signoꝝ
digestionis et nō curare de dictis antiquoꝝ ꝯtra
boc. ¶ Preterea natura ꝓ faciendo crisim in sino/
cba expectat digestionē. ergo medicus q̄ est imita
tor nature debe idē expectare. ¶ Preterea in cau/
sone que pēdet a materia subtili expectatur dige
stio ab aliabate tertio practice de regi. sa. febriuz
per victū et a Cassio felice in cura causonis. ¶ Ad
primū dicendū. ꝙ licet nō sit necessariū i sinocba
sine putredine expectari digestionem pro dando
aquā frigidam. vtile tamē esset si apte posset expe
ctari digestio. dicit ꝙ illud est cōuenientius si apte
fieri potest. Cū vero dicit Auer. nō esse expectādā
digestionē intelligit ꝙ imminēte necessitate non
bene dante indutias nō opꝫ ipsam expectari. Et
similiter est Ga. interpretādus qui iubet digestio
nem expectari ad boc. ¶ Ad aliā rationeꝫ dicit̄ ꝙ
natura expectat in sinocba quātūcūqꝫ sit sanguis
optime digestus ꝓm qualitates manifestas vt im
primat in eū proprietateꝫ qua facile sibi obediat
et vt babeat adiutoriū supercelestē quo fortificet̄
in sua opatione: sed non opꝫ medicuꝫ boc expecta
re. satis eñi natura iuuabitur ꝑ extinctionem sui
Aliabas. cōtrarij ab aqua frigida. ¶ Ad Aliabatē autem ⁊
Cassiū felicē expectātes digestionē in causone dr̄
ꝙ expectant ipsam in causone pendente a colera
grossa. ¶ Et ex bis patet solutio ad questionē an
medicus debeat expectare diē creticā pro dando
aquā frigidā. dicitur eñi ꝙ si apte potest expecta/
ri esset melius vt cū auxilio aque frigide cōiunge
retur auxilium supcelestē: sed iminente necessitate
festinationis nō debet tardare. ¶ Cōtra. sequit̄
ꝙ si materia esset grossa et cruda imminēte neces/
sitate festinationis non debet expectare digestio/
ne contra determinata superius de intētione Aui
ceñ. ¶ Respōdet̄ ꝙ si egritudo nō daret indutias
vt materia possit digeri: aut forte vides alteratio
nem in materia ꝓcedentē in malignū: vt quia inci
pit vrina tepefieri aut denigrari. meli⁹ est nō expe
ctata digestione dare aquam frigidā: sicut et qn̄qꝫ
in materijs malignis damus solutiuuꝫ non dato
digestiuo. Qd̄ autē dictū est superius ꝙ in mate/
ria cruda expectāda est digestio intelligit̄ vbi nō
īminet magna necessitas festinātie sed in sangui
ne ebuliēte et col'a subtili nō tantū cogimur expe
ctare digestionē sicut in colera cruda grossa. etiaꝫ
imminēte pauca necessitate festinātie dabim⁹ in
sinocba sine putredine et febre pendente a colera
subtili aquā frigidā sperādo ꝙ ꝑ eam colera sub/
tilis digeratur et sanguis ebuliens nō incrudet̄.

¶ Jmmo cum videris calefactionem for/
tem et complexionem et siccam et euacua/
ueris: tunc quandoqꝫ concedes infusioneꝫ
fieri in aqua frigida apud declinationem
et apparitionē digestionis et euacuationē
humorum et non est malum vt administre
tur balneum et potus vini cōmixti subtilis
et inunctio cum oleis lenificantibus.

¶ Jn parte presenti docet vsum aque frigide ab
extra. s. per modum infusionis aut balnei. et gra/
tia buius loquitur de balneo aque calide ⁊ de vsu
vini ⁊ similibus dicēs ꝙ cum videris bec quatuor
scꝫ calefactioneꝫ fortē febrilem et complexionem
naturalem calidam et siccam. et tertio ꝙ euacua/
ueris. et quarto ꝙ egritudo sit apud declinationē
idest in statu aut declinatione vniuersali: qd̄ co/
gnoscitur per apparitionem digestionis et eua/
cuationē bumorum. tunc quandoqꝫ concedes in/
fusionem fieri in aqua frigida ita vt in ea infrigi/
dentur extrema ꝓm ꝙ dicetur in cura tertiane: aut
ꝙ totū corpus balneetur ī ea scd̄m ꝙ placet Ga.
xj. terapeñ. ix. ca. scd̄o dicit ꝙ non est malum vt ali
quando in febribus administretur balneuꝫ aque
dulcis calide et potus vini subtilis cōmixti. s. cuꝫ
aqua. ¶ Jtem ꝙ administretur inunctio cuꝫ oleis
lenificantibus. idest poros aperientibus et dila/
tantibus.

Dubitatur gratia primi dicti vtrum bal
neum aque frigide aut eius De balneō aq̄ frigide.
infusio competat in febribus putridis. ¶ Pro so
lutione buius dubij premittendum ꝙ iuuamenta
aque frigide exterius applicite in febribus sunt.
primum caumatis febrilis extinctio. secūduꝫ are
factionis et superflue siccitatis probibitio. et ter
tium caloris naturalis confortatio. Nocumenta
aūt sunt caloris naturalis extinctio. et cōsequēter
virtutum omnium debilitatio. Secundū est mem
brorum neruosorū percussio. et consequenter eoꝝ
dolor et spasmus. tertium opilatio. quartum ma
terierum incrudatio.

His premissis sit bec prima conclusio Conclusio.
Jn nulla febre flegma/
tica aut melancolica interpolata aut cōtinua ꝓ/
portionali conuenit balneū aque frigide. Jsta cō
clusio est de intentione auctorū maxime Auiceñ.
in cap. de flegmatica. et etiā bene discurrenti per
iuuamenta et nocumenta suprascripta facile in/
notescit ꝙ balneuꝫ aque frigide sit in bis febrib⁹
aptū multum nocere et parum prodesse. ¶ Secū/
da conclusio. in febre pendente a materia calida
ante digestionem non conuenit balneū aque fri/
gide ꝓcipue materia existente multa grossa. Jstaꝫ
cōclusionē Auicē. manifeste ponit in littera. d. in
administratione balnei aque frigide debere pre/
cessisse euacuationē et digestionē. ¶ Tertia cōclu
sio. in omni febriente febre acuta et sanguinea vel
colerica ꝓcedēte digestione et euacuatione cōue/
nienti cuius ꝯpl'o sit calida babitudo carnosa vel
nō multum extenuata et etas iuuenilis ipso etiaꝫ
non existente debili scd̄m aliqd̄ membrum nobile
nec babente opilationē aut apa. et consueto bal
neari in aqua frigida tēpore calido cōpetit bal/
neum aque frigide. cōclusio ptꝫ cū extinguat cau
ma febrile et exiccationē probibeat et forte calo/
re vigorato sit causa sudoris. xj. terapeñ. idē sen/
tit Ras. xvj. cōtinētis. ¶ Quarta ꝯclusio. lꝫ corpo
ri aliqualiter extenuato timore arefactionis bal/
neū aq̄ frigide ꝯueniat: tuti⁹ tñ ceteris parib⁹ cō
cedit̄ in corꝑe carnoso ⁊ magis īfrigidatiuū. ꝯcl'o
ptꝫ: qꝛ lꝫ in corꝑe carnoso noceat vapores cōclu/
dendo. et cal'm interi⁹ fortificādo: tñ in extenuato
ml'to magis nocet ꝑtes discooꝑtas ꝑcutiēdo ⁊ ca
lorē innatū extinguēdo. Adde ꝙ sicut dicit Ga. xj.
terapē. loco supius allega. cal'm interius fortifi/
catū mouet materias exterius cū sudore aut forte
eas cū fluxu expellit. ¶ Quita ꝯcl'o. i iuuene bene
carnoso ⁊ estate media bñ ꝯueīre pōt i ꝯtiana ca/
lorē iteri⁹ fortificādo. ꝯcl'o ptꝫ. v. afforis. affo. 22.
¶ Sexta ꝯcl'o. cōiter aq̄ frigide balneū vitādū est
i febre putrida q̄cūqꝫ. pꝫ ꝯcl'o. qꝛ scd̄m ph'm ꝓpter
tale balneum plura sequuntur nocumenta quam
iuuamēta. ¶ Jtem. quia cōiter ad boc balneū sūt
inconsueti. et tertio quia difficile est metiri moraꝫ

balnei fm quātitatē sue frigiditatis ꝛ corporū di
spositiōes.quibus balneū cōuenit. ¶ Adde qđ est
remediū multū notatū.et cōtra cōmunē oim opi
nionē:vnde si res transiret iu sinistrū cederet ma/
gno decori. Ego eñi cum practicauerim.xxxv.an/
nis nūꝙ balneaui nisi vnū patientē causonē cum
fluxu sauguinis nariū preter modū superfluentē
qui eadē die a causone et a fluxu sanguinis sana/
tus est:ꝛ magis ipm balneaui ꝑpter fluxū sangui
nis:cū alia remedia nō cōferrēt:quā propter cau/
sonem.et cōfisus sum maxime ꝑpter hoc: qꝛ cōti/
nue in aquis natabat. ¶ Septima cōclusio si feb.
est interpolata aut cōtinua proportionalis me/
lius est ipsum balneare in hora temporis aut quie/
tis. Ista cōclusio est de intentione Raſ.xvj.conti/
nentis. vbi ad literam dicit iuuenis carnosi cor/
poris non debet habere horibilem nisi post decli
nationē particularem balneationē cū aqua frida
Et rōne probatur: quia balneum tunc applicatū
sufficienter extinguit calorem in mēbris impssum
et cum hoc non retinet materiam paroxismalez nec
prohibet eius euaporationem.

De balneo dul cis aque.

Dubitatur secundo. vtꝝ balneum aque
dulcis calide cōpetat ī febri
bus putridis. ¶ Pro solōne dubij ꝑmittenduz est
ꝙ balneum aque dulcis calide duplex:ē eñi qđdā
in quo parua mora contrahit̄ factū solūmodo ad
remouendū sorditiē que est in poris et eoꝝ aptio/
nem et aliqualē corporis humectationē. aliud est
balneū in quo notabilis mora ꝯtrahit̄ factū non
solum ꝑpter suprascriptas vtilitates:sed etiā ad
resolutionē materie febris. ¶ Premittendū scđo
ꝙ materia fe.quāto ē paucior subtilior digestior
ꝛ poris cutis propinquior tanto est aptior vt per
balneū resoluat̄ et sub forma sudoris educatur. ꝛ
ecōtra se hȝ habēs conditiōes oppositas. ¶ Pre/
mittitur tertio ꝙ iuuamenta balnei de quo supra
sunt cutim a sorditie abluere:poros apire: hume/
ctare:materiā resoluere: et nutrimentū per mem/
bra distribuere. Nocumenta autē sunt inflāmare
spūs:resoluere:materiaȝ liqfacere: q̄ liquefacta ꝑ
membra fluit.ꝛ cū alijs hūoribus permixta ipos
inficit et putrescere facit. Et amplꝰ fluēs ad mē/
bra debilia ipsorū debilitatē ac nocumēta fouet
et auget.

Cōclusiōes va rie de balneo aque dulcis et calide.

His premissis fit hec prima cōclusio.
licet in febribus putri/
dis pendentibus a materia grossa multa cruda a
poris distāte non cōpetat balneū aque dulcis ca
lide in quo notabilis mora cōtrahat̄: balneū ta/
men pauce more aliqñ ꝯpetere pōt. Prima pars
cōclusionis manifesta est ex suprascriptis cū mul/
ta nocumēta et pauca iuuamēta sint merito talis
balnei apta cōtingere. Scđa pars ꝯclusionis est
de itētiōe Auic.in ca.de cura q̄rtane. Et igrediat̄
balneū ī die scđo si q̇dē fuerit digestio fm descri/
ptionē:ꝛ si nō fuerit digestio nō fiat nisi ī eo īfusio
aq̄ calīe q̄tītate q̄ delectat corpꝰ ꝛ hūectatminꝰ ꝙ
ꝑueniat ad hoc vt calefiat ex ea humor. ¶ Et cōfir
matur.quia ex tali balneo pauce more fiunt iuua
menta superius scripta et pauca aut nulla nocu/
menta. ¶ Scđa cōclusio. in febribus pēdentibus
a materia pauca subtili digesta poris propinqua
nō existente debilitate in aliquo mēbro nobili cō
petit balneuȝ aque calide.cōclō nota est ex supra/
scriptis:cū plura sint apta sequi iuuamēta et pau
ca nocumēta. Dicit autē nō existēte in aliquo mē/
bro nobili. Nam debilitas mēbri a q̄cunq; causa
prouenīat facit vt materia ab alijs mēbris ad ipȝ
trahatur.et sic amplius nocebitur et debilitabit̄.
¶ Tertia cōclusio.in febribus pendentibus a ma/
teria medio modo se habēte inter cōditiones ꝓhi
bentes balneū de quo supra et suadētes ipsiꝰ ad/
ministrationem iudicium de administratione eiꝰ
est mediū.hec ꝯclusio nota est ex suprascriptis.
¶ Preterea auctores nō expectāt talem digestio/
nem et euacuationē in tertiana pura:sicut in reli/
quis febribus. ¶ Quarta cōclusio.i febre putrida
aliqua particula nō ꝑncipali existente debili bal/
neum cōtingēter erit cōuenientius quā illa ꝑticula
nō existente debili.probat̄.nam existēte pede de/
bili et incursuro podagrā balneū erit causa vt ma
teria feb.que sine alio auxilio esset mortalis fluat
et permutet̄ ad pedes et faciat podagrā salubrē.
et hanc conclusionē sentit Gal.xj.terapeñ.ij.cap.
cuius littera. Si vero quidē nulla particula ꝑnci/
paliū imbecilis fuerit:et aliqua non ꝑncipalis ī/
becillis existat:quēadmodū in podagricis quidē
pedes.et arteticis vniuersi corporis articuli maxi
ma quidē vtiq; ex balneo laboranti ad salutē ꝑfe/
cta est pars particulis suscipientibus suꝑfluita/
tes imbecillibus.similis sentētia habet̄.xvj.conti
nentis. ¶ Quinta cōclusio.balneū in putridis:fm
plurimū debȝ administrari post digestionē et no
tabilē materie euacuationē.conclusio patet: quia
sic administratū est aptū educere materias cū sint
per digestionē equate.et cum hoc quia sunt pau/
cificate sunt apte minus fluere per mēbra.ꝛ sic mi
nus opilare et alios humores inficere. est etiam
de intentione oim auctorū.verū in tertiana pura
tutius administratur antē cōpletaȝ digestionē et
multā euacuationem.ꝑpter colere subtilitateȝ vt
manifeste sentit Raſ.xvj.continētis vbi ad litte/
ram.verū in tertiana nō nocebit:sed eger balneet̄
ante digestionē. ¶ Sexta cōclusio balneum hmōi
conuenientius administratur in tempore aut quiete
feb.aut in declinatione particulari q̄ in alijs tem
poribus.cōclusio probatur.simile est de balneo ꝛ
reliquis euacuatiōibus: sed relique euacuatiōes
administrant̄ cōuenietius in tēpore q̇etis aut de
clinatione:aliorum paritate supposita.quare.ꝛc.
¶ Ex predictis infertur ꝙ balneū qđ administra/
tur in reliquis egritudinibus preter febres sicut ī
spasmo paralisi.colica dolore renū matricis et si/
milibus conuenietius administratur digesta ma
teria et minorata quā a principio. Et ꝙ si opus ē
ipsum administrare a principio eger paruȝ debet
in eo morari vt solum dolor et accidentia infesta
sedentur et materia non liquefiat. ¶ Ultima con
clusio.rarius apud nos est vtendū balneo qui su/
mus insueti q̄ apud consuetos.cōclusio patet: cū
consuetudo sit quasi altera natura. Si que etiam
alie rationes et auctoritates adducentur contra
hanc determinationē facile ex predictis solui aut
glosari possunt.

An vinū cōpe tat febricitanti bus.

Ultimo dubitatur vtrū vinū cōpe
tat in febribus
¶ Pro cuiꝰ dubij determiatiōe ꝑmittēdū ꝙ vinuȝ
de quo hic ē sermo est vinū de vuis maturis nō ex
granatis pomis citonijs.et hmōi. ¶ Premittitur
scđo ꝙ licet vinū hmōi multas recipiat distictio/
nes fm diuersitates vuaꝝ:diuersitatē locoꝝ:diuer
sitatē etatis sue:diuersitatē artificij.et alia hmōi
dicta: tātūmō diuersitates eiꝰ que ꝓ dubij solu/
tiōe oportune sūt videbūt̄. ¶ Est ḡ sciēdū vt pōt
cognosci ex dictis auctoꝝ et expientia quadam ꝙ
vina reperiūtur trplicia:quedā frigida:q̄dā vino/
sa notabiliter calida:quedā media inter hec paꝝ
calida

calida et satis equalitati propinqua primoꝝ q̄dā sunt acria existentia alba aut rubea per quorū potum multi sentiūt eorū stomachos manifeste īfrigidari. Quedā autem sunt quodāmodo insipida aquosa aque in colore similia: de quibus loquitur Gal. in libello de vuis in principio. Uinū aquosum nominant homines id qd̄ assimilatur ꝭm colorem aque. Dyafanū enim est ⁊ lucidum et purū et consistentia subtile apparet: et gustui videbitur forte nullum saporem habere. et cū cōmiscet cum aqua nō tolerat multe aque mixtionē. vnde vinuz hoc pauciferum vocatum est. et in eodem libello. Album vero et austerum iuuenile infrigidat sensibiliter. et alibi. nec caput debile tangens nec neruos debiles. Uina autem notabiliter calida sunt multiplicia alba et rubea dulcia et acuta austera acria. quorum diuersitas gustando facile comprehendi potest. Et hec vina cū sunt noua corpus humectant et per antiquitatē siccitatem acquirunt. Media autē inter hec similiter recipiūt multiplicem diuersitatem in colore sapore. et modo substantie sicut priora. ¶ Premittendū tertio ꝙ vinū competere in febribus potest intelligi tripliciter vno modo ꝙ competat ratiōe febris. scd̄o modo ratiōe cause eius. tertio modo ratione dispositionum que in febribus complicant̄ sicut est frenesis sincopis spasmus paralesis dolor stomachi intestiniorum et similia.

Cōclusiōes de exhibēdo vinuz febr.

His premissis sit hec prima cōclusio scd̄m plurimū vinū nō competit febrientibus ratione feb. probat̄. nam scd̄m plurimū vinū est corporis actu febriētis calefactiuū. ergo cōclusio vera. assumptū probatur. nam vina vinosa preter modū calefaciunt. media magis quā opz. frigida autē ꝭm plurimū nō sufficienter infrigidant. Dico aūt ꝭm plurimum: qr posset esse feb. ita remissa ꝙ sufficiēter infrigidarent. Et ex hac sequitur vinū ratione feb. non cōpetere in ethicis nec in effimeris. licet forte ratione restaurationis et proprie in ethicis sit aliquādo eius administratio necessaria. ¶ Scd̄a ꝯclusio nec in colericis febribus nec sanguineis ratione feb. aut cause eius competit vinū nisi in declinatione probat̄. quia vsq; ad statum nimis inflammat aut nō sufficiēter infrigidat vt potest patere ex dictis superius: sed in declinatione vinū frigidum et proprie aquosum qd̄ .xj. terapēti. ix. ca. vniuersas mouet execrationes: confert aperiēdo ꝓuocando et virtutē cōfortando. et concedit̄ in tempore aut quiete nō autē tempore actualis feb. Et cum causon et sinocha non habeant quietes aut tepores saltē manifestas nō ꝯuenit nisi ꝓpe finē declinationis. Et hec oīa sentit Gal. de vuis superius allegato. ¶ Tertia cōclusio licet in febribus flegmaticis et melācolicis quātū est ratione feb. non cōpetat vinū a principio: tamē post manifesta signa digestionis et materie minorationez ratione cause vinū etiam calidū debet cōcedi q̄nq; probatur: quia in principio nimis aperit et prouocat qd̄ in p̄ncipio non est conueniens: sed post manifesta signa digestionis optime conuenit digerendo et virtutē confortando qd̄ debet exhiberi tēpore maioris quietis et limphari ꝭm oportunitatem. in flegmaticis tamen cōuenit vinū sicci⁹ q̄ꝫ in melācolicis merito humoris. Quarta cōclusio sicut in febribus oībus ratione sincopis vinuz in: quocūq; tēpore debet concedi. sic etiā in febribus oībus timore frenesis in quocūq; tēpore debet ꝓhiberi. ꝯclusio quātū ad primā partē est. G. xj. terapenti. cap. iij. Et Auic. vndecima tertij. Et probatur ratione: qr in tali casu opz corpus nutrire: spūs fouere: et cito restaurare. hoc aūt maxime facit vinū: qd̄ debet esse subtile aromaticuz: dz tn̄ limphari ꝭm exigentiam feb. ꝓpterea saracenis: q̄bus est vinū ꝓhibitū per legē: ꝯcedit̄ timore sincopis. vij. colliget. ¶ Ex quo īfert̄ ꝙ si sincopis ꝓueniret ꝑ multitudinē materie p̄focantis spūs in corde non debet vinū exhiberi cū potius adderet in p̄focationē. Et quo ad scd̄am partē etiā est manifesta cū omne vinū sit vaporatiuū ⁊ moueat materias ad caput. Quid aūt faciendū sit si simul cōcurrūt timor sincopis et frenesis. pōt esse manifestū ex dictis Auicē. quarta p̄mi. vltimo cap. Intendēduz est eñi dispositiōi de qua maior ē timor altera nō neglecta. ꝙ si timores sint eq̄les melius ē vinū omittere: cū virtuti cū aq̄ carnis et similibus minus nocētibus in frenesi subuenire possimus. ¶ Quinta cōclusio vinū dulce cōiter in febribus ē euitandū nisi cū adest necessitas excreādi sicut cū egritudines pectoris et pulmonis materiales cōiungūtur. cōclusio ptz. est eñi aptū opilare epar ⁊ mēbra naturalia. licet pulmonē deopilet. x. tertij. ¶ Sexta ꝯclusio in febrib⁹ apatū nō cōuenit vinū nisi in declinatione. ꝓbat̄: qr ante declinationē vehit materias ad mēbrū apatū: sed ī declinatione iuuat ad eorū resolutionē. ¶ Ultima ꝯclusio cōcedendo aut ꝓhibēdo vinuz in febrib⁹ aut reliquis dispositionibus multū opz attēdere cōsuetudinē nā multū cōsuetis et affectātibus et nō noceri solitis a vino facilius ex minori causa ipm cōcedere debem⁹. et in cōtrario modo se habētib⁹ ecōtra magnā eñi vim in vnaquaq; re hz cōsuetudo. vt ē apud Gal. in lib. de v̄tute cōsuetudinis. ꝙ si tibi. q̄ auctoritates et rationes videātur ꝑsuadere ꝯtra hanc determinationē facile ex predictis possunt glosari et solui. Superuacuū nāq; et inutile mihi videtur in vnoquoq; dubio ratiōes ad partes adducere.

¶ Et cum administraueris canones predictos in principio accidentiū febris: tunc oportet post illud vt tu occuperis in digestione et euacuatione que non est scd̄m semitam desiccationis et minorationis et iā diximus eam: immo scd̄m semitam abscisionis cause.

¶ Auicēna in parte precedenti posuit canones in euacuatione materierum cōmuniū exequēdos in principio febriū. in parte presenti ponit canones in euacuatione materierum propriaꝝ exequēdos post principium. Et primo cōtinuat sequentia ad precedentia. secundo ponit hos canones exequēdos post p̄cipiū. secunda ibi. (Et non euacues) In prima parte dicit ꝙ cum administraueris canones predictos. i. fueris illos executus in principio accidentie feb. i. cum febris accidit in principio. tunc oportet vt post occuperis in digestione et euacuatione que euacuatio non est ꝭm semitaz minorationis. i. euacuationis materierum cōmunium que apud arabes vocatur exiccatio q̄ dicta est superi⁹: īmo ē illa q̄ nūc dicēda ē ꝭz semitā abscisiōis cause. i. euacuatiōis ꝓprie materie facientis febrē. Deinceps eñi intēdit ponere canones ꝓ digestione et euacuatiōe materie ꝓprie ipsi⁹ feb. Si aūt text⁹ dicat in p̄ncipio accidentiū febriū nō intelligas ꝑ accidētia solū illa q̄ sequūtur febres sed quecūq; aliquo modo febri in principio cōiūguntur sicut cruditas materie et reliqua omnia.

¶ Et non euacues materiam indigestam in calido aut frigido nisi propter necessitatem.

¶ In parte presenti prosequitur ponendo canones in euacuatione materie. et diuidit in quatuor partes. In prima ponit canonem generalem. s. ꝙ non euacues materiam indigestam nisi ꝑpter necessitatem. In secunda parte reprobat opinionem Ras. sententis contrarium. In tertia parte ostendit in quibus casibus est euacuandum ante digestionem. In quarta ponit quosdam canones particulares circa euacuationem materie ꝓprie ibi scd̃a. (Et nō auscultes virum.) tertia ibi. (Cū autem materia est plurima.) Quarta ibi. (Cum ergo exerces euacuationem.) prima in duas. In prima ponit canonem cum exceptiua sua. in scd̃a probat ipsuz. scd̃a ibi. (Fortasse enim.) In prima dicit ꝙ medicus non debet euacuare materiā indigestam in calido aut frigido. s. morbo nisi propter necessitatem que necessitas inferius declarabitur vbi ostendetur in quib⁹ casibus est euacuandum ante digestionem.

¶ Fortasse eniz multiplicatur euacuatio humoris non peruenientis ad statū per digestionem vt euacuetur. et fortasse nocet euacuatio maturationi. et fortasse permiscetur cum ea malignū cum bono ꝓpterea ꝙ mouetur malignū absq̧ digestione sua.

¶ In parte p̄senti probat canonē suprascriptū. s. ꝙ nō sit euacuandū ante digestionē tribus rationibus. quarum p̄ma est ista: quia sic euacuabitur humor. s. qui nō debet digeri neq̧ p̄parari ad hoc vt euacuetur: immo digeri debet digestione preparante ipsum vt nutriat corpus. humoris em̄ boni nō queritur euacuatio. ¶ Secunda ratio quia fortasse euacuatio ante digestionē nocebit maturationi: euacuando. s. subtile magis paratū euacuari et derelinquēdo grossū ineptū digestioni ⁊ euacuatiōi. ¶ Tertia ratio. quia fortasse per hāc euacuationem ante digestionē permiscetur malignū cum bono: propter qd̄ malignū motū ante digestionē non obediēs euacuatiōi agitabitur et non educetur: immo permiscebitur cuz bono: et secum permixtum corrumpet bonū: et sic malignus multiplicabitur. et est sententia Auicen̄. quarta primi cap. iiij. ¶ Notandum primo ꝙ Auicen̄. in omnibus his tribus rationibus replicauit fortasse. In prima quidem: quia contingit aliquando ꝙ solutiuum exhibitum ante digestionem quāuis eque bene illud respiciat humorem bonum sicut malū ꝙ euacuet humorem malum et nō bonum natura existente sollicita de expulsione mali et retentione boni. In secunda etiam ratione replicauit ly. fortasse: quia contingit aliquando humorem indigestum esse propinquū vijs ductuū: quapropter farmacum exhibitum totum euacuabitur. Replicauit etiam in tertia ratione fortasse: quia contingit ꝙ virtus fortis nō sinit humorem malum cum bono permisceri: ⁊ etiam si permisceret̄ fortasse tuetur bonum ita vt a malo non corrumpatur: ꝓpter ergo huiusmodi contingentias raro venientes sub dubitatione loquutus est. ¶ Sed contra tertiā rationem instatur: quia si permiscetur malus cū bono eque bene: immo melius humor malus potest rectificari per bonum q̄ bonus corrumpi per malum natura existente sollicita de rectificatiōe mali et conseruatione boni. Respondetur ꝙ quantūcunq̧ natura sit sollicita de rectificatione mali et conseruatione boni. attamen propter huiusmodi mixtionem mali cum bono sequentē hāc agitationem multo magis est aptus bonus corrumpi q̄ malus rectificari. ¶ Primo quia frequenter sunt humores ita mali ꝙ nullo modo possunt rectificari: sed nūq̄ sunt humores ita boni quin possint corrumpi. ¶ Secūdo quia talis motus ⁊ agitatio humoris disponit ad corruptionē et nō rectificationem. inflāmantur em̄ per motum et ad putredinē disponūtur. ¶ Tertio quia malum habet rationem infiniti. bonum autem finiti. primo ethicorum. Ad hoc enim quod humor. fiat bonus requiritur bona complexio bonus modus substantie debita quātitas: debita permixtio cū alijs humorib⁹ et multa similia: sed ad hoc vt fiat malus sufficit aliqd̄ istorum.

¶ Et tu non auscultes virum qui extimabat ꝙ intentio in digerendo est subtiliare et humor calidus est subtilis. quare nō est necesse vt subtilietur.

¶ In parte presenti intendens reprobare Rasim. primo ponit errorem. secundo ipsum improbat. scd̃a ibi. (Res em̄ nō est.) In prima parte dicit ꝙ tu non debes auscultare viruz istum. s. Rasim qui extimauit. xvj. cōtinentis. ij. cap. ꝙ intentio in digerendo est subtiliare: sed humor calidus est subtilis. quare cum oporteat ipsuz subtiliari nō opz ipsum digeri. est em̄ cum sit subtilis sufficiēter digestus. ¶ Sed pro declaratiōe opinionis Ras. est sciendum. vt apparet in suo continente et almāsore ꝙ ipse rarissime premittit digestiua ante euacuationem siue materia sit calida siue frigida. et hoc tam in curatione febrium ⁊ aliarum egritudinum cōmuniū q̄ in curatiōe egritudinū propriarum. Existimauit enim vt sibi imponit Auicen̄. ꝙ humor calidus cum sit subtilis sit digestus. est em̄ digestio apud eum subtiliatio et nō equatio substantie subtilis per ingrossationem et grosse per subtiliationem sicut placuit Auicen̄. et Gal. cum decimo Almansoris curat tertianam puram ab ipso initio cum mirabolanis et scamonea credit ipse euacuare humorem digestum. Sed cum euacuat humores frigidos grossos non precedentibus digestiuis sicut semper fere facit: licet credat euacuare humorem indigestum existimat illud eē conuenientius q̄ p digestiua exhibita expectare digestionē credēs hoc mō curā egritudinū accelerari.

¶ Res enim est sicut dixit: immo intentio in digerendo est equare substātiam materiei ita vt fiat preparata ad expulsionē facilem et subtilem imbibitum ⁊ grossum fixum et viscosum adherens totum illud nō est preparatū ad expulsionem facilem: immo est necessarium vt inspissetur subtile et subtilietur spissum paulatim et incidatur viscosum.

¶ In parte ista reprobās errorem Ras. primo arguit contra eum rationibus. secūdo auctoritate. tertio ostendit q̇d potuerit fuisse causa erroris. secunda ibi. (Et melius.) tertia ibi. (Et opinor.) Prima in quatuor sicut quatuor rationes contra eum adducit. secūda ibi. (Et si vir iste.) tertia ibi. (Quare non oportebat) quarta ibi. (Si autē nature.) Prima ratio est ista. digestio est preparatio materie ad expulsionē: sed materia potest esse impreparata expulsioni propter subtilitatem: quia imbibitur in porositatibus membrorum: et propter viscositatē:

Champerius. Digestionem diffinit Aristoteles methororum quarto factam esse a naturali et iterna caliditate i humidū et siccum opposita passiua agēte ꝑfectionē: queadmodū ē cerasi: aut pomi maturatio. verūtamē medici alia intētione digestione vtuntur. Auicēna i primis ita diffinitam reliquit. Digestio ē subtilis substātie per igrossationem: ⁊ grosse ꝑ subtiliationez eq̄tio. Rasis autē. xvj. ꝯtinētis medici intētionē in digerēdo putat eē subtiliare soluz. Inde ē ꝙ hūor eo auctore calid⁹ digerēdus nō est. Est em̄ cum sit subtilis sufficienter digestus. Et hac ratione Rasis raro p̄mittit digestiua euacuatiuis: siue sit calida materia: seu frigida. Nō tamē satis videt̄ esse dissonum Hypocrati: Galeno: Auicēne et ceteris: vt limpide apparet ex Auicē ne textu.

pter viscositatem. quia adheret parietibus membrorum: et quia est tenax in suis partibus: et propter grossitiem: quia est fixa. idest difficulter mobilis sua grossitie terrea: et nō potest transire per ductus et loca angusta. ergo oportet ꝙ preparetur adequando substantiā eius: subtilē inspissando: spissam subtiliando: et viscosam incidendo.

¶ Et si vir iste non audiuisset in sermone antiquorū de digestione aliquid anteꝗ̄ dixissem illud et rememoraretur dispositionis digestionis humorum fixorum. s. quia qui de eis subtilis ē indiget vt inspissetur. et qui de eis spissus est indiget vt subtilietur: oporteret vt sciretur hoc per illud.

¶ Scd̄a ratio cōtra Rasim est ista. humor spissus eget subtiliatiōe. ergo subtilis eget ingrossatiōe. tenet cōsequētia p diffinitionē digestionis que ē equatio subtilis substātie humoris: sed ad litterā veniēdo dicit. Si iste vir. s. Ras non audiuisset in sermone antiquorū aliqd de digestiōe ante dicta hic per nos et rememoraretur de dispositiōe humorum fixorū qua scitur subtile egere ingrossatione ⁊ grossum subtiliatione: oporteret necessario hāc notitiā digestionis scire hūorē subtilē esse ineptū eūoni et egere digestione. ¶ Pro parte nota ꝙ humor potest denominari fixus dupliciter. vno mō ineptus eūoni. et hoc mō tā hūor spissus ꝙ subtilis potest dici fixus. et taliter sumitur in hac ratione. ¶ Scd̄o per fixum possum⁹ intelligere q̄escens sua grossitie terrea et difficulter mobile de parte in partē et taliter sumitur in prima ratiōe.

¶ Et quia non oportuit vt in seipso consideraret et diceret. quare vrine in febribus acutis nō habent in principijs eorū sedimē deinde fuerint habētes sedimen et an sedimen laudabile ē aliquid nisi humor faciēs egritudinē qui iam digest⁹ est. quare ergo non expellitur in principijs egritudinis ad salutem si est subtilitas vltima qd̄ intendit in digestione. ergo necessarium est vt sit in principio febrium sanguinis ⁊ colere sedimen laudabile.

¶ Tertia ratio est ista. vrine in principijs febrium acutarū pendentiū ab hūoribus subtilibus sicut sunt colerice et sanguinee non habent sedimen. Postea in pcessu habent sedimen laudabile: qd̄ non est aliud nisi humor faciens egritudinem qui iam digestus est. ergo in principijs humores subtiles a quibus pendēt febres predicte sunt indigesti. et postea digerūtur. tenet cōsequētia. q: si a principio fuissent digesti eque bene tunc apparuisset sedimē laudabile in vrinis sicut in pcessu. humores itaqꝫ subtiles indigent digestione. Et per principium potest intelligi tam principium vle egritudinis ꝙ initium egritudinis. necnon tēpus triū dierum.

¶ Si autē nature non est possibile expellere illam superfluitatem nisi post horā in qua fit preparatio ad expellendum in vrina: tunc similiter opoptet vt sciatur ꝙ arti euacuare humorem ante illam horam in qua apparet digestio in vrina est inconueniens aut difficile malum. Et fortasse mouet et non operatur vltime. et fortasse miscet malignum cum bono.

¶ Quarta ratio est ista. si non est possibile nature expellere superfluitatem facientem morbum nisi postꝗ̄ illa superfluitas expellitur cum vrina sub forma sediminis laudabilis. Similiter nō erit bene possibile euacuare humorem anteꝗ̄ appareat digestio in vrina: immo illud euacuare erit inconueniens et malum difficile. i. notabile. Nam fortasse mouet. s. medicamen exhibitum et non operatur vltime. s. conuenienter. et fortasse permiscet malignum cum bono. vnde per boni corruptionē humor malus multiplicatur.

Dubitatur circa hanc vltimam rationem: quia nō videtur ꝙ hec consequentia valeat natura non euacuat. ergo medicus non debet euacuare: quia Auicen. dicit inferius. Si natura non mouet moue tu hora motus eius. ¶ Dicendū ꝙ si natura non mouet: quia fortasse sopita est aut impotens ad mouendum dato ꝙ materia sit digesta tu debes mouere. Sed si natura ordinate agens non mouet: q: humor sit ineptus tu etiam debes expectare quousqꝫ digeratur et fiat aptus euacuationi.

¶ Et meli⁹ esset homini huic vt bene opinaretur de illis qui fuerunt sicut gal. et hypo. in eis que scripserunt de hoc: et valde attenderet. et tunc rediret ad contradictionem: quia omnis cōtradictor in primis cū est super veritatem est excusatus. Uerū melius esset ei vt non consideraret in consideratione sua.

¶ In hac parte superius diuisa arguitur contra Rasim auctoritate dicens quod esset melius huic homini vt haberet bonam opinionem de Hypocrate et Galeno in his que scripserunt in hac materia et crederet eis: aut si nolebat eis credere debet saltem bene attendere et considerare quomodo essent efficaces ratiōes sue contra eos et tunc cum videbantur sibi efficaces ⁊ fundate super propositionibus manifestis: tunc rediret ad contradictionem: quia omnis contradictor cum est supra veritatem aut existentem aut saltem apparentem est excusatus. Ueruntamen esset meli⁹ vt ipse Rasis consideraret alios a consideratione sua. i. Hypocratem et Galenum propter excellētiam suā. Quibus verbis videtis quātas laudes attribuit Hypocrati et Galeno. et econtra quātū deprimat Rasim. Qd̄ aūt Hypocrates et Gal. voluerint humores tam subtiles ꝙ grossos debere digeri ante euacuationem patet ex afforis. 22. prime particule. et cōmento. Digesta medicari et mouere. non cruda. et in illo afforismo. Et in acutis passionibus. Cōtra Rasim penum.

¶ Et opinor ꝙ raro huic viro acciderunt experimenta que profuerunt in hoc capitulo et acquieuit in eis. Et huius quidem experimentis que non sunt scd̄m canones accidit eis vt nec vnū valeat et accidit eis: vt nec vnum eorum sit signum: hoc namqꝫ est conueniens.

¶ In parte presenti Auicen. ostendit causam erroris Rasis dicentis. in morbis pendentibus a materijs subtilibus non esse expectandam digestionem. Nam cū ipse esset magnus experimentator Causa erroris Rasis.

et multotiens in morbis acutis dedisset solutiua
ante digestionem et bene sibi successisset fecit ca/
nonē generalem in talibus nō esse expectandā di
gestionē:sed dicit ipm Aui.errasse:qꝛ ꝑpter vnaȝ
aut plures experientias que nō ꝓm canones sunt;
non debemus arguere sic semꝑ esse operandum.
Nec vnū experimētū est nobis signū ꝙ sic in alijs
operandū sit.Hoc nāqȝ conueniēs est.s.vt non cre
datur vni experimento et maxime qn̄ est cōtra ca/
nones super manifestis rationibus fundatos.

Dubitatur vtrū viso per experientiaȝ in pluribus infirmis ꝙ medici
na solutiua data ante digestionē liberet̄ febriens
debeamus ex hoc formare canonē generalē ꝙ far
macū solutiuū debeat exhiberi ante digestioneȝ.
Et videtur ꝙ sic.Nam multa sunt sola experiētia
credita sicut operatiōes a forma specifica. nec in
his habemus aliquid per qđ faciamus canones
nisi confirmationē per experientiā vt sumit̄ quar/
to de simplici medicina.cap.v. ¶ Preterea effectu
sequente opationes confirmatur nostrū operari.
scđa afforismo.cōmento.xvij. ¶ Preterea Auic.ij.
canone docet inuenire virtutes medicinarum per
experientiā in quarū inuētiōe iubet obseruari se/
ptem conditiones quas ibi vide.Ex his itaqȝ con
uincit̄ ꝑ experientiā posse formari canonē gn̄alē.

Quid canon apđ arabes.

Pro solutione dubij premittendū ꝙ canon arabice est nor/
ma vel regula.Experientia aūt est notitia in no/
bis acquisita ex operationibus sepe iteratis qua
videmus semꝑ aut scđm plurimū similes effect⁹
sequi. ¶ Premittendū scđo ꝙ experientia qn̄qȝ est
scđm rationē:qn̄qȝ cōtra rationē . aliqn̄ nec scđm
rationē nec cōtra rationē.per rationē aūt intelli/
go notitiā fundatā super ꝑpositionibus manife
ste veritatis.Exēplum primi.vt qꝛ per solutiuum
pluries exhibitū digesta materia frequēter secuta
sit sanitas.Exēplū scđi.vt quia per solutiuū plu/
ries exhibitū ante digestionē frequēter secuta sit
sanitas.Exemplū tertij.vt quia reubarbarū eua/
cuat colerā turbith flegma et similia que sola ex/
perientia comprehensa sunt.

Sed dubitatur quomodo sensus si/ue experientia possit
esse contra rationē:cū ea que sunt cōtra rationem
nūq̄ debeāt euenire:cū sit ratio fundata suꝑ ꝑpo/
sitionib⁹ manifeste vitatis.ea aūt q̄ fiunt ꝓm habi
tum experimentalem semꝑ aut scđm plurimū de/
bent euenire.Ex quibus sequit̄ eadē nūq̄ euenire
et semꝑ aut scđm plurimū:qđ implicat. ¶ Respō/
detur ꝙ nunq̄ rectū experimētuȝ aduersatur recte
rationi:sed bene aliquando experimentū non re/
ctum aduersatur recte rationi ⁊ aliquādo ecōtra.
et aliquādo ambo non recte sibi inuicē aduersan/
tur.Et per rectū exꝑimentū intellige illud in quo
obseruātur septem conditiones ab Auicen̄.posite
scđo canone cap.ij.quas ibidē linquim⁹ . Essem⁹
em̄ nimis prolixi si cūcta prosequi vellem.Et simi
liter intelligo per rectā rationē in qua nō contin/
git error.ad quē errorem vitanduȝ multa oportet
considerare:de quibus est sermo apud Auicen̄.ij.
canone cap.iij. ¶ Ex quibus patet quid sit experi/
mentū non rectum:et ratio non recta.

His premissis respondeo ad dubium ꝙ viso per experientiā
in pluribus hominibus ꝙ exhibito solutiuo ante
digestionē sequatur sanitas multotiens debem⁹
exhibere solutiua ante digestionē.Et similiter vi/
so per experiētiam ꝙ exhibito solutiuo post dige/
stionem sequatur sanitas debem⁹ exhibere solu/
tiuū post digestionē.Unde dico ꝙ neutra istaruȝ
est vl'r vera.solutiuū est exhibēdū ante digestionē
solutiuū non est exhibendū ante digestionē . Pri/
ma verificatur in quinqȝ casibus.primus quando
materia est plurima.secūdus quādo materia ē fu
riosa.tertius quando venenosa sicut in pestilētia
libus.quartus quādo materia est in mēbro nobi
li valde ledēs ipsum.quint⁹ qn̄ ē reptura ad aliqđ
membrū nobile.in his est euacuandum ante dige
stionem.in ceteris post digestionē. ¶ Ex quib⁹ in/
fert̄ neutrū istoꝝ canonū vniuersaliter acceptū eē
fundatum super recta ratione aut experientia.Et
si quis bene cōsiderat fere tot sunt casus in quib⁹
est euacuandū ante digestionē quot sunt illi in q̄/
bus est euacuandū post digestionē aut saltē tem/
pore nostro minor est proportio casuum in quib⁹
est euacuanduȝ post digestionē ad casus in quib⁹
est euacuandū ante digestionē:cum hoc tempore
homines magis indulgeant gule q̄ tēpore hypo
cratis.Et cōsidera etiam sicut dicit Gen.cōditio/
nes indiuiduales latentes de quibus non potest
esse scientia nec de eis possunt formari canones q̄
impediunt perfectionē in scientia. Contingit em̄
ꝙ aliquādo vrina existente cruda materia faciens
morbū in se grossa et viscosa erit lubrica in suꝑfi/
cie ⁊ propinqua vijs ductuū:quapropter exhibi/
to solutiuo materia euacuabit̄ et sequetur salus
preter rationem. ¶ Et aliquando contingit ꝙ per
malam operationē sequatur sanitas sicut de illo
qui presumit et exhibet solutiuum in quartana in
principio per cuius exhibitionem sequitur sani/
tas:quia vt dicit Auicen̄.in proprio cap . est rect⁹
ab errore.Et similiter theotonici cū aliquādo fe/
briunt febre acuta sumūt maluaticum in magna
copia.aliquādo cum aromatibus et superuenien
te copioso sudore eadem die sanitati restituūtur.
His em̄ male operantibus sequitur sanitas:qꝛ na
tura irritata mota cōtra materiam simul superat
egritudinem et errorem . De his tamen raro eue/
nientibus non possunt fieri canones.

Sed quicquid sit:ego pro parte mea credo ꝙ tempore nr̄o
prestātius sit exhibere ab initio medicinam lentē
tem cui aliquid solutiui educētis materiā ꝑpriaȝ
sit admixtum q̄ solam medicinā lenientē . Nam si
sit aliquis ex quinqȝ casibus suprascriptis res se
bene habēt.Et similiter si materia sit ꝑpinq̄ vijs
ductuuȝ aut lubrica in superficie et similes casus
occulti.Si vero nihil tale sit et exhibeatur soluti/
uum taliter cōditionatū sic pauca possunt sequi
nocumenta si bene cōsideres.ꝙ em̄ euacuaret ali/
quid boni humoris simul cum malo : et ꝙ magis
de parte subtili educatur q̄ de grossa.et ꝙ sequat̄
aliqualis agitatio hec pauca nocumenta sunt.et
proprie in principio quando virtus est fortis: sed
omittere euacuatiuū materie ꝑprie in acutis egri
tudinibus non dantibus indutias malū est. ¶ Ex
his itaqȝ cōcludit̄ ꝙ melius siue minus malū est
exhibere solutiuū electiuū in principio febriū vbi
non oportet q̄ ipsum omittere vbi oportet.Exhi/
bito em̄ solutiuo vbi nō oportet et materia existē/
te pauca nō potest sequi magnum nocumentum.
¶ Argumēta autem ante oppositum nō procedūt
cōtra determinationē questionis. nec determina
tio nostra est cōtra mentē Auicen̄. Est em̄ aliquā/
do digestio et aliquādo euacuādū est ante dige/
stionē.et hec oīa vult Aui.in p̄senti cap. ¶ Sed an
pluries sit euacuandū ante digestionem an expe
ctanda digestio

ctāda digestio in hoc est aliqualis differētia: que tollitur. qr homines nostri tpis magis indulgent gule ⁊ lasciuijs ꝙ homines in tēpore superiori. vn̄ morbi frequentius in nostro tēpore incipiūt a materia multa ⁊ magis maligna ꝙ tēpore hypocratis. Quapropter plurties nostro tempore est euacuandum ante digestionem ꝙ tpe hypocratis. et absolute tutius est eūare tempore nostro ante digestionem ꝙ expectare digestionem saltē cū medicina lenitente cui aliquid eligendo sit admixtuꝫ vt superiꝰ dixi. ¶ Nota tamen ꝙ vbi sensata sunt cōsentanea rōni pauca sufficiunt ad formandum canonem generalē. vbi vero cōtrariētur plurima requiruntur. vbi vero sensata nec consentanea rationi sint nec cōtrarientur iudicium est medium. Et si sensus et ratio sibi aduersantes sint: eque potentes potius debemus adherere sensui. nam dimittere sensum et adherere rationi est infirmitas intellectus. sexto physicorum.

¶ Cum autem materia est plurima mobilis permutabilis de membro ad membruꝫ et existimas ꝙ nō est spacium in digestione eius: aut fortasse accidet ex ea apā pleureticum: et aliud si dimittatur faciet cadere in timorem ante tempus in quo expectat᷑ digestio equalis. proculdubio tūc est necessaria euacuatio eius.

Nota. ¶ Auicenna superius posuit canonem ꝙ non est euacuandum ante digestionē nisi ꝑpter necessitatem: et declarauit canonē quantū ad primā partem scꝫ ꝙ nō est euacuandū ante digestionem. hic declarat canonem quātum ad scđam partē ostendens in tribus casibus necessitateꝫ euacuationis ante digestionem. Habet hec pars tres partes. in prima ponit tres casus in quibus est eūandū ante digestionem. scđo qđ dixit cōfirmat auctoritate hypocratis. tertio confirmat illud per locum a simili. scđa ibi. (Et hoc est illud.) tertia ibi. (Et talis.) Pria in tres sicut ponit tres casus in quibꝰ euacuamꝰ ante digestionē. secūda ibi. (Et scias). tertia ibi. (Et similiter.). prima in duas. Nam primo ponit casum in quo est euacuandum ante digestionem. scđo ꝓbat. secūda ibi. (Timor enim.) Primus casus est de materia furiosa: ⁊ dicit ꝙ cū materia est plurima mobilitate permutabilis de membro ad mēbruꝫ. Et existimas ꝙ nō est spaciū in digestione eius: quin prius accidat aliqđ magnum nocumentum sicut apostema pleureticum et aliud scꝫ magnuꝫ nocumentū siue sit apostema siue mors subita. vnde faciet cadere in timorē ante tempus in quo expectatur digestio: eo ꝙ illud tempus est longū anteꝙ possit fieri digestio equalis. idest per quam materia illa ad equalitatē reducatur. tunc proculdubio est necessaria euacuatio ante digestionem in principio.

¶ Timor enī in hoc est minor ꝙ timor in illa: et cum hoc natura mouetur ad expellendum eam propter multitudinem sui nocumēti. Cū ergo adiuuatur natura conuenit ei adiutorium vltimum. quare non est excusatio eius.

¶ Hic adducit tres ratiōes quibus debemus euacuare hāc materiā furiosam añ digestionē. ¶ Prima est ista: qr timor in euacuatione hmōi materie est minor ꝙ si illa materia dimittat᷑. ergo hec materia furiosa statim in principio debet euacuari. tenet cōsequentia. qr sicut in operatiōibus ꝓm vitam eligimus quod melius est aut minus malum sic circa laborantē sicut dicit Gale. xi. terapenti. primo capitulo. et antecedens est manifestum. Nam timor de materia furiosa si nō euacuetur est timor mortis: sed si euacuetur ante digestionē nō sequitur nisi anxietas et conturbatio quedam ex difficultate euacuationis. et forte qr aliquid boni humoris euacuabitur. hec autem satis facilia sunt in comparatione ad timorem mortis potentem sequi aliquod apostema intrinsecum aut subitam mortē conuersa materia ad cor. ¶ Secūda ratio. qr medicus debet esse imitator nature: sed natura statim tentat ipsius euacuationem nō expectans eius digestionem ꝑpter multitudinem sui nocumenti: cuius signum: qr nūc expellit ipam ad partem vnam: nunc ad aliaꝫ que expulsio vt dicetur est a virtute membrorū. licet etiam concurrat leuitas materie. ¶ Tertia ratio. qr cum medicus iuuat naturam debet ipsam adiuuare vltimo adiutorio. s. sufficiente ad salutem: sed nullum est sufficiens nisi ipsius euacuatio cum non possit aliquo pacto reduci ad benignum. quare nō est excusatio ab euacuatiōe eius. Notandū quod vltimū apud medicum sumitur tripliciter. primo pro vltimo in tempore sicut dicimus ꝙ in apostematibus vltimo competit resolutio. ¶ Secūdo accipitur ꝓ vehementi remedio. quod nō debet tētari nisi aliqua precesserint sicut dicimus ꝙ vltimum est operatio cum ferro. ¶ Tertio sumitur vltimuꝫ pro sufficienti ⁊ appropriato remedio. ita ꝙ nullū aliud sufficit nisi hoc. et isto modo sumitur hic: quia in cura morbi ꝓcedentis a materia furiosa ē adiutorium vltimum in sufficientia sic ꝙ nullū aliud sufceret est eūatio: cum vt. s̄. dictum est non possit ad benignum reduci.

¶ Tertius canon. qñ vrina fuerit ycterica. i. valde citrina cū spuma colerica in febre significat apostema. i. opilationem in poro felleo vel apostema ꝓprie sumptum siue presens siue futurū quare huius febris egri debet curari dando in potu aquaꝫ ordei aut sirupum acetosum. deinde quiescente febre intentio sit ad apostema.

Pro cuius canonis declaratiōe nota ꝙ aliquando febris sequiť opilationem aut apostema pori fellei ad quam sequitur ycteritia colera retenta putrefacta. Aliquādo ecōtra opilatio aut apostema sequiť febrē intensam corrūpentem sanguinē in coleram que multiplicata facit ycteritiā et malaꝫ cōplexionē in epe ipsum debilitanteꝫ ad quā secutū est apa aut opilatio. Aliquādo neutra istarū ab alia dependet sicut aliqñ cōtingit ꝙ hoīe diu passo opilationem et ycteritiā fe. sibi ꝯiungiť nō depēdēs tñ ab opilatione nec ab ycteritia sed ab alia cā. Nec ꝫ etiā ipsa opilatio nec ycteritia ab ista feb. depēdent. ¶ Quibus sic premissis dicendū est ꝙ si febris pēdet ab opilatiōe aut apostemate opilō aut apostema ſm plurimū est dignius curatione. nisi eñ febris esset maxima per quam timeretur corporis arefactio esset a curatione illorum incipiendum sed in hoc casu cōtingit raro ꝙ a cuatiōe feb. inchoandū sit. et hanc intēam voluit Aui. superius in ca. de rebus in quarum quibusdā differūt feb. putredinis ⁊ cōueniunt in quibusdā. hanc tamen febrem debemus curare non cum opilantibus sed cum deopilantibus potius sicut est sirupus acetosus et aqua ordei in quibus ꝑpter magis infrigidare essent infundende species triasandali. Si autem apostema vel opilatio sequitur febrē a curatione febris primo esset incohādum cum his q̄ nō essent causa opilationis aut apostematis retinēdo materiam in epate sicut sunt predicta. Et hac febre curata ad dispositionis curationē proprie epati veniendū est cum sumptis et applicatis. licꝫ etiam premissa aliquali curatione pro curatione febris ad curationē dispositionis epatis sit preparandum ad perfectam curā febris. ⁊ proprie quādo curatio vnius nō impediret curā alterius. Si autem neutra istarum dependeret ex altera a curatione febris incohoandum esset. qr febris minores dat inducias q̄ opilatio et ycteritia.

Febris ex opilatiōe. ⁊ apostemate.

¶ Et quando fuerit cum febre colica non aperietur via in dando in potu aquam ordei immo ius galli et leni ius et multiplica vnctuositatem deinde deť in potu aqua ordei si necesse fuerit.

¶ Quartus canon. quando colica febri coniungitur non aperietur tibi via intestinorum necessaria ad curationem colice dando in potu aquam ordei: immo dando ius galli quod ius lenire debes et vnctuositatem eius multiplicare. deinde semꝑ aperta via cum hoc iure detur aqua ordei. s. pro curatione febris si fuerit necesse. in hoc enim canone videtur magis intendere ad curationem colice q̄ ad curationem febris.

Quando colica febri cōiungitur.

Contra. quia Auicenna decimosexto tertij. tractatu quarto capitulo. primo satis in principio cōcedit in hoc casu aquam ordei dimittendo ius galli. ¶ Preterea ius galli ⁊ proprie vnctuosum quale hic precipit est inflammatiuū. ergo nocet in febre. ¶ Pro solutione premittendum colicam esse duplicem quandam leuem sequentem exiccationem fecum a caliditate febrili. quandam fortem in qua per flegma mucillaginosuꝫ fit fortis fecū inuiscatio. ¶ Premittendum secundo ius galli esse duplex quoddam purum factum per decoctionem galli antiqui in aqua simplici cui si volumus esse magis lenitiuum et minus calefactiuum addimus in decoctione prima violas iuiubas et similia lenientia et infrigidantia. Quoddam ius galli cōpositum magis solutiuum et ventositatum carminatiuum cum quo bulimus polipodium cartamum salgemma daucū anisum et similia soluentia et carminantia ventositatem vide Mesue in capitulo proprio de iure galli. ¶ Premittendum tertio febrem quandam esse intensam quandam esse remissam.

Quibus premissis dicenduꝫ quod si febris fuerit fortis et colica leuis debemus esse contenti cum

aqua ordei premisso tamen clisteri lenitiuo et in
hoc casu debemus dimittere ius galli et proprie
compositum solutiuum et ventositatum carmina
tiuum de quo supra. et hec fuit intentio Auicenne
decimosexto tertij capitulo allega. Si aūt febris
fuerit fortis et colica fortis debemus premittere
clisteria primo lenientia sicut ex oleo ⁊ iure galli
facta leui decoctione rerū frigidarū de quibus su
pra. aut ex decoctione reruz frigidarū sicut blitis
maluarū matrū violaꝝ. deinde ponere aliqua ma
gis stimulantia sicut mel ⁊ silia. Et per os exbibe-
ri ius galli cōpositum cū infrigidantibus lenien
tibus dādo partē magis vnctuosaz. ¶ Si vero co
lica fuerit fortis ⁊ febris debilis debemus premit
tere clistere lenitiuū ex oleo deinde ex iure galli cō
posito solutiuo ⁊ carminatiuo ventositatū si fue-
rit expediēs ⁊ mel cū istis mixtū est prestās in hoc
ꝓposito optime abstergens et stimulans expulsi
uam. et per os possumꝰ exbibere ius galli simplex
aut cōpositū ꝑm ꝙ videbitur expediēs. ⁊ hec fuit
intentio Aui. in casu presenti. Ubi vero vtraqꝫ fue
rit leuis sufficiēt clisteria lenitiua et ius galli sim
plex aut cōpositū cū infrigidantibus leniētibus.
Et ex his facilis est rn̄sio ad rōnes añ oppositū.

¶ De solutiuis vero est potio facta ex ta-
marindis et tereniabim et siracost. et quā-
doqꝫ ponit̄ in ea aqua ordei lubleb. et quā
doqꝫ ponitur in ea cassia fistula. et fortasse
proijcitur desuper scamonea.

¶ Nunc Auic. enumerat solutiua cōuenētia in fe
bribus putridis. et hȝ noue partes ꝑm ꝙ nouem
sunt descriptiones solutiuorū. scđa ibi. (Et for-
tasse datur in potu scamonea.) tertia ibi. (Et for-
tasse necessariū est administri ea que sunt.) quarta
ibi. (Mirabolanos vero.) quinta ibi. (Et aqua
duorum granatorū.) sexta ibi. (Quando fit ex in-
frigidātibus.) septia ibi. (Aliud ex siracost.). octa
ua ibi. (Et de solutiuis sunt.) nona ibi. (Et ē pos
sibile vt fiat.) Prima descriptio est hoc mō ordi-
nāda. ℞. tamarindoꝝ. ℥. j. incidantur grosso mō ⁊
bulliant in. ℥. vj. aque ad cōsumptionē medietatis
et coletur exprimēdo. que decoctio colata miscea-
tur cum manna ab. ℥. j. ⁊. ß. vsqꝫ ad duas. Siracost
eñi et tereniabin sunt spēs māne. ⁊ qꝛ subditur in
textu. ⁊ qñqꝫ ponitur in ea cassia fistula vel aliqđ
lubleb. et fortasse ꝓijcitur super ea scamonea pos
sumus cōponere receptā hoc modo. ℞. tamarin-
doruz. ℥. ß. lubleb. i. lupulorū. M. ß. vel saltē lupu
li in locū lubleb accipiant̄ si nō fit lubleb. bulliāt
in. vj. ℥. aque ad cōsumptionē medietatis que de-
coctio colata ⁊ expressa misceat̄ cum manne flor̄.
cassie añ. ℥. ß. scamonee cocte in citonijs grana. ij.
vsqꝫ ad. iij. misce ⁊ hec medicina valet in tertiana
pura tā cōtinua ꝙ interpolata ⁊ in causone. Sūt
eñi tamarindi frigidi ⁊ sicci in scđo educunt cole-
ram rubeā ⁊ sanguinis furorē remittunt vel repri
munt. cōferunt siti et inflāmationi epis ⁊ stoma-
chi reprimunt vomitum ⁊ sunt medicine febrium
acutarū vbi īdigetur lenificatione. vide Mesue.
Lubleb est spēs volubilis credo ꝙ sit lupulus. est
frigidus in primo declinans ad siccū mundificat
sanguinem ⁊ clarificat ipsum ⁊ leuiter educit cole
ram. māna est equalis declinans ad caliditatem
educit coleram cum facilitate dosis eius est ab. ℥.
j. vsqꝫ ad. ij. Cassia est equalis declinans ad calidi
tatem humida in primo mundificat sanguinem
sedat eius acuitatem soluit coleram et flegma: cō
fert febribus calidis. Doß eius est ab. ℥. j. vsqꝫ ad
j. et ß. Scamonea calida et sicca ī tertio gradu po
tissime soluēs colerā: inimicat̄ mēbris nobilibus
preparatur coquendo ipsam in citonio: et tūc dr̄
diagridiū. Dosis eius est a granis. vj. vsqꝫ. ad. xij.

¶ Et fortasse datur in potu scamonea so
la in iuleb.

¶ Scđa medicina est scamonea sola cū iuleb: et lȝ
per iuleb absolute prolatum debeamus intelli-
gere factum ex zuccaro ⁊ aqua: tamen in hoc casu
melius est vt accipiatur iuleb rosa. ℥. j. scamonee
prepararet in citonio a grañ. v. vsqꝫ ad. viij. misce
et cū sufficienti quantitate aque distemperetur et
debite calidum bibatur.

Champerius. Scamonium medicinas omnes exacuit: qđ ⁊ stomacho inimicum perhibetur.

¶ Et fortasse est necessarium administra-
re ea que sunt sicut aloes: quando materia
est grossa. et melius quidem est vt abluatur
et nutriatur cum aqua endiuie et aqua so-
latri., deinde fiant ex eo pillule.

¶ Tertium solutiuū est aloes calidum in scđo: sic-
cum in tertio soluens coleram grossam et flegma
aperiēs orificia venarū cū apitione venarū san-
guinem emanare faciente. nocumenta eius corri-
gantur abluendo ipsum et nutriēdo cū aqua endi
uie et solatri: vt dicit Aui. Sed nota differentiam
esse inter lotionē iufusionē et nutricationez. Laua
re eñi medicinam nō est nisi mundificare eā cū ali
qua re liquida ⁊ ꝓijciatur ⁊ fiat lotio multotiens
ꝑm exigentiam. Infundere vero medicinam est vt
rei infuse virtus maneat in liquore illo in quo in-
funditur. Nutriri vero est medicinaz vigorare aut
cōsolari per illud cui infusa est. docet ergo Auicē.
ablui aloem: ⁊ postea nutriri cū aqua endiuie et
solatri. nam sic lotum ⁊ nutritum erit cōuenientiꝰ
in febribus. Doß eiꝰ apud Mes. factis ex eo pil-
lu. vel in puluere sumpti cū aliquo liquore pauco
est ab aur̄. ß. vsqꝫ ad. ʒ. ij. Sed in infusione aur̄. j.
vsqꝫ ad. ʒ. Ego cōmuniter do. ʒ. j. aut. ℈. iiij. et fa-
cit operationē solēnem in colera grossa viscosa et
flegmate. est medicina qua multum cōfido. nec in
eo oportet esse custodiam.

¶ Mirabolanos vero citrinos quidā ad-
ministrauerunt. sed nō inuenitur ab eis in-
tentio scđm quam operentur: constringūt
eñi poros eius post solutionem ventris: et
exasperant viscera eorum. ꝙ si fuerint ne-
cessarij tunc post digestionem integram.

¶ Quartum solutiuum est mirabolani. et cum mul
te sint species loquitur hic de citrinis: quia fri-
gidi sunt in primo gradu. et sicci in scđo soluūt co
leram ⁊ post solutionem derelinquunt vestigium
cōstrictiōis. ꝓpterea dicit Aui. ꝙ nō īuenit̄ ab eo
scȝ Rasi intētio ꝑm quā opent̄. ꝯstrigūt. n. poros ⁊
meatus post solutionem ventris et exasperant vi
scera corrugādo ea. vnde subdit Auicen. ꝙ si fue-
rit necessarium administrentur post digestionem
integraz scilicet materie faciētis febrem.

Pro solutione dubij hic soliti moue-
ri vtrum mirabolani
cōueniāt in febribus putridis premittendū mira-
bolanos eē quincuplices. scilicet citrinos euacuan-
tes coleram. indos euacuantes melācoliam: he-
bulos belericos emblicos euacuantes flegma.
Omnes sunt frigidi sicci et stiptici post solutio-
nem constringentes. Et hi omnes preter euacua
tionem electiuā de qua supra euant cōprimēdo q̄
eño cōpressiua nō extendit̄ vltra stōm ⁊ intestina.

De mirabolanis in feb.

¶ Premittendū

¶ Premittendū scdō ꝙ mirabolanos cōuenire in febri. pōt tripl'r intelligi. aut rōne febrium aut ratione aliarū dispositionū que febribus cōiūgunt. Itē ꝙ ipsi administrati soli cōueniant vel cū alijs medicinis cōpositi. Et si soli aut ꝯm substātiā administrati aut decoctione vel infusione.

Quibus premissis sit hec ꝓma cōclusio. mirabolani siue soli administrati siue cū alijs medicinis cōpositi ⁊ tam ꝯm suā substantiam ꝙ̄ in infusione aut decoctione cōueniunt febrientib⁹ rōne aliaꝝ dispositionū que febrib⁹ cōplicant vt puta rōne fluxus ad sistendū ⁊ cōfortandū stōm ⁊ intestina. Hec cōclusio est de intentiōe auctorū ⁊ cōiter operantiū. ¶ Scdā cōclusio. mirabolani soli rōne febrium nō cōueniunt ante digestionē cōpletā: sed bene post digestionē et euātionē ad cōfortandum mēbra lapsa ex egritudine ⁊ ceteris euātionibus precedentib⁹. hec cōclusio est de intentione auctorum in parte pñti. ¶ Tertia cōclusio. mirabolani cū alijs medicinis permixti tā in substantia ꝙ̄ in decoctione aut infusione cōueniunt in febrib⁹ añ digestionē cōpletā. ꝓbatur. qꝛ cū scamonea permixti cōcedunt ad frangendū eius acuitatē et cōprimendū ei⁹ solutionē superfluā. Et similiter cū cassia ⁊ māna ad corrigendū eius superfluā lenitionem cū sine his permixti noceant opilādo. aut cōstringendo: vt dicit Ras. 16. cōtinētis caplo de sequētibus febres. et ita iubet Ras. 10. Almā. permisceri eos cū māna. ¶ Quarta cōclusio. soli ꝯm substantiā administrati magis sunt apti obesse ꝙ̄ in decoctione aut infusione. ꝓbatur. qꝛ ꝯm suam substantiā administrati sunt magis apti opilare et cōstringere ꝙ̄ in decoctione aut infusione: cum vis stiptica nō tanta remaneat in infusiōe aut decoctione quanta est in substantia. ¶ Quinta cōclusio. mirabolani maxime timendi sunt in corpibus aptis ad opilationes. Et ex his manifestuz est in quibus casibus mirabolani cōueniant ⁊ in q̇bus nō. Lites aūt inter Aui. et Rasim omitto. sunt em̄ a ꝓposito discordes. Si qua tm̄ est via sedandi eorum discordiam pōt elici ex cōclusionibus precedētibus. Modos aūt vtēdi mirabolanis ⁊ dosim eorū habes a Mes. sed ꝓ curatione feb. raro medici vtunt eis sol': sed ꝯm plurimū cū alijs medicinis permiscent in pill'is pulueribus et potionib⁹ ꝯm ꝙ est expediēs.

Rasis.

Et aqua duorū granatoruz est maximi iuuamenti expressa cum pulpis amborum.

¶ Hoc est quintū solutiuū. Aqua scz duorum granatorum dulciū ⁊ acetosorū est maximi iuuamenti. et expressa cū pulpis amborū. i. cū tota substantia eorum derelictis corticibus exterioribus. ⁊ in horis. i. post digōnem materie et minorationem. Recepta pōt sic ordinari. ℞. succoruz vtriusq̧ ab ℥. iiij. vsq̧ ad. vj. zuccari. ʒ. ij. misce. Soluit em̄ hec medicina tū leniendo rōne succi granati dulcis. tum pungendo ⁊ stimulando rōne succi acetosi. tū astergendo ⁊ stimulando et leniendo rōne zuccari: tū cōprimendo rōne granati. nō credo electiue ipam soluere quapropter existimo vt educat solū ea que sunt in stomacho et intestinis ⁊ venis meseraicis. Et in principio conuenit hec medicina ad educendum materias cōmunes que sunt in stomacho et intestinis et locis propinquis. Et nocumētum siccitatis corrigitur per zuccarum et succum granati dulcis qui est lenitiuus. Est autem granatum dulce frigidum et humidum in primo gradu. Acetosum frigidum ⁊ siccum in secundo. Muzuz vero quod sub acetoso cōtinetur est medium inter hec valent in febribus acutis lz dulce nocere possit in acutis sua dulcedine qua est in coleram conuertibile.

Et quando in horis de solutiuis sunt q̄ fiunt ex violis et scamonea: ita vt de violis sit quantitas au. j. et de scamonea vsq̧ ad siliq̄. j. et qn̄q̧ ponitur in eis parū mente.

¶ Hoc est sextum solutiuum. ℞. violarum aure. j. mente. ʒ. j. scamonee correcte siliq̄. j. i. pondus. iiij. granorum ordei. buliant viole et menta in. iiij. ℥. aque ad consumptionem medietatis. sed viole ponātur in fine decoctionis: colentur cum expressione cum qua decoctione colata misceatur scamonea. viole enim infrigidant et humectant ⁊ soluunt coleram. menta vero calida ⁊ sicca ponitur pro cōfortatione stomachi.

Et qn̄q̧ fit ex infrigidantibus extiguētibus medicina in qua ponit scamonea: sicut pill'e hmōi. Re. coriādri. spodij. rosarū añ. ʒ. v. canfore tosugi. i. scamonee a duodecima pte. ʒ. j. et vsq̧ ad sextaz partem eius.

¶ Septimū solutiuū factū ex infrigidātibus extinguentibus ꝓpterea valet in febribus multe flāme. ℞. coriandri spodij rosarū que sunt frigide et sicce añ. ʒ. j. cāphore frigide in tertio ⁊ sicce cordialis tosugi. j. et est pondus. iij. granorū ordei. scamonee a. 12ª parte. ʒ. j. vsq̧ ad. vj. i. a. v. granis vsq̧ ad. x. misce formando pillulas cuz aliquo liquore sicut cum aqua endiuie aut acetose. vel posset fieri puluis et potest totum hoc exhiberi vna vice. Quod si homo esset facilis ventris posset diuidi in duas medietates. nam de scamonea dantur. xj. grana ⁊ nullum est hic aliud solutiuum.

Et detur in potu de eis aliud. Re. siracost. ʒ. ij. tereniabin. ʒ. v. succi pomorum de semi. succi citoniorum partes equales. succi coriandri humidi sextam partis vnius aggrega succos: ⁊ submerge ī eis siracost et tereniabin. et inspissetur cum eis donec fortasse coagulētur. deinde sume camphore pondus sexte. ʒ. j. et medietatis sexte et scamonee. ʒ. j. et pone siracost super ignem et pulueriza desuper camphoram et scamoneam: et cōseruentur ne resoluatur cum vapore deinde dimittatur donec coaguletur per se cum facilitate. et dosis eius sit a. ʒ. ij. vsq̧ a. ʒ. ij. et ß.

¶ Octauum solutiuū. ℞. siracost. ʒ. ij. tereniabim. ʒ. v. ⁊ sunt spēs māne. sed nō habemus nisi vnam speciem. dentur ergo māne. ʒ. vij. succi pomorum de semi. i. de regione illa: loco quorū capimus poma odorifera dulcia sicut apia. aut acria: sicut poma quedam rubea apud nos reperta. ⁊ hec sunt frigida ⁊ humida cordialia. succi citoniorum que sunt frigida sed stomaticha et scamonee correctiua partes equales. sed possumus accipere. añ. ℥. j. succi coriandri hūidi. i. recentis frigidi ⁊ sicci sextā partē vnius. s. ʒ. j. ß. et misce succos ponēdo eos supra ignem donec aliqualiter inspissentur et submerge in eis mannam ⁊ inspissetur cū eis. i. optie misceātur donec fortasse idest quasi coagulen-

tur.deinde sume camphore sextam partem.ʒ.j.et medietatem sexte ⁊ sunt.xv.grana .scamonee.ʒ.j. et pone mānā ⁊ succos sup ignem et pulueriza de super cāphoram et scamoneam ⁊ seruent̄ ne resoluantur vaporādo.deinde dimittātur super lento igne donec coagulentur cū facilitate.Dosis est a.ʒ.ij.vsq̄ ad.ʒ.ij.et.v.⁊ est medicina solēnis qua deberemus vti in causone tertiana pura cōtinua et īterpolata.facq̄ꝙ de scamonea sumāt a granis.v. vsq̄ ad.x.ẜm exigentiam repletionis stipticitatis ventris et virtutis.

¶Et est possibile vt fiat ex tereniabin et siracost et zuccaro tabazaret natif.i.forme que sunt sicut penidie et ponitur in ea scamonea et camphora ẜm quantitatem que cadit in vna potione eius et camphore vsq̄ ad tosugi.i.et scamonee vsq̄ ad sextam.ʒ.j.quare fit tunc anime nō horribile.

¶Ponit nonū solutiuum ⁊ est possibile vt fiat ex māna ⁊ zuccaro optimo natif.i.forme que sunt penidia.⁊ cuz his scamonee ⁊ camphore quantitas que cadit in vna potione.verbi gratia camphore tosugi vnum.i.tria grana scamonee vsq̄ ad.x. grana.quare fit hec medicina aīe et gustui nō horribile:immo placidū.Iste medicine solutiue quas Auic.ponit hic lʒ sint bone pro magna tamē parte ceciderunt ab vsu.Utimur autem loco harū electuario diafinicone descriptis Mesue diaprunis composito:⁊ solutiuo Nicolai Aloes tñ apud me remansit in vsu in eūatione colere ⁊ flegmatis in quo multum fido.et si sit multa caliditas facio ipsum lauare ⁊ nutrire sicut precipit Aui.Et qñq̄ secum misceo pro.ʒ.j.vnū granū aut duo camphore quādo feb.est intensa.Et Aui.hic solum posuit solutiua colere omittens solutiua flegmatis ⁊ melancolie.Item omisit digestiua.sed in particularibus capitulis inuenies digestiua et solutiua et reliqua necessaria ad curam febrium ẜm ipsarum exigentiam.

¶Et febricitās quidem in estate febre frigida:non ingrediatur domum venti proprie quando sudat:vt non conuertatur materia a resolutione sua.

Canones tres obseruandi.in feb.

¶In parte presenti ab initio diuisa Auicen.ponit tres canones in quibusdam febribus obseruādos.Primus canon.febricitans in estate febre frigida.s.flegmatica aut melancolica nō stet in domo ventosa ⁊ ꝓprie quando sudat ne materia ꝓhibita a resolutione sua conuertatur interius.et in hoc casu expresse locutus est de materia frigida.qꝛ eius difficilior est resolutio. obseruādus tamen est in quacunq̄ materia.nam perflatio et flabellatio est apta nocere in quocunq̄ febriente febre putrida prohibendo materie resolutionē vbi tamen cauma esset magnum aut sudor superflueret coacte concederetur.est tamē bonum in omnibus febribus putridis fenestris apertis renouare aerē camere vt vapores fetidi exhalent.⁊vt aer suffocatus transpiret ⁊ infrigidetur maxime in febribus acutis ⁊ ꝓprie pestilentialibus.

¶Et trocisci quidem non sunt conuenientes principijs harum febrium nisi post digestionem et euacuationem.Et trocisci quidem sunt magis conuenientes ei cuius febris est adherens in suo stomacho quasi ipsa sit ethica.

¶In ꝑte ista ponit scdm canonem in quo implicantur tres propsitiones.prima.trocisci non sunt conuenientes in principijs febrium putridarum secūda.non couenīunt nisi post euacuationem et digestionē.tertia.trocisci magis sunt cōuenientes ei cuius febris est adherens in suo stomacho quasi ipsa sit ethica

Dubitatur vtrum trocisci conueniant in febribus putridis ante digestionem arguitur ꝙ sic.in principio ante digestionem competunt digestiua.sed aliqui trocisci sunt huiusmodi.ergo ⁊c.tenet consequentia et antecedens est manifestum. quia trocisci de camphora digerunt materiam calidam subtilē. et trocisci de caparis de eupatorio ⁊ de spica materiā frigidā. ¶In oppositū est hic Auic.et infra in hoc capitulo de causone.

Quare dicant̄ ⁊ vnde trocisci.

Pro solutione premitten[m] quod trocisci.dicunt̄ a trocos grece idem sonante quod rota.sunt enim trocisci in forma rote.Inuenti autem sunt vt medicine scdm suam substantiam melius conseruarentur quarū vsus est necessarius cum aqua sirupi et huiusmodi in quibus sola virtus et non substantia ingreditur nō sint tante impressionis quanta est necessaria aliquando in alterando:aperiendo ⁊ prouocando et faciendo huiusmodi operationes medico necessarias.¶Premittendū scdo.ꝙ trocisci q̄dam sunt infrigidatiui quib⁹ vtimur in febribus calidis sicut trocisci de cāphora de violis ⁊ silēs. Quidā calefactiui q̄bus vtimur in febribus frigidis sicut trocisci de reubarbaro de eupatorio de caparis ⁊ similes ⁊ sunt cū hoc subtiliantes apititui ⁊ ꝓuocantes ⁊ similes habentes virtutes que ꝑtinent caliditati.Trocisci aūt frigidi sunt duplices quidā sicci stiptici sicut quidā trocisci de roſ. trocisci de berberis de spodio ⁊ similes. Quidaʒ humidi lenitiui vt trocisci de violis.Itē facti ex semine citoniorū violis sandalis mucillagine psilij et similib⁹.Trocisci vero calefactiui faciētes in febribus frigidis quidā sunt leuiter aperitiui sicut sunt trocisci de seminib⁹ s.aniso feniculo ⁊ silib⁹. Quidā fortiter|vt de assaro rubea et similes.

Quibus premissis sit hec prīa cōclusio.In fe. calida nō ꝯueniūt trocisci sicci stiptici.ratio qꝛ coartant ⁊ cōstringūt materias ⁊ vias opilāt q̄bus debent educi.¶Scda cōlusio.in feb.calida multe inflāmationis cōpetūt ante digōnē trocisci frigidi hūidi lenitiui.ꝓbatur.cōferūt eñi notabilr̄ infrigidando ⁊ non coartant materias neq̄ opilant. ¶Tertia cōclusio.si febris nō sit multe inflāmationis sufficiunt aque ⁊ sirupi infrigidātes.ꝓbatur. sufficienter eñi infrigidant et humectāt ⁊ nō sunt gustui horribiles sicut trocisci.¶Quarta cōclusio trocisci infrigidātes quāuis sint stiptici cōueniūt digesta materia et ꝑ parte eūata ꝓbat̄.qꝛ remouent caliditatē remanentē post eūonem et cōfortant mēbra lassa et forsan exiccāt residuū materierum.iō dixit Auic.nisi post digōnem et eūationē. Silr̄ in trociscis calidis quib⁹ vtimur in feb.frigidis quatuor sunt ponende cōclusiones.¶Prima in feb.frigidis in principio nō competunt trocisci calidi fortiter aperitiui.Ratio qꝛ agitāt materiā et eam difformiter exiccant ⁊ ingrossant.et qñq̄ mouendo materias ad meat⁹ angustos opilant.¶Scda cōcl̄o.in fe.fridis in p̄n°.possumus vti trociscis leuiter aperitiuis proprie si materia sit in stomacho

De trociscis et vbi cōueniant.

sit in stomacho ꝛ locis propiquis.probatur.quia indigemus medicinis q̄ morā trahāt in locis illis vt melius perficiantur operatiōes quas intendimus. Ex quo sequitur ꝙ in flegmaticis febribus frequentius ꝙ̄ in alijs hmōi trocisci cōueniunt.

¶ Tertia cōclō.si materie sunt in venis et locis distantibus et angustis conuenientiores sunt sirupi et aque ꝙ̄ trocisci. ꝓbatur.qꝛ magis penetrāt.

¶ Quarta conclusio. digesta materia et minorata cōueniunt trocisci magis aperitiui. ꝓbatur.qꝛ tunc nō timentur nocumenta de ingrossatiōe materie et opilatione que timētur in principio.ꝛ cuȝ hoc iuuant ad digestionē et expulsioneȝ materie.

¶ Nota tn̄ ꝙ cōclusiones posite intelliguntur in cura regulari et merito curationis feb.nā coacte et merito aliarum dispositionū que aliquando febribus coniunguntur damus trociscos stipticos ab initio vt quādo febri cōiungitur fluxus. Cō silr aliquādo coacte damus trociscos in ꝑncipio fortiter apientes et ꝓuocantes vt qn̄ esset retenta vrina aut esset aliud simile accidēs febri cōplicatuȝ. Et ex his manifeste sunt prime due ꝓpositiones in textu presentis canonis implicite. ¶ Sed ꝓ declaratione tertie ꝓpositionis sciendū ꝙ per feb. adherentē stomacho quasi sit ethica debemus intelligere caliditateȝ fixā et habituatā in substātia stomachi.hec em̄ nō est ethica nisi procedat a caliditate cordis. Est em̄ necessariū iuxta superius determinata ad esse febris ꝙ sit ꝓcedens a corde. vbi ergo esset caliditas affixa stomacho nō ꝓcedens a corde hec nō esset ethica sed quasi ethica: qꝛ fixa et habituata.pro hac remouēda cōueniūt magis trocisci ꝙ̄ aque et sirupi quare magis infrigidant.tū qꝛ plus est in eis de multitudine forme:tū qꝛ longiorē moram cōtrahunt in stomacho hec aūt caliditas pōt esse facta in stomacho a presentia ciborum et humorū calidoruȝ qui longam morā in stomacho cōtraxerūt que pōt remanere.ꝛ post ipsorū a stomacho eductionē.ꝛ similiter intelligi pōt de quacunq̄ȝ mala cōplexione stomacho affixa et cuiq̄ȝ alteri membro.

De cōsuetudine ꝛ quantū valeat.

¶ Et dimissor consuetudinis in regimine suo sentit febrem quandoq̄ȝ.et nō est tantum nocumentū quoniam causa eius est dimissio consuetudinis in regimine.

¶ Tertius canon.quando dimissor consuetudinis in regimine suo incurrit febrem nō est tantum nocumentum supple quantum esset si prouenirer ab aliqua causa corporea.quoniam causa huius febris est dimissio cōsuetudinis in regimine:et non causa corporea:cuius aliquando difficilis est remotio. lapso enim redeunte ad suam consuetudinem vel ad aliquod sibi proportionabile facile redibit ad pristinam sanitatem.huius exmpla multa dari possunt que subticeo breuitati indulgens prolixior enim fui ꝙ̄ ab initio decreuerim. Utrum aūt liceat miscere digestiua cum solutiuis est questio soluta de mente medicorum.habemus enim plurimos sirupos traditos ab auctoribus in quibus solutiua cum digestiuis miscentur sicut sirupus de epithimo. Et est de intentione Auerroys septimo colliget.et Auicen. hoc confirmat tertio cano.in caplō de singultu ponens quandam medicinam quā verificat que est partim solutiua partim prouocatiua partim digestiua et partim stomachi confortatiua.et sic dei gratia sit finis expositionis huius difficilis capituli.

De solutiuis cuȝ digestiuis.

¶ De cibatiōe febricitantiū in gn̄ali. Cap.viij.



Scias ꝙ cōuenientiores cibi febricitantibus sunt cibi humidi et proprie ei cuius cōplexio est humida ex infantib⁹ et grossis conueniunt enim ex hoc ꝙ assimilantur complexioni et ex hoc ꝙ sunt cōtrarij egritudini.

¶ Cum Auic.in capitulo precedenti posuit canones vniuersales pro curatione febrium putridarū decet vt in hͦ capitulo doceat cibare hos febricitantes putride.et hoc est quod dicit rubrica huius capituli. Habet hoc capitulum tres partes. In ꝑma docet conuenientē qualitatē ciborum. In secūda horam cibationis. In tertia species diete. secūda ibi.(Cunq̄ȝ accidit febris.) tertia ibi.(Et scias ꝙ de cibatione.) In prima parte dicit scias ꝙ cōuenientiores cibi scȝ febricitantibus febrib⁹ putridis sunt cibi humidi et proprie ei cuius cōplexio est hūida ex infantib⁹.idest pueris:ꝛ grossis.i.carnosis.conueniunt enim his scȝ pueris et carnosis.tum qꝛ assimilantur eoruȝ complexioni humide que cōseruantur similibus.tū qꝛ sunt cōtrarij egritudini.s.febri que est virtualiter morb⁹ siccus.et hic est afforism⁹.16.prime particule humide diete ꝛc. ¶ Primo notandum ꝙ per cibos Auicē.etiam intelligit potus ambo enim debent esse potentia humidi et etiam ꝺm plurimum melius vt etiam cibi sint actu humidi.i.liquidi.sic em̄ per eos corpus melius humectabiꝛ.hec vera sunt sumendo indicationem a febre que est siccitas virtualiter:quia absolute hec non sunt semper vera cum cōtingat aliquando corpus febriens esse valde lapsum ad humidum:ad cuius lapsum medicus haberet maiorem intentionem ꝙ̄ ad febrem. et idem sentiendum est de cibis frigidis qui semper conueniunt in ratione febris:licet aliquando ratione humoris aut lapsus ad frigidum complexionaliter disconueniant. Expressit autem Auicē. magis humidos ꝙ̄ frigidos .qꝛ maiora nocumēta possunt cōtingere ex frigidis ꝙ̄ ex humidis febriētibus hūide.s.opilatiōes humorū incrudatio et similia.ideo ꝺm plurimum cibi humidi sunt cōuenientiores ꝙ̄ frigidi et multomagis ꝙ̄ sicci. ¶ Secundo notandum.ꝙ corporibus naturaliter humidis siue merito etatis siue merito cōplexionis cōpetunt humidiora intensiue ꝙ̄ corporibus naturaliter siccis ambobus equaliter febrientib⁹ supra proprium temperamentum. potentius tamen humida conueniunt siccis ꝙ̄ humidis. Prima pars huius conclusionis ꝓbatur de intentione eius in hac parte.et preter rōnem eius est alia efficax.quia cibi minus humidi ꝙ̄ sit corpus naturaliter humidū nō pn̄t ipsum hūectare.cum nihil agat vltra gradū propriū:quin tn̄ humectabunt corpus naturaliter siccū.qꝛ habebūt plus de hūiditate ꝙ̄ ipsum. ¶ Secūda vero pars cōclusionis est manifesta.qꝛ vbi est maior resistentia ibi deberet esse maior potentia.sed maior resistentia humectantibus est in corpore naturaliter sicco ꝙ̄ in corpore naturaliter hūido tp̄is equalr̄ febrientib⁹ respectu ꝓprij tēperamēti. Un̄ reducēdo ad actū practicuȝ dabimus corpori sicco gratia exempli. cibos humidos in primo.sed in magna quantitate. sed humidis cibos humidos in secunda in pauca quantitate.hi enim sunt intensius humidi quā priores. sed priores potentius humidi ratione maioris multitudinis forme quam potentia rei insequitur. Et eadem sententia est de frigi-

dis exhibitis corpori calido et frigido equaliter febrientibus respectu proprij temperamēti.

¶ Cumq; accidit febris et natura est sicca non cibes penitus dum non egreditur perfecte fex et oportet vt occurrant eis paroxismi periodici et paroxismi qui sunt fortes ventribus ipsorum vacuis in quibus nō sit cibus omnino. nam si cibati fuerint in illa hora occupabitur natura in digerendo et dimittet digerere et expellere et confirmabitur egritudo et prolongabitur. Et ppter illud oportet vt postponant cibationē vsq; ad declinationē et in eo quod est post ipam Et si accidat forte vt hora declinationis sit hora cōsuetudinis in cibo: tunc est melius ꝙ esse potest.

Canões de hora cibationis.

¶ Hic docet horā cibatiōis dans duos canones. Prim⁹. nō cibes febrientē penit⁹. i. nec cibo multo nec pauco nisi mundatis intestinis a fecibus perfecte. i. sufficienter. et nō intelligas perfecte. i. totaliter. hoc enim esset valde difficile et nō fieret absq; egri debilitate: immo semper bonū est vt in intestinis remaneat aliqd fecis in qua voluptuētur. sed educende sunt feces dure que diu steterint in intestinis. harū em̄ presentia cum multe sunt cibum vaporibus suis putridis corrumpūt. posset etiā sequi colica. et hec in cura regulari intelligenda sunt et in hoīe qui cōsuevit assellare semel aut pluries in die naturali. In his em̄ qui naturaliter nō assellarent nisi semel alternis diebus aut rarius nō esset tanta necessitas. ¶ Scd̄s canon. opȝ ꝙ occurrant eis. s. febrientibus paroxismi periodici. i. febrium interpolatarū et paroxismi q̄ sunt fortes. i. exacerbationes continuarum ventrib⁹. i. stomachis ipsorum vacuis in quibus nō sit cibus oīno. Et hic est affo. prime particule. In paroxismis subtrahere opȝ. apponere em̄ lesio est. Nam si his advenietibus cibati fuerint natura occupabit circa cibū ⁊ dimittet digerere ⁊ expellere materiam tam cōiunctā ꝙ antecedentē et cōfirmabit egritudo ⁊ ꝓlongabitur paroxismus ⁊ tota egritudo. Secūdo dicit ꝙ ꝓpter illud opȝ vt postponant cibationem vsq; ad declinationē. s. particularem. ⁊ in eo qd̄ est post ipsaȝ declinationē. i. vsq; ad tēpus quietis. s. perfecte in īterpolatis aut maioris quietis pol'is in cōtinuis. Et hec ē snia ypo. primo regiminis acutorū in fine. Tertio dicit ꝙ si forte accidat vt hora declinatiōis. s. particularis sit illa in qua ille qui est eger fuerit cōsuetus cibari tēpore sanitatis est melius qd̄ esse pōt. cū natura multum gaudeat cōsuetudine. ¶ Sed nota ꝙ si tempus inter finē vnius paroxismi aut exacerbationis ⁊ principium alterius sit modicū. medicus debet esse multo magis sollicitus de principio alterius quam de declinatione precedentis. cibandus ergo est eger potius in paroxismo precedente. i. ante initium paroxismi sequentis tanto tempore ꝙ cibus in adventu paroxismi sequētis sit digestus saltem prima digestione. hoc aūt tempus diversificabitur ꝰm quantitatē cibi ⁊ ꝰm facilem aut difficilem eius digestionem. ⁊ tertio ꝰm potentiam stomachi digerentis: nā medicus inter omnia tēpora particularia debet esse magis sollicitus de ꝓncipio ne eger cibetur in eo. secundo de statu. et tertio de augmento. et quarto de declinatione. Et si non potest principium vitare det cibos minus corruptibiles sicut ptisana panem lotum et similia.

¶ Et scias ꝙ de cibatione et regimine est quod est subtile valde et de eo qd̄ est grossum valde. et de eo quod est inter illa. et est pars eius declivis ad subtile plus et pars eius declivis ad spissum plus.

Diete species.

¶ In parte presenti ponit species diete vt doceat illas eligere ꝰm exigentiaȝ. habet hec pars duas partes. in prima ponit species diete. in secunda docet eas eligere. secunda ibi. (Et subtiliationeȝ quidem.) Prima pars iterum in duas. in prima nanq; enumerat eas. in secunda declarat. secunda ibi. (Et subtile vltimum.) In prima dicit scias ꝙ de cibatione et regimine est aliquod quod est subtile valde: idest dieta valde subtilis. Et de eo est quod est grossum valde idest dieta grossa valde. ⁊ est quod est mediuȝ inter illa idest dieta media inter subtilissimam et grossissimam. et istius diete medie est pars eius que declinat ad subtilem pl⁹ idest ad dietam subtilissimam. et pars eius que declinat ad grossum plus idest ad dietam grossissimam. et tu supple quod est pars eius que est media inter hec extrema diete medie inter grossissimam et subtilissimam.

¶ Et subtile vltimuȝ in subtilitate est prohibitio cibi. et grossum valde est administratio ciborum sanoruȝ hominum.

¶ In parte presenti declarat species diete. ⁊ primo subtilissimam. secundo grossissimam. tertio mediam inter illas. secunda ibi. (Et grossum valde.) tertia ibi. (Et illi qui.) In prima parte dicit quod dieta tenuissima est prohibitio cibi. i. nihil cibi exhibere. in secūda dicit qd̄ dieta grossissima est administratio ciborum sanorum hominum sicut carnis bovine porcine et similium: habentiuȝ tamen magnam latitudinem scd̄m quantitatem et varietatem eorum que exhibentur. ¶ Primo notandum quod dieta descriptive est regimen in cibo et potu debitum scd̄m exigentiam eius cui exhibetur. et hoc regimen habet latitudinem magnam terminatam a subtractione cibi penitus vsq; ad dietam sanorum. et ambo extrema huius latitudinis. et similiter medium inter illa habet latitudinem que res manifesta est in dieta sanoꝝ que est grossissima et in dieta media. sed in dieta tenuissima declaratur. Nam quandoq; prohibetur cibus per vnam diem naturalem: quandoq; per tres dies. certum est quod illa que subtrahit cibum per maius tempus est magis tenuis.

De dieta tenuissima in febribus valde acutis.

Sed dubitatur an sit dare febrem in qua nullus cibus cōpetat. videtur quod nō per ypo. primo regiminis acutorum dicentem. Cave ne vna die permittas egrum esurire. ¶ Amplius in febre dandum est qd̄ valet contra febrem. sed talis est dieta humida. prima afforis. ¶ Amplius in statu et ante statum est aliquid afferēdum. prima afforis. ¶ In contrarium est hic Avicen.

Ad hoc dubium dicendum est de intentione auctorum quod est dabilis febris acuta in tertia die termināda in qua scd̄m auctores nihil cibi esset exhibēdum et ipsius exhibitio forte occideret divertendo naturā a pugna cōtra materiā nec de hoc mireris iā vidi mulierē patientē fluxū vētris q̄ stetit ꝓpter obstinationē octo dieb⁹ absq; cibo nec bibit nisi

bit nisi aquam: que tamẽ in fine dicti temporis liberata est et a febre ⁊ a fluxu. Et aliam vidi propter impotentiã deglutiendi non comedisse vsq͂ ad septimum que tamen superuixit. Secũdo dico ꝙ nostro tẽpore hec dieta nõ est obseruanda. naꝫ dandũ est aliquid cõsuetuꝫ prima affor. homines eñi nostri tẽporis magis indulgent gule ꝙ̃ tẽpore ypo. Et debemus semꝑ dubitare de casu virtutis cum nesciamus distincte quantũ virtus constet: et quanto tẽpore constare posset absq͂ cibo. ⁊ fortasse cadente virtute oportebit cibare tẽpore crisis. ꝓpterea melius est ante statum aliquid dedisse. ⁊ eo magis. q: nescimus quantum status est longinquus. ¶ Preterea debemus timere infamiam quã etiam timuit Rasis. 18. continentis capitulo de mirabilibus casibus. ne si eger periret dicat vulgus nos eum fame occidisse. Est enim honor fere ciuilis vite finis. primo ethicoꝝ. ⁊ qui nõ timet infamiam indecẽs est ⁊ inuerecũdus. tertio ethico. ¶ Preterea minor error est decliare ad dietã grossiorem ꝙ̃ oportet ꝙ̃ ad tenuiorez. in tenuibus eñi dietis magis peccant egrotantes. prima afforis. immo nõ auderem transire scđam diem quin aliquid exhiberem: sicut aquaꝫ ordei vel aliquid simile. Ratio autem quare egri diutius possunt viuere sine cibo ꝙ̃ ipsi sani est. q: quãuis eorum calor sit intensior tempore febris ꝙ̃ tẽpore sanitatis et ratione huius magis resoluat humidum. tamen ratione multitudinis caloris est potentior tempore sanitatis ꝙ̃ tempore egritudinis ⁊ magis resoluens cuꝫ calor paucificetur tempore egritudinis. ¶ Preterea fames que adest tempore sanitatis ⁊ nõ tempore egritudinis est causa vt magis calor exacuatur: et propter tristem sensationem magis in fame spiritus resoluantur.

Notau dignũ ex Rasi peno.

Uerenda est tenuissima dieta

Sed ad rationes in oppositũ suadẽtes ꝙ nõ competat tenuissima dieta respondetur. ¶ Ad primã ꝙ ypo. loquitur in febre prolongabili tempore in quo nõ potest eger stare sine cibo. ¶ Ad secundum dicendũ ꝙ aliqua valent cõtra febrẽ ex parte vna que magis nocẽt ex parte altera. ¶ Sed ad tertiã dicit̃ ꝙ verũ est qñ status est longiquus supra tertiam diẽ. ¶ In questiõe aũt querente vtrũ aliquis febriens debeat grossius cibari ꝙ̃ ipse sanus credo tenẽdas esse has cõclusiones. Prima. ꝙ nullꝰ febriens in vnica cibatiõe grossius cibari debꝫ ꝙ̃ ipse sanus ceteris paribus. ꝓbatur. q: virtus digestiua est debilior. ¶ Scđa cõclusio. aliq̃s febriẽs in toto decursu sue feb. grossius cibandus est quãtum ad id quod conuertitur in substantiã eius ꝙ̃ ipse sanus in equali tẽpore. Tertia conclusio. ẜm plurimũ febrientes grossius cibandi sunt quantũ ad id quod conuertitur in eorum substantiam toto decursu suarum egritudinum ⁊ suarum neutralitatum ꝙ̃ ipsi sani in equali tẽpore. ꝓbatur. cum magis resoluãtur in eodẽ tẽpore ⁊ oporteat ipsos pristine sanitati restitui. et ex huius probatiõe pẽdet probatio secũde conclusionis.

¶ Et illi qui sequuntur latus eius subtile qđ est medium est vt sit cõtẽtus in cibo succo granatorum ⁊ iuleb subtili valde. ⁊ post ipsum aqua ordei subtilis ⁊ post ipsam aq̃ ordei grossa et oleribus frigidis et humidis sicut attriplices ⁊ spinachia et blitis et similia et postea kist ordei sicut est et est medium.

¶ Nunc determinat partes diete medie. et primo declinãtez ad subtilissimam. secũdo mediam. tertio declinantẽ ad grossissimam. ⁊ q: posuerat kist ordei medium extollit ipsum multis laudibus. et ipsum cõparat ad alia. secũda ibi. (Postea kist ordei). tertia ibi. (Et illi qui sequuntur.) quarta ibi. (Et kist quidẽ ordei.) In pria dicit ꝙ illi q̃ sequũtur latꝰ subtile debẽt esse cõtenti succo. i. vino granatorum. est enim pauci nutrimẽti ⁊ frigidi. In secundo loco versus dietam mediã est iuleb subtile. idest aqua zuccarata pauci zuccari ⁊ est quasi tꝑatum. et post ipsum est aqua ordei grossa de qua infra. Et post ipsam sunt olera frigida et humida sicut sunt attriplices. i. crisolochanna. et est dictuꝫ olus aureum spinachia blitis ⁊ similia sicut lactuca et endiuia.

De media dieta.

Sed contra. q: hmõi olera sunt dieta sanorum. ergo nõ sunt dieta subtilis. ¶ Respondet̃ ꝙ sunt dieta sanorũ ad hunc intellectum. q: ipsis vtuntur sani sicut ⁊ vino granatorum. sed nõ sunt dieta sanorum ad intellectum medicorum. q: cũ ipsi solis nõ possent in suo robore cõseruari. debentur tamẽ ipsa sola egris pro pauco tempore in egritudinibꝰ acutis magis attendẽdo egritudini ⁊ cause eius ꝙ̃ roborisvirtutis ne crescat materia morbi. i. ne natura diuertatur per dietã grossam a pugna cõtra morbũ. Postea est kist ordei. i. ptisana sicut est. i. nõ colata. Sed quõ fiat ptisana colata ⁊ nõ colata dicet̃ in sequẽti ca. et est mediũ. i. dieta media. Qđ autem sit media non põt demõstrari: sed credimus antiquis. Utruꝫ tñ kist ordei sit dieta media per equidistantiam inter extrema totius diete humane an solum inter extrema diete cõuenientis hominibꝰ egris. non intendo ad presens determinare forte vtrũq͂ põt defendi. Credo tñ intentionẽ auctoruꝫ fuisse ponere ipam mediã ĩter extrema diete egrorum quibus aliquid datur vt patere põt ex dictis Auicen. in parte presenti qui exemplificando nullam facit mentionẽ de dieta sanorum: nec de dieta tenuissima que est nihil dare.

¶ Et illi qui sequuntur latus grossi sunt galli et galline extremitates et subtiliores eis sunt alkobugi et pulli. et subtilius eis sunt alchangi et oua sorbilia pauca subtilia et pisces parui. ⁊ subtilius eis sunt kist ordei sicut est: et subtilius eo est panis simile solutus in aqua bene frigida solutiõe bona subtili. grossius aũt cibus fortior est eo.

De gallo ⁊ gallina.

In hac parte declarat partẽ diete medie terminate ad dietã sanorũ incipiens ab extremo grossiori eiusdem tendens versus medium. In primo loco ponit gallos satis grossos: nondũ tamẽ coeũtes. et galline extremitates. scꝫ alas ẜm oẽs partes q̃ sunt extra pectus. In scđo loco ponit alkobugi. i. ꝑdices et proprie iuuenes. gallos paruos qui interdum a Rasi vocantur gallicelli femelle tñ ab auctoribꝰ magis laudant̃. In tertio loco sũt athinargi. i. aues ꝑue ⁊ ꝓprie ficedule. ⁊ cũ his ponit oua sorbilia pauca: vt puta duo. subtilia. i. parum cocta ⁊ pisces ꝑuos petrosos. hi eñi sunt pauci nutrimenti ⁊ subtilis. ¶ Ultio ponit kist ordei sicut est. idest nõ colatum ⁊ est medium. Et deinde dicit quod subtilior ꝙ̃ kist ordei est panis simile. idest optime farine frumenti dissolutus in aqua frigida dissolutione bona idest exquisita subtili idest quod sit multa aqua et parum pãnis ita vt bibi

possit. Et hic cibus ponitur in latitudine subtilis diete ꝓpter paucitatem panis. lotio aūt remouet partē fermentalē calidam. Sed apud Azararium lauatur solum pluries infundendo super ipsum aquam frigidā et nō manibus cōterēdo. grossus aūt scʒ panis nō dissolutus esset cibus fortior existens in latitudine diete grosse. vt puta quando frusta panis non loti bulirent cum aqua donec fieret cibus quem panatam appellamus nō sorbilis: sed masticabilis. ergo panis vno modo preparatus est in latitudīe diete subtilis. alio modo in latitudīe diete grosse.

¶ Et lrist quidem ordei est bonus cibus. ipsum enim aggregat ad glutinationem et digestionem suam et lenitatem et planitiem et lubricitatem et abstersionem et humectationem et contrarietatem febris ⁊ sedationem sitis et velocitatem penetrationis et ablutionem ⁊ nō est in eo stipticitas quapropter nō residet neqʒ figitur in poris et meatibus quāuis sint cōstricti et nō est in ea adherentia cum incedit per meri. et fortasse abstergit spissum flegmatis. Et quando bona fit eius decoctio non inflat omnino.

Laudes lrist ordei.

¶ In parte presenti Auicen. primo multis laudibus extollit lrist ordei .i. ptisanam ordeaceā. scō cōparat ipsam ad quedaʒ alia. scōa ibi. (Antiqui quidem.) In prima parte dicit ꝙ lrist ordei est bonus cibus febricitantibus: qr habet multa iuuamenta ⁊ nullum nocumentum. Iuuamenta auteʒ sunt. qr hʒ glutinationem per quam humores nimium subtiles ⁊ fluxibiles digerit inuiscādo eos. Secūdo habet digestionem. qr est facilis digestionis. Tertio lenitatem. qr lenit ⁊ mollificat obiectum expellendum. Quarto planitieʒ. qr remouet inequalitates que sunt in membrorum superficie per quas ꝓhibetur euacuatio. Quinto lubricitatem per quam obiectum lubricando expellitur: et hec lubricitas sequitur ad planitiem ⁊ lenitatem de quibus supra. Cum enim obiectum expellendum est factum lene sm eius superficieʒ ⁊ via per quam transit est facta plana facile lubricat obiectum expellendum. Sexto habet abstersioneʒ per aliquas partes subtiles separantes humorē adherentem a membri superficie. ¶ Septimo habet humectationem ꝓhibenteʒ corporis exiccationē Octauo habet contrarietatem febris: cum febris sit calor: sed lrist ordei sit frigidum. Nono sedat sitim infrigidando et humectando ⁊ humidum roriduʒ restaurando. Decimo velociter penetrat. qr cito nutrit eo ꝙ est facilis digestionis et subtilis substantie. Undecimo abluit per aquaʒ ⁊ per partes quasdam subtiles ad quam ablutioneʒ sequitur mundificatio meatuum. Duodecimo nō habet stipticitatem propterea nō residet nec figitur in poris et meatibus qui sunt ampliores ꝙ͞ pori quāuis sunt cōstricti siue naturaliter siue preter naturaliter. Decimotertio nō est in eo adherentia cum incedit meri cū sit applanatiua superficiei eius nec habet viscositatem magnā qua adhereat. Decimoquarto fortasse. i. aliquādo abstergit spissum flegmatis: scʒ quādo spissitudo nō est magna. ⁊ hoc facit per quasdam partes subtiles. et multo magis hoc faciet si ʒuccarū sit sibi admixtū Decimoquinto quādo bene coquitur non inflat omnino. humidum enim ventosabile per bonam decoctionem resoluitur. et hoc est quod voluit dicere Auicen. ꝙ lrist ordei aggregat idest adiungit ad glutinationem que est prima eius proprietas hic posita. decimoquarto. alias proprietates de quibus statim dictum est. et hoc Auic. sumpsit ab hyppocrate primo regiminis acutorū.

¶ Et antiqui quidem vsi sunt vbi necessaria est subtiliatio regiminis subtilioris regimine qō est lrist ordei et aqua ei⁹ aq̄ mellis plurime aque: quoniā nutrimentū eius est parum. ⁊ ꝙ ipsa facit penetrare aquam. et eius humectatio ⁊ abstersio ⁊ eius apertio et prouocatio eius est multum. et caliditas eius est cōfracta. Et ipsa proculdubio quādoqʒ addit in virtute additionem quandaʒ quāuis sit parua. et sequitur eam sirupus acetosus de melle: sed est grossior et nutribilior et fortioris abstersiōis ⁊ incisionis. ⁊ non est in eo de calefactione de nocumento viscerum calidorum: qō est in aqua mellis: nunc autem mel cāne quod est ʒuccarū et proprie mundificatum est melius melle apis. lʒ eius abstersio sit minor abstersione mellis. ⁊ similiter sirup⁹ acetosus de ʒuccaro. et sit sufficiētia in sirupo acetoso: sed fortasse faciet incurrere rasuram intestinorū. et hoc quidem timorosuʒ est in egritudinibus acutis.

¶ In hac parte cōparat primo lrist ordei ad quedam alia auctoritate antiquorum. scō excusat se ab vlteriori determinatione aq̄ ordei ⁊ sirupi acetosi cum de his et modo vtēdi eis sit facturus sermonem singularē scʒ capitulū quod sequitur. secunda ibi. (Et nos ponemus.) In prima parte dicit ꝙ antiq̇ in egritudinib⁹ ī q̇b⁹ erat necessariū regimē subtilius ꝙ͞ lrist ordei vsi sunt et aqua ordei de qua in sequenti capitulo. ⁊ aqua mellis plurime aque supple pauci mellis. qr nutrimentum ei⁹ est paucū. Et secūdo qr mel facit penetrare aquaʒ ad mēbra ipsis aquam mellis ob sui dulcedinem attrahentibus. Tertio. qr eius scʒ aque mellis humectatio abstersio apertio et prouocatio est multa: que omnia in febribus conueniunt et maxime flegmaticis aut pendentib⁹ ab humore grosso vbi non sit multa caliditas. ⁊ caliditas etiā eius est cōfracta idest remissa per aquam. vnde nō est apta multum inflammare. Quarto proculdubio addit in virtute additionem quandam quāuis parua sit idest nutrit quāuis eius nutrimentum sit modicū et sequitur ipsam. s. aquam mellis sirupus acetosus de melle apum. sed est grossior .i. magis spissus habens plus de melle ꝙ͞ aqua mellis. ⁊ sic est nutribilior et fortioris incisionis ratione aceti et fortioris abstersionis ratione pluris mellis ⁊ nō calefacit viscera sicut aqua mellis ratione aceti infrigidantis. ideo quāto est plus acetosum tanto minus calefacit. Postea subdit. mel cāne quod est ʒuccarum et proprie mundificatum idest trium coctarum est melius melle apum. licet eius abstersio sit minor abstersiōe mellis. ⁊ similiter sirupus acetosus de ʒuc. est melior sirupo acetoso de melle. et sit sufficientia in sirupo acetoso de ʒucca. est enim conuenientior in febribus secūdū plurimum

De lrist ordei.

ꝙ͞ aqua

ꝙ̄ aqua mellis et ꝙ̄ sirupus acetosus de melle ha-
bens tantum abstersionis et incisionis quantuȝ ē
opportunum. sed fortasse faciet incurrere rasuraȝ
id est excoriationem scilicet intestinorum que dici
tur dissinteria . et hec quidem scilicet dissinteria ē
timorosa in egritudinibus acutis in quibus fre-
quentius accidit ꝙ̄ in cronicis. propterea cauen-
dum est a sirupo acetoso in paratis ad dissinteriā
et multo. magis in his in quibus inceperit.

¶ Et nos ponemus aque ordei potatio-
nem. et sirupi acetosi sermonem singularē.

¶ Hic promittit se facturū sermonē singularē. i. ca
pitulū propriū de sirupo acetoso et aqua ordei.. et
de modo administratiōis eorū. ¶ Primo notandū
ꝙ. quāuis antiqui et Auicē. multū in parte presen-
ti laudent aquā mellis in febribus: tamen nō vti-
mur ea timore inflāmatiōis propter caliditatem
et dulcedinem suam. et magis timenda est ipsius
inflāmatio tempore nostro in quo est multus vsus
vini et rerum calidarū et humores calidi dominā-
tur. verum in regione frigida et in fridis egritudi-
nibus possemus vti ea. et similiter sirupo acetoso
mellino. et conuenientior esset quā aqua ordei et si
rupus acetosus de zuccaro: et proprie in his in qui
bus facile cibus in stomacho acetosatur. ¶ Secū-
do notandū quod mel apum est calidum et siccum
in scđo. Et quāuis fiat ex manna cadēte super fo-
lijs arborū collecto ab apibus. et ratio huius de-
beret esse tēperatū. tamē apum labor que sunt no-
tabiliter calide facit ipsum esse calidū ⁊ siccū in se
cundo. Proportio autem aque ad mel in faciendo
aquam mellis apud Mesue debet eē octupla. Si
autem vis facere ipsam minus calidam fac cresce
re aque proportionē ad mel. et si times inflationē
fac ipsam mag̃ decoqui: et si vis ipsam magis so
lutiuā fac ipsam min⁹ decoq̇. zuccarū auteȝ taber-
zet apud Auicē. est calidū in primo. licet scđm cō-
munem opinionē zuccarū trium coctarum sit circa
temperiem in actiuis et passiuis:

¶ Et subtiliationē quideȝ regiminis egri-
significat natura materiei et possibilitas
nature in digerendo ipsam et resoluendo ⁊
euacuando eam.

¶ Cū distinxerit species diete exēplificādo de eis
ostendit hic ea que indicant de eis. et primo in ge
nerali: scđo in speciali. scđa ibi. (Et estas quidem)
Prima in duas. Primo ostēdit que sunt illa que in
dicant subtiliationē. In scđa ostēdit que sunt illa
que indicant ingrossationeȝ. scđa ibi. (Et dignior
horarū ad ingrossandū.) Prima in tres scđȝ quod
tria sunt que incidāt subtiliationē: licȝ etiā ponat
virtutem si ꝯsentit. scđa ibi. (Et dignior horarum
ad subtiliationem.) tertia ibi. (Et de illis que).

¶ Notandum primo quod per subtiliationem re-
giminis intelligimus cibi diminutioneȝ siue non
dationem. Omnis enim febris putrida indicat ci-
bi diminutionē respectu eius quod erat cōueniēs
in tempore sanitatis: et hoc propter materiam ad
cuius digestionē et euacuationem volumus natu-
ram vacare. ¶ Secundo notandū quod per natu-
ram materie intelligimus ipsam materiā et con-
sequenter morbum ab ipsa pendentē. Omnis eñ
morbus prout pendet a materia est pricipale in-
dicans subtiliationē diete. virtus autem non indi
cat: sed bene consentit si fortis sit. ipsa enim nō im
pedita a cibo tota conuersa circa materiam me-
lius digerit resoluit et euacuat: aut si potest ad be
nignum reducit. Et de his est sermo primo regimi
nis acutorum cōmento. xliiij.

¶ Et dignior horarum ad subtiliationeȝ
est status. hic enim est vehementia occupa
tionis nature in pugna materiei. Et non
oportet vt ab ea recedens occupetur re il-
la. et proprie apud crisim. Ante vero illud
pugna nondum est confirmata.

¶ In parte ista dicit ꝙ dignior horarū: idest tēpo-
rum vniuersaliū ad subtiliandū dietam est status
scȝ vniuersalis quo ad accidētia. quia in eo est ma
xime natura occupata in pugna contra materiam
et nō oportet vt ab ea pugna recedens occupetur
re alia: scȝ cibo. ⁊ proprie apud crisim: idest tēpore
crisis. vel parum ante crisim. Sed ante illud libe-
rius cibus concedi potest cum nondum sit pugna
confirmata: idest vehemens. Et hic sermo quantū
ad primam partem est afforis. decimus prime par
ticule. Quādo in statu fuerit egritudo: tunc tenuis-
sima dieta necessariū est vti. Et quantuȝ ad secun-
dam est alia pars affo. Prius vero vberius refi-
ciendum vt sufficiat egrotans. ¶ Notanduȝ ꝙ hic
canon continet veritatem generaliter de statu vni
uersali quo ad accidentia siue status. quo ad acci-
dentia coincidat cum statu quo ad digestionē ma
terie sicut in morbis reseruantibus materiam ad
vnicam creticam expulsionem: siue nō coincidat si
cut in morbis nō reseruātibus. Tūc enim maxime
subtrahendus est cibus cum est status accidentiū.
et hoc cura regulari. Nam quandoqȝ coacte timo
re casus virtutis oportet tempore status: immo in
ipsa crisi ingrossare dietam dando aquam carnis
vinum et similia.

Qn̄ ⁊ quō die-
ta subtiliāda.

¶ Et de illis que significāt et faciunt per-
tinere ad subtiliationem est vt si sit necessi-
tas flebothomie aut solutionis vētris aut
clisteris aut sedationis doloris: tunc opor
tet vt des operam ad cosumendam illam
necessitatem: deinde ciba si necessarius est
cibus nisi sit prohibens aliud.

¶ In hac parte ponit tertium canonē circa subti-
liationem diete dicens quod de illis que signifi-
cant subtiliationē diete est vt si sit necessitas flebo
thomie aut solutionis ventris: scȝ cū farmaco aut
clisteri aut sedationis doloris: tunc oportet vt des
operam ad consumendam illam necessitatem. de-
inde ciba si necessarius est cibus nisi sit prohibēs.

Al⁹ canō circa
subtiliatio-
nem diete.

¶ Notandū primo quod stāte necessitate alicuius
euacuationis debemus primo illam euacuationē
facere: deinde cibare. Causa est: quia nō debēt fie-
ri huiusmodi euacuationes cibo existēte in stoma
cho. essent enim causa vt cibus nō cōuenienter di-
gereretur aut forte euomeret. Similiter dolor for
tis impedit cibationem diuertendo spiritus a sto
macho ad locum dolentem. quare debilitata dige
stiua vel retentiua stomachi fit vt cibus vel male
digeratur vel euomatur. quapropter prius dolorē
seda. deinde ciba. dixit tamē nisi sit prohibens. q̃r
propter casum virtutis aut timorem casus eius:
quandoqȝ cibamus anteꝙ̄ flebothomemus. Et si
militer quando dubitamus ne propter flebotho-
miam colera repat ad stomachum: vtputa in his
qui in flebothomia parati sunt sincopizare pro-
pter raptum colere ad stomachum. Similiter quā
doqȝ prius cibamus quam ventrem soluamus vo
lendo confortare virtutē. et de hoc est sermo apud
Auicen. xj. tertij. capitulo de cura sincopis: vbi di-

est quod quandoqꝫ curatio facit necessariuꝫ vt fiat mūdificatio. Et si tu times nocumētum eius oportet vt confortes stomachū et ad bibendū da vinuꝫ odoriferū et ciba cibo laudabili. Quandoqꝫ etiaꝫ cogimur prius cibare quam clisterizare in hominibus quibusdam qui clisteribus leduntur cum sint ieiuni propter causas notas de quibus est multa sensibilitas. Unde statim cōmotione facta intestinis et euaporatione fiente in eis nocet stomacho. et de eis est multa debilitas stomachi. et sub hac intentione preceptū est in libro Rasis nono continentis. primo capitulo quod clistere non fiat stomacho ieiuno: quandoqꝫ etiam multa debilitas et doloris prolongatio cogit cibare ante sedationem doloris. Et propter has causas dixit nisi sit prohibens. Secundo posset intelligi nisi sit prohibens: scꝫ cibare completis his necessitatibus. flebothomia enim facta aut clisteri aut ventris solutione aut sedato dolore posset paroxismus superuenire. vnde cogeremur postponere cibationem.

Et ingrossationem quidem regiminis significat virtus. Et dignior horarum ad ingrossandum est hora in qua virtus non est valde occupata in materia et est principiuꝫ egritudinis. Et oportet vt succurratur nocumento illius ingrossationis cum sparsione: quoniā est leuius super virtute iterum.

Indicantia ingrossationē diete.

¶ Ponit illa que indicant ingrossationē diete: ⁊ dicit tria. Primū quod ingrossationem regiminis significat virtus. Secundū quod dignior horarum ad ingrossanduꝫ dietam est hora in qua virtus nō valde occupata est in materia et est principiū egritudinis: scilicet vniuersale. Tertium quod oportet vt succurratur nocumento illius ingrossationis cum sparsione: idest diuisione et exhibitione cibi in pluribus vicibus: quoniam hec partitio cibi in pluribus vicibus facilius a virtute tolerat̄ quā exhibitio multi cibi vice vnica. Non enim potest a virtute debili digeri. Unde si febriēs ꝯsueuit comedere bis in die tempore sanitatis comedat tertotum tamen sit minus quam tempore sanitatis.

¶ Primo notandū quod per ingrossationē non intelligit dietam grossam distinctā cōtra alias species diete: sed ipsam cibationē. Illud em̄ quod de cibo datur non datur nisi propter virtutem: vt em̄ virtus nutriatur ⁊ nō morbꝰ cibus datur infirmo. ipsa enim virtus est cuius gratia cibamus ⁊ nō febris: vt Gal. dicit in cōmento illius affo. Contemplari oportet. Et primo regiminis acutorū. Sicut ergo morbꝰ siue materia pricipaliter indicat subtiliationem siue ablationē cibi: et virtus est cōsentiens: sic virtus principaliter indicat ingrossationem siue dationem cibi et morbus est sicut consentiens. ¶ Secundo notandū quod per ingrossationem cōuenientē in principio magis quam in augmento et statu intelligit quācunqꝫ cibi exhibitionem siue sit dieta tenuis sicut in principio morborum acutorꝫ: siue sit dieta grossa sicut in principio cronicorum. Plus enim cibi debemus exhibere in principio quā in augmento et statu vniuersalibus In declinatiōe tamen vniuersali debemꝰ grossius cibare quam in principio vniuersali. Et hec vera sunt et obseruanda in regimine egri vniuersali cōcernente decursum egritudinis per omnia sua tempora. Nam in principio plus cibi exhibemus in augmento minus. in statu adhuc minus aut nihil et propter hora crisis. Sꝫ in declinatione grossius dietamus ꝙ in ceteris. in regimine tamē particulari propter aliquam causam vrgentem facimus contrarium. nam in principio aliquādo multum subtrahimus cibum propter plenitudinem ꝗ aliquando est in principio. et non tanta in temporibus sequentibus. quandoqꝫ plus de cibo afferimus in statu timore casus virtutis. Item aliquando in principio subtiliamus dietam cum ignoramus egritudinem vt natura conuersa contra morbum non impedita a cibo ipsum superet aut manifestet: vt dixit Auicenna in cura vniuersali febriū putridarum. ¶ Et nota ꝙ hoc regimen vniuersale suprascriptum intelligitur taliter esse obseruāduꝫ in temporibus vniuersalibus distinctis penes accidentia et non penes materiam quando non coincidunt sicut non reseruantibus materiam ad vnicam creticam expulsionem de vtrisqꝫ simul intelligitur. sed in morbis immaterialibus sicut in ethicis non est hoc regimen vniuersale obseruandum. Quandoqꝫ enim grossius dietamus in augmento et statu quātum ad multitudinem eius quod debet in substantiaꝫ nutriti conuerti cū sit in his maior resolutio ꝙ in principio: licet quo ad vnam cibationem grossius cibemus in principio cum virtus sit fortior. In effimeris vero magis cibamꝰ in declinatione regulariter: licet in principio aliquādo notabiliter cibemus cum corpus propter causam precedentem est preter modum resolutum sicut in effimera ex fame ex excercitio ⁊ similibꝰ. ¶ Et nota ꝙ licet in omnibus egritudinibus materialibus in principio augmento et statu sit minus de cibo offerendum absolute: et quantum ad id quod conuertitur in substantiā nutriti. in toto tamen tēpore declinationis et neutalitatis conualescentie est plus cibi offerendum quantum ad id quod cōuertitur in substantiam nutriti ꝙ tempore sanitatis. aliter non reduceretur ad pristinam sanitateꝫ cum ex egritudine sit consumptus. et accipio ly toto cathegorice. Similiter credo ex codeꝫ fundamēto ꝙ in tempore ethice. sit plus cibandum quantū ad id quod conuertitur in substantiaꝫ nutriti ꝙ in equali tempore sanitatis ipsiꝰ. plus tamē vna vice est. cibi exhibēdū ceteris paribus in sanitate ꝙ in aliꝗ egritudine nisi forte in fame canina. ¶ Horum tamen oppositum posset defendi tenēdo maiorem posse fieri resolutionē in sanis a calore multiplicato in quanto ꝙ in febriētibus a calore maiori intēsione ⁊ precipue exercitatis.

Et estas quidem propter suam resolutionem indiget additione cibationis et separationis eius. nam virtus nō sufficit ad digerendum illud quod multum est semel. Et quoniam resolutio in ea est per sparsionem: tunc oportet vt cambium sit per sparsionem.

De dieta estatis.

Hic docet conuenientem cibationē et electionem specierū diete magis ī spali. Et hꝫ hec ꝑs quinqꝫ ꝑtes. In pria docet eligere conuenientē cibatiōeꝫ scōm tpa anni In scōa ꝫm species egritudinis: in tertia secundum diuersam dispositionem virtutis in quarta secūdum complexionem. in quinta secūdum etatem. Secunda ibi (Et cuꝫ itellexeris) Tertia ibi (Et quando scis) Quarta ibi (Et de corporibus) Quinta ibi (Et senes quidem) Prima in quatuor. nam primo ponit cibationem conuenientem in estate. Secūdo in hyeme. Tertio in autūno Quarto infert generalem indicationem a morbo sumptam

sumptam ipsam comparãdo indicationi sumpte a virtute. Scđa ibi (Et in hyeme) Tertia ibi (Et autũnus quidem) Quarta ibi (Et scias). In prima parte dicit duo. primum ꝙ estas propter suã resolutionem scilicet magnam a caliditate contingentis indiget additione cibationis ꝙ plus de cibo exhibeatur ꝙ̃ tempore frigido in quo fit minor resolutio. Secundũ est ꝙ indiget separatione ei⁹. idest partitione ita ꝙ pluribus vicibus exhibeaẗ: et non multum cibi vna vice. Et huius partitionis subdit duas causas. Prima. quia virtus facta debilis propter nimiam resolutionem in estate non sufficeret multum cibum simul vna vice digerere. Secunda. quia in estate resolutio est per sparsionem .i. continua aut valde frequens oportet ꝙ cãbium .i. quod restauratur loco deperditi fit. ꝑ sparsionem id est continuum aut valde frequens vt in omnibus quo ad multitudinem et continuitatem vel frequentiam restaurando proportionetur resolutioni.

Dieta hyemis

Et in hyeme est res econtrario: quoniã propter paruitatem resolutionis eius non facit indigere cambio multo. Ampli⁹ si multum dederit cambium subito erit tolerans ipsum et fortis apud expulsionẽ eius.

Hic est canon cibationis in hyeme. et vult ꝙ ecõtra fiat scilicet ꝙ detur minus de cibo ꝙ̃ in estate propter paucitatem resolutiõis non facientem indigere cambio multo. Uult secũdo ꝙ detur cibus in quantitate maiori vna vice: quoniam virtus est fortis cum non sit resoluta sicut in estate potens multum digerere cibum qui est cambium resoluti. et est fortis apud expulsionem eius ad mẽbra nutrienda cum est digestus'. Aut aliter apud expulsionem eius scilicet superfluitatis que in digestione eius resecantur. Aut tertio apud expulsionem ei⁹. id est quando cibus est expulsus per omnes digestiones stat virtus constans absq; cibo nouo pluri tempore. quia non ita dissoluitur sicut in estate. Et ex hoc textu aperte liquet plus de cibo esse offerẽdum in equali tẽpore: vt puta die naturali in estate ꝙ̃ in hyeme. Econtra vero in hyeme minus de cibo esse offerendum in equali tempore: lz in vna vice plus exhibendum sit. et per cibum hic intellige cibũ et potũ: nã per vtrũq; humidũ deperditũ est aptũ restaurari. Notandũ ne contingat error in expositiõe huius textus ꝙ resolutio et restauratio quantũ ad dispositiões sunt motus continui. semper enĩ calor disponit ad resolutionẽ humidi ⁊ ipsius restauratiõe: sed quantũ ad resoluta ⁊ restaurata nõ sunt motus ꝯtinui: imo hoc mõ resolutio ⁊ restauratio sunt mutationes q̃ fiunt in instãti. Nam si hoc mõ accepte essent cõtinue sequeretur in quacunq; parte tẽporis fore infinita resoluta ⁊ infinita restaurata: et cõsequẽter in quacunq; parte temporis infinitum resolueret ⁊ infinitũ restauraretur. Qui tamẽ tenent formã substãtialẽ in resolutione deperditi successiue et in restauratiõe successiue acquiri possent defendere ipas esse motus cõtinuos. Et consequẽter ꝯcederent ꝙ in quacũq; parte tẽporis infinita resoluerẽtur ⁊ ĩfinita restaurarentur. Ex quibus tamẽ nõ sequiẗ ꝙ in aliqua parte corporis resolutũ ⁊ restauratũ sit infinitũ. Sed his omissis sequendo cõmunẽ opinionem dicamus de intentione Auicẽ. in hoc textu qđ plura sunt resoluta et plura sunt restaurata in estate quam in hieme. ⁊ hoc est quod dixit per sparsionẽ.

Et autũnus quidem est tempus malum et propter hoc oportet vt subtilietur in eo inter conseruationem virtutis et inter superationem materie et spargere paulatim in eo est melius: et prorsus spargere cum debilitate virtutis est melius egro.

Dieta autũni.

Nunc ponit dietam conuenientẽ in autũno dicens ꝙ autũnus est tempus malum. simulatur enĩ morbo de corruptiõe humorũ. propterea oportet vt subtilietur in eo inter ꝯseruationẽ virtutis et superationẽ materie: idest ꝙ taliter ordinetur dieta ꝙ virtus conseruetur ⁊ materia superetur. Et spargere paulatim. idest cibũ partiri: parum pro vice exhibendo est melius in eo vt virtus debilis in autumno saltem in comparatione ad hiemem ⁊ ver possit bene digerere ne materia multiplicetur: et concludit ꝙ partiri cibum quando virtus est debilis melius est egro cum virtus debilis non possit multum cibum vna vice sumptũ digerere: et quia cum male digeritur suggerit materiam morbo.

Et scias quod si nõ esset illud quod pertinet virtuti esset magis necessarium vt subtiliaretur cibus vltima subtiliatiõe: sed virtus non suffert illud et deficit. et cum deficit non valet curatio. Curans enim sicut sciuisti est virtus: non medicus: quoniam medicus facit ꝑuenire instrumentũ ad virtutẽ.

Dieta a morbo.

In parte ista infert dietam a morbo sumptam ipsam diete a virtute sumpte comparando. Et dicit quod si nõ esset illud quod pertinet virtuti esset melius quod subtiliaretur cibus vltima subtiliatione que est nihil dare: sed virtus non sufficit illud et deficit: et cum deficit non valet curatio. Curans enim vt sciuisti est virtus nõ medicus: scilicet principaliter. facit enim medicus instrumẽta peruenire ad virtutẽ. Est itaq; virtus agens principale: medicus vero minister et subseruiens. porrigit enim instrumenta virtuti. iuxta illud Galeni tertio tegni iuxta principiũ. Omnium quidem natura operatrix: medicus vero minister. Sed hoc est verum nõ semper: sed vt plurimum. Nam inurendo suendo secando carnem mortuã auferendo membra dislocata aut fracta ad loca sua reducẽdo medicus est principale agens iuxta illud Gal. quarto de ingenio sanitatis. Carnem quidem solidare et creare actiõe nature fiunt. medicine enim in his nihil agunt nisi quod ea que naturam impediunt expellunt. Amputare vero carnem et incendere nõ actione nature fiunt sed cum medicinis fortiter exiccantibus.

Dubitatur vtrum dicta Auicẽne in cibãdo estate hieme ⁊ autumno cõtineãt veritatem. Pro solutione dubij premittẽdum quod corpora regenda sunt duplicia. quedã robusta siue merito cõplexionis siue merito etatis et hec sunt apta tẽpore frigido fortificari per antiparistasim et tempore calido debilitari propter nimiam resolutionẽ. quedã vero sunt debilia que opposito modo se habent. Secundo premittendum qđ licet dicta Auicẽ. possint verificari in corporibus sanis et egris. intentio tamen Auicen. est in parte presenti regere corpora egra et proprie febrientia febre putrida. Tertio premitttendum quod per cibum aliquando intelligimus cibũ proprie sumptum distinctum contra potum. et hic nõ potest glutiri sine masticatione. Quãdoq; vero accipimus cibum cõmuniter pro quocunq; apto nutrire corp⁹. siue masticatiõe egeat ad hoc vt possit

deglutiri: siue possit deglutiri sine masticatione.

Hyeme diete grossiores q: vētres calidiores.

Quibus sic premissis sit hec prima conclusio. accipiendo cibum proprie in corporibus robustis tota summa cibationis biemalis debet esse maior ꝙ tota summa cibationis estiue. Ista cōclusio est de intentione Rabi prima affo. cōmento. xvij. Quibus semel aut bis. dum dicit. estas est tempus in quo cibus debet dari pluribus vicibus et minoris quātitatis: de quocunq; comedat in omnibus vicibus. Secundo corpus estate habet humores corruptos. igitur min⁹ de cibo est exhibendum. consequentia tenet: quia non pura corpora quāto magis nutries tanto magis ledes. Tertio virtus pro recompensatione resoluti est fortior in hieme quā in estate. ergo plus de cibo est dandum in hyeme quā in estate. assumptum est de intentione omniū auctorū: ⁊ cōsequentia probatur: q: ceteris paribus plus de cibo dādum est in habētibus fortiorē digestiuā. et ideo videm⁹ carnosum corpus in hyeme impinguari in estate vero macrescere. ¶ Et confirmatur. quia cibus magnū nocumētum afferret: si nō posset cōuenienter digeri. melius aūt et in maiori quantitate digereretur in hyeme quam in estate virtute existēte fortiori in tota hyeme quā in tota estate. ¶ Preterea oportet in hyeme multū habere de sanguine et spiritu vt corpus a frigore defendatur. Et pro cōclusione hac est experiētia Gentilis in solutione hui⁹ dubij. ¶ Secunda cōclusio. potus debet esse maior estate quam hyeme. Pro hac est experientia ⁊ autoritas Rasis xvij. cōtinentis capitulo de aere. dum dicit. Estate vtere cibis humidis: et vinū sit multum bene limphatum. ¶ Preterea maior est indigētia humidi roridi estate quā hyeme: cuius signum est sitis maior estate quam hyeme: nec etiā solum propter humidi recōpensam conuenit maior potus: sed propter refrigerare calidum intensum calore estiuo.

¶ Tertia cōclusio. acciplēdo cibum cōmuniter plus de cibo offerendū est in tota estate quā in tota hyeme. Hanc cōclusionē vult Auicē. in littera nisi velimus peruertere textū eius. ¶ Et pro hac est ratio sua: quia multo maior est resolutio in estate tota ꝙ in tota hyeme. Nec obstat fortitudo virtutis maior in hyeme quā in estate: quia ea que sunt liquida a virtute etiam debili facile transmutātur. ¶ Quarta cōclusio. in corporibus debilibus que fortificātur estate et debilitantur hyeme plus de cibo ⁊ potu et frequentius est offerendū in estate quā in hyeme cōclusio manifesta est. quia resolutio est maior et virtus nutritiua est fortior estate quam hyeme.

¶ Quinta conclusio licet scdm plurimū in corporibus robustis egris sit plus de cibo exhibēdum tēpore hyemis quā estatis. aliquādo tamē in egritudine peracuta est plus de cibo exhibendū in estate quam hyeme. Prima pars est manifesta cum scdm plurimū morbi sint magis cronici tēpore hyemis quā estatis in quibus grossius est cibandū. Sed secunda probatur: quia quādoq; in egritudine peracuta terminānda cretice in tertia die nihil cibi dabimus in hyeme: quia virtus est magis potens tolerare absq; cibo que tamen in estate non poterit tolerare cum merito estatis virtus sit debilior.

¶ Et ex isto fundamento tenendū est quod frequēter in corporibus robustis aliorum paritate supposita ex parte morbi et reliquorū est grossius dietandum in estate quā in hyeme. quia in estate virtus est debilior quā in hyeme que indicat de maiori cibi oblatione licet minus pro vice sit exhibendum. ¶ Et nota ꝙ Auicen. in hoc capitulo nullā fecit mentionem de cibatione cōuenienti in vere: quia noluit eius cibationem debere intelligi per cibationes aliorū temporū. Indicatione enim sumpta a virtute plus de cibo est exhibendū in vna vice in hyeme quam in vere et in vere quā in autūno et in autumno quam in estate. pluribus tamen vicibus exhibendus est cibus in estate quam in autūno et in autumno quam in vere. et in vere quam in hyeme. Tota tamē summa cibi distincta cōtra potum debet esse maior in hyeme quā in vere: et in vere quā in autumno. et in autumno quam in estate. ¶ Sed summa potus se habet econtra. ¶ Accipiēdo vero cibū vt est cōmunis ad cibum proprie sumptum et ad potū: maior summa offerēda est in estate quam autumno: et in autumno quam in vere: ⁊ in vere quam in hyeme. ¶ Et hec omnia ex iam dictis facile possunt persuaderi. Et hec vera sunt in corporibus naturaliter robustis. in debilibus vero in multis se habent res econtra. ¶ Dixi superius indicatione sumpta a virtute: quia indicatione sumpta a repletione que in multis est in vere: et a corruptione humorū que in multis est in autumno. cum ver assimiletur morbo de repletione: ⁊ autumnus morbo de corruptiōe humorū. multotiēs oporteret cibare subtilius in vere ⁊ autūno quā in estate. ¶ Et hoc dubium sit hoc modo breuiter expeditum. Longiores enim sermones dimitto dominis theoricis.

¶ Et cum intellexeris hoc: tunc oportebit vt consideres. nam si egritudo fuerit valde et illud est vt sit status eius propinquus: et extimaueris quod virtus nō deficiet in hoc tempore quod est inter pricipium eius vsq; ad statum eius alleuiabis occupationem a virtute et incitabis eam super materiam: et non facias eam occupari in cibo spisso: immo subtilia regimē statum cum dimissiōe cibi omnino: et proprie in die crisis.

Spēs diete penes egritudines.

¶ In parte ista docet eligere species diete scdm diuersitates egritudinū penes cronicitatem et acuitatem ipsarum. secundo docet regimē dietādi gradatim. scda ibi. (Uerum est tibi necessarium.) Prima in tres. primo ponit regimē per dietā in febre valde acuta. Secundo in febre acuta absolute. tertio in cronica. secunda ibi. (Et si videris) tertia ibi (Et si videris egritudinē cronicā.) In prima parte Auicenna vult istam conclusionē. in febre valde acuta habente statum propinquū constante virtute non ingrossetur. immo subtilietur regimē: ⁊ omnis auferatur cibus et proprie in die crisis. Cōclusio arguitur sic. natura nō debet occcupari in digerendo cibum spissum: immo incitari supra materiam. ergo cōclusio vera. Ueniendo ergo ad litterā dicit Auicenna cum intellexeris hec: scz que dicta sunt in parte prelecta: scz de speciebus diete ⁊ qd nisi esset respectus ad virtutē subtiliaremus vltime. Oportet considerare manerieē egritudinis que si fuerit valde acuta habens statum propinquū te eximante nō deficere virtutē in hoc tempore quod est a principio vsq; ad statum alleuia virtutē ne occupetur supra cibum spissum: immo supra materiam febris. quare subtilia regimē saltē in die crisis omnino dimittendo cibum. quasi dicat qd aliquid subtile posset exhiberi in pricipio aut in augmento sicut parum vini grauatorū aut parū aque ordei subtilis; sed nihil in statu.

¶ Et si videris

¶ Et si videris egritudinez acutam nō valde: immo acutam absolute: tunc oportebit vt subtilies regimē non in vltimo nisi apud statum in die crisis proprie nisi propter causam maximam.

Dieta egritudinis acute.

¶ In parte ista dicit Auicenna primum. Si cognoueris egritudinem acutam non valde: immo egritudinem acutam absolute: que scʒ terminanda sit a quarto vsqʒ ad decimūquartum: tunc oportebit vt subtilies regimen non in vltimo: quod est nihil dare. Secundo dicit quod non subtiliare regimen in vltimo est obseruandum nisi apud statum: idest in statu et proprie in die crisis. nam tūc est vltimo subtiliādum. Tertio dicit nisi propter causam maximam scilicet propter manifestam debilitatē virtutis. neqʒ in statu: neqʒ hora crisis est vltime subtiliandum: immo accidētibus virtutem dissoluentibus illico dandus est cibus. prima afforismorum.

¶ Et si videris egritudinem cronicam aut propinquā cronice: non subtilies regimē. virtus enim non saluabitur vsqʒ ad statum cum subtiliatione regiminis.

¶ In hac parte dicit duo. Primum si videris: idest cognoueris egritudinem cronicam: idest temporalem terminādam vltra quadragesimū. aut propinquam cronice: scilicet tropicam que terminatur in decimoquarto exclusiue vsqʒ ad quadragesimum inclusiue non subtilies regimē. Scdo reddens causam dicit: quia virtus nō saluabitur vsqʒ ad statuʒ cum subtiliatione regiminis.

¶ Uerum est tibi necessarium cum hoc in omnibus speciebus: vt sit principiū tui regiminis grossius: et postremū tui regiminis perueniens ad statum subtilius et gradatim procedas in eo quod est inter illa. ita vt virtus sit conseruata vsqʒ prope statū: tunc enim intende super materiam: et non sis occupatus in alio.

Regimē per dietam.

¶ In parte illa ponit gradatim processum in regimine per dietam: et intendit istam cōclusionē. In omni specie febris debes a principio grossius dietare. secundo in statu subtilius: et in spacio inter principium et statum debes gradatim procedere continue subtilius dietando. cōclusio arguitur sic. Taliter debet infirmus a principio dietari vt virtus conseruetur vsqʒ ad statum: et taliter in statu vt sit intenta materie et nō occupata. igitur in principio est grossius dietandū et in statu subtilius et in tēpore medio gradatim a grossiori ad subtilius procedendum. tenet consequentia. et partes antecedētis sunt satis manifeste intelligēti terminos.

Dubitatur circa has partes. vtrum contineant veritatem. sed circa regimen primum ab Auicenna positum hic nō oportet aliud inquirere. Superius enim sufficienter in hoc capitulo disputatū fuit. An sit debilis febris peracuta in qua nullus competat cibus: sufficiūt que dicta sunt in determinatiōe huius questiōis.

Galeni intentio.

¶ Pro notitia huius et aliorū regiminū est sciendum de intentione Galeni primo et tertio pronosticorum: et tertio de creticis quod egritudinū quedam sunt peracute: quarum finis est vsqʒ ad quartum diem inclusiue. Quedam acute absolute: quarum finis est a quarto exclusiue vsqʒ ad decimumquartum inclusiue. quedam tropice: quorum finis est a decimoquarto exclusiue vsqʒ ad. 40. inclusiue. Quedā cronice: quarum terminus est a quadragesimo die exclusiue supra. Et de his duab' vltimis speciebus determinat simul in vltimo regimine.

In peracutis vero conuenit tenuissima dieta que est nihil dare vsqʒ ad quartum diem si fuerit virtus tolerans. Sed dixi in determinatione dubij illius quod tempore nostro in quo homines sunt assueti grossius dietari quam tempore ypo. tutius est aliquid dari in principio aut in augmento: sicut parum aque ordei aut suleb aut vini grana toruʒ. Rationes vide in dubio illo. et hoc innuit Auicenna in textu. Si vero egritudo fuerit absolute acuta detur in principio ptisana ordeacea vel panata subtilis absqʒ vino ouis carnibus et similibus que declinant ad dietam grossam: in augmēto detur ptisana aut panata subtilior aut ratione quātitatis: aut quia sit minus de pane aut farina et similibus in genere subtilis diete. Sed tempore nostro esset melius vt huiusmodi decoquerentur in brodio pulli parui et similiū. Sed in statu nihil detur et proprie in hora crisis. sed tempore nostro concedatur aliquid aque ordei aut suleb aut vini grana torum ⁊ similium. Si vero egritudo fuerit cronica aut propinqua cronice sicut tropica concedatur grossior dieta: sicut panata cum pullo: et in augmento panata cum paucioribus carnibus aut magis subtilibus: sed in statu sola panata aut ptisana ordeacea absqʒ carnibus: et posset concedi in regione nostra aliquid vini cum apparet digestio in principio et in augmento et in statu minus. et hec omnia intelliguntur in cura regulari et in regimine vniuersali quod ordinetur in relatione ad statum: quia cura coacta oportet aliquando dare vinum aquam carnis in statu et hora crisis. Item in regimine particulari propter multitudineʒ materie oportet aliquando attenuare dietam in egritudine cronica quousqʒ minorata sit plenitudo: et postea ingrossare minorata plenitudine: ⁊ postea subtiliando procedere vsqʒ ad statum inclusiue: et proprie in hora crisis. Similiter in regimine tentatiuo. cum ignoremus egritudinem oportet ab ipso initio attenuare vt virtus non occupata cibo vel manifestet eā vel superet ipsam vt statim dicetur. et etiam dictum fuit superius in curatione vniuersali febrium. Et hic nota exemplū Alyabatis tertio practice qui assimilat egrum peregrino: egritudinem peregrinationi siue vie: dietam expensis peregrinus enim si peregrinatio sit lōga defert secum multū pecunie ne deficiat in via. sin vero breuissima: non opus est vt secum deferat aliquid pecunie. si vero media sit mediocriter secum deferat de pecunia. ¶ Et hic nota ꝙ penes Auicen. ⁊ alios autores illa dieta dicitur subtilis que parum nutrit. Illa grossa que multuʒ nutrit. Illa mediocris que mediocriter nutrit: siue hec perueniāt merito quātitatis siue merito qualitatis. he vero mensurantur in relatione ad dietam conuenientem sibi sano. ¶ Item nota quod in tēpore isto cum fit mētio de temporibus intelligitur de ipsis vniuersalibus distinctis penes accidentia. ¶ Sed quomodo dietandum sit in temporibus particularibus dicetur inferius. Est enim si necessitas cogat exhibendus cibus potius in declinatione: deinde in augmento: postea deterius in statu: pessimū in principio particulari in morbis materialibus: et hec veritatem continent scdm plurimum.

¶ Et quando scis quod virtus est fortis: De ẏtute diete.

tunc fortasse necessarium facit dispositio vt sis contentus iuleb solo: et si non plus saltem hebdomada vna: et proprie in febribꝰ apostematum: quod si timueris debilitatez sis contentus aqua ordei.

¶ In parte p̄senti docet eligere diuersas species diete secundū diuersas dispositiones virtutis: et duo facit. Primo ponit duos canones. secūdo remouet errorem quendā. secūda ibi. (Et illius quidem qui existimauit). Prima in duas. nam primo docet qualiter dietandū sit cognita egritudine et dispositione virtutis. in secunda qualiter dietandum sit incognita egritudine. secūda ibi. (Et cum ambigua.) In prima parte dicit duo. Primū quādo scis quod virtus est fortis: tunc fortasse dispositio: idest egritudo facit necessariū: idest esse valde vtile et conueniens vt sis contentus iuleb solo saltem hebdomada vna et proprie in febribꝰ apostematum. Secundo dicit quod si timueris debilitatem sis cōtentus aqua ordei que est nutribilior iuleb. ¶ Notandū primo quod per iuleb debes intelligere sirupum simplicem factum ex aqua ⁊ zuccaro. vel addita aliqua parte aque rosate. vt vult Johannes serapiōis in septimo breuiarij. et est a greco iulē. Et certum est quod si debet esse minus nutritiuum aqua ordei: oportet quod sit in eius compositione parum zuccari. et multum aque nisi forte per aquam ordei intelligeremus ptisanam: ⁊ certe nostro tempore nō debemus esse cōtenti solo iuleb. aut aqua ordei: sz dabimus ptisanā. Non credamus tamen sicut dicit Gentilis quod Auicēna fuerit ita insciens quod in magnis casibus virtutis succurrat cum aqua ordei: immo cum vino et aqua carnis vt apparet vndecima tertij. Sed intētio sua fuit vt valde tenuiter dietemꝰ. modo virtus non cadat. ¶ Secundo notādum quod maxime in febribus apostematū debemus attenuare regimē vt materia diuertatur a fluxu ad partē apostematam facto corpore auaro propter cibi abstinētiaz vnde in apostemate intestini recti facit Auic. ieiunare duobus diebus tertio canone. fen. x.

¶ Et cū ambigua sit tibi dispositio in egritudine et non cognoscis eam: tunc vt declines ad subtiliationem est melius quam vt declines ad additionem te obseruante virtutem et tolerantiam.

¶ Hic ponit secundū canonē dicens. quando non cognoscis egritudinem est melius vt declines ad tenuitatem diete quam ingrossationē te tamē obseruante virtutem et tolerantiam eius. idest quanto tempore iudicio estimatiuo potes tolerare hāc subtiliationem vt non magis subtilies quam virtus possit tolerare.

Contra. minus nocumentum est declinare ad dietam grossiorem quam oportet quam ad subtiliorem ꝙ oportet. igitur te ignorante egritudinē et durationem eius est tutius declinare ad ingrossanduz dietam quam ad subtiliandum. tenet consequentia. quia in rebus dubijs pars tutior et minus malum est eligendū. Sed antecedēs est ypocra. prima afforis. Omne enim peccatuz quodcunqꝫ sit magnū magis fit in tenuibus quam in grossioribus dietis. ¶ Preterea si speciem egritudinis ignoro multo magis ignorabo durationem eius cum valde difficilius cognita sit duratio egritudinis quā species eius. Et ꝯsequēter nullo pacto conseruare potero virtutem neqꝫ tolerantiā eius. i. quanto tempore possit tolerare. ¶ Preterea insurgit dubium quanta debet esse huiusmodi subtilitas diete: debet ne esse tenuissima aut magis appropinquare medie. ¶ Ad hoc dicendum est quod hic canon est ad faciendum nos deuenire in noticiam egritudinis ignorate. hoc autem melius fit cum natura nō occupata cibo se totam conuertit contra egritudinem: quia aut superat: aut manifestat eam. ¶ Ad primam igitur rationem dicitur quod licet sit maius malum declinare ad dietam subtiliorem quaz grossiorē ꝙ opz. Attamen hic timor maioris mali eligitur vt veniamus in notitiam egritudis cuius cognitio preeligitur timori illius maioris mali.

¶ Ad scōm dicitur quod licet tēpus tolerantie adequate sciri nō possit tamē per virtutem presentez aliquam habeo conecturā de tolerantia virtutis. etiam quotidie tangendo pulsum considerādo virtutem vitalem animalē et naturalē mensure tenorem virtutis an perduret an manifeste deficiat.

¶ Ad tertium dicitur quod medicus habet aliquā conecturam de duratione egritudinis. dato quod nō cognoscat speciem egritudinis que conectura sumitur a tempore anni. a cōplexione. a modo paroxismandi et pulsu et reliquis de quibus actum est prima quarti capitulo quarto ⁊ scōm conecturam illam longitudinis aut breuitatis dietat.

¶ Sed pone quod nullā habeas penitus de egritudine notitiam: sicut ydiota tunc melius est vt ordines dietam mediam: scilicet panē lotum vel ptisanam ordeaceā tēpore nostro in brodio pulli. sic enim minus posses errare quam si ordinares aliquam extremā dietam. cum medium minus distet ab extremis ꝙ extrema inter se.

¶ Et illius quidem qui existimauit quod cibatio in febre acuta est melior: quoniam non est intentio in digestione et in euacuatione cum volueris vt faciat id natura aut non faciat. errorem iam te scire feci: immo quando times casum virtutis tunc cibatio est melior.

¶ In parte presenti Auicenna dicit duo. Primum quod superius fecit te scire errorem illius scilicet Rasis qui existimauit quod cibatio et confortatio in febre acuta supple pendente a materia subtili est melior. quoniā non est intentio digestioni cum materia subtilis secundum ipsum sit digesta. Et pro sed est intentio in euacuatione cum volueris vt faciat eam natura: aut volueris quod non faciat eam natura: sed ars cum tempore euacuationis oporteat quod virtus sit fortis. propterea cibo est confortanda. Dicit scōo: immo quando times casum virtutis: tunc cibatio est melior: et nō est melior cum euacuatio est facienda nisi forte ipa deficiat. ¶ Notandū quod Auicenna fecit errorez huius Rasis sciri: scilicet in precedenti capitulo vbi ostendit materiam subtilem indigere digestione. et fecit etiam te scire errorem eius aut alterius circa euacuationem in hoc capitulo illo. §. Et de illis que significant subtiliationem est necessitas flebothomie aut solutionis ventris. Cum eñi adest necessitas euacuationis oportet prius absoluere necessitatē illam: postea cibare: nisi timeamus casuz virtutis vel virtutem defecturam. Reprehēdit rasim penum.

¶ Et de corporibus sunt corpora corpora colerica

ra colerica que requirunt regimen diuersum ab illo qd dicimus. et proprie quando sunt assueta comestione plurima. ipsi enim cum nō cibant saltem in principio febris: imo in hora q̄ est prauior ea ⁊ est hora statꝰ nō vacue sunt dispositiōes eorū a duabꝰ rebꝰ: qm̄ cum ipsi sint debilium virtutum superuenit eis sincopis et moriuntur in paroxismo et si sunt fortium virtutum cadunt in extenuationem et apparent super eos signa ariditatis et ex minoratione nasi et profundatione oculorum. et quod tempora sunt depressa: ⁊ fortasse superuenit eis sincopis ante illud propter id quod effunditur ad stomachos eorum de colera mordicatiua.

Modi dietandi ex cōplexiōe

¶ In parte presenti docet diuersum modum dietādi scd̄m diuersitatē cōplexionū et quasdā dispositiones particulares. Et habet hec pars quattuor partes. In prima parte ponit canonē specialē indicando de speciali corporis cōplexione. In secūda parte ponit canonem indicando ab aptitudine resolutionis. In tertia Auicenna summat naturales dispositiones propter quas oportet diuersificare cibationes ab eo quod dictum est. In quarta parte explicat quasdam dispositiones preternaturales siue accidentia quedam propter que oportet variare cibationē. ⁊ explicat modos cibationū hic cōuenientiū. ibi scd̄a. (Et sunt de hoibus). ibi tertia (Et omnis cuius calor) ibi quarta (Et de eis sunt quibus). ¶ In prima parte Auic. vult istā conclusionē. corpora colerica et ꝑprie solita comedere multum requirunt regimen diuersum a predicto regimine. Cōclusio arguitur sic. Ista sunt cibanda in principio et statu paroxismorū. ergo cōclusio est vera. tenet consequētia probatur antecedens. quia si nō cibantur in principio et statu. vel superuenit sincopis et moriuntur in paroxismis. vel fit fortis eorum extenuatio et signa ariditatis: vt minoratio nasi et ꝑfundatio oculorū. ergo sunt cibanda in principio ⁊ statu paroxismi. Veniendo ergo ad litterā dicit quod de corporibus sunt quedam corpora colerica que requirunt regimē diuersum ab eo quod diximus: et proprie quādo sunt assueta comestioni plurime. ipa enim cum nō cibātur in principio: scz paroxismi aut in hora que est prauior ea scz hora statꝰ. nō vacue sunt eorū dispositiones a duabus rebus: idest incurrunt alterum duorum. Nam si sunt debiliuz virtutum naturaliter scz pauci spiritus ⁊ sanguis superuenit eis sincopis et moriuntur in paroxismo. Et si sunt fortiū virtutum cadunt in extenuationem et apparent supra eos signa ariditatis ex minoratiōe nasi et profundatione oculoꝝ et quod timpora sunt depressa: idest priuata suis tumoribus naturalibus: ⁊ fortasse superuenit eis sincopis ante: idest ante hanc extenuationem propter illud quod effunditur ad stomachos eorū de colera mordicatiua ⁊ ceteris.

Dubitatur vtrum corpora colerica indigeant cōtrario regimine ei qd diximus: scz quod sint cibanda in pricipio ⁊ statu paroxismi. Et arguitur qd nō: quia multa sunt talia. et sic in multis esset hoc regimen obseruandū. cum tamen Auicenna iubeat raro hoc regimen fieri. ¶ Secundo complexio sicca indiget conseruari cum siccis: sicut humida humidis. vnde dieta humida confert infantibus et grassis. ergo nō debēt ista corpora sicca cibo humectari. ¶ Preterea dicit hoc regimē esse obseruandū quando hec corpora sunt assueta plurime comestioni. ¶ Sed cōtra hoc est Galenus primo regiminis acutoruz. capitulo quarto vbi ponens duo exēpla ponit illum cuius vult regimen attenuare cōsuetum plurima comestione. Et videtur cōueniens. quia plurima comestio est signū plurime repletionis: et vbi est plurima repletio conuenit minus cibare.

Dicendum pro solutiōe dubij quod corpora de quibus est hic sermo sunt exuberantia multa colera calida et sicca macra vtentia in vita sua multo exercitio: et parum dormiētia: et de his est iuuenis de quo loquitur Galenus. xviij. terapētice. capitulo tertio ⁊ in lib. de causis pro catarticis. capitulo scd̄o. Non ergo sunt omnia corpora colerica sed quedam. qd patet ex modo loquendi Auicen. Non em̄ dixit corpora colerica: sed de corporibus. quasi dicat. aliqua sunt regēda regimine cōtrario ei: qd supra scriptum est. debent enim cibari in principio paroxismi in statu paroxismi et parū ante initiū: et quandocunq̄ fuerint incibati ne sincopizēt in paroxismo et moriantur subito. aut si releuentur a sincopi incurrant extenuationē et faciem tornatilem qualis descripta est ab ypo. primo pronosticoꝝ. Si tamē esset possibile expectare declinationē paroxismi esset prestantius: et ex his patet solutio ad rationem primā. ¶ Ad secundā dicendum quod hoc accidens quod timetur preiudicat naturali complexioni. Vel melius dic quod nō omnia corpora sunt conseruāda cum similibus sed solūmodo corpora inculpate sana: imo huiusmodi sunt potius preseruanda cum cōtrarijs prohibentibus prohibentibus vlteriorē lapsum cum semper prona sint in siccitatem ⁊ arefactionē. ¶ Ad tertiam dicendū quod aliquis est homo assuetus multo cibo indigens illo propter plurimā eius resolutionē: et hec non impinguantur nec habēt fecem plurimā: et de isto loquitur Auicēna. xiij. tertij. capitulo de significationibus dispositionū stomachi. et de hoc est sermo hic. Aliquis est assuetus multo cibo non indigens eo qui eo repletur ⁊ fastiditur habens multitudinem fecum et constituitur in dispositiōe neutra: et huic conuenit in febre minoratio cibi: et de hoc loquitur Galenus primo regiminis acutorū. Aliter dicitur quod consuetudo multi cibi aut est diu assueta ante morbum: et hec est illa de qua loquitur hic Auicenna. Alia vero parui temporis ante febrem: et de hac loquitur Gal. loco supra allegato. et forte hec respōsio coincidit cum prima.

¶ Notandum qd in hac parte reperitur duplex littera. vna est purior: altera prauior. si dicat purior textus est clarus. in hora enim status calor est purior. quia intensior et nō admixtus frigiditati cui frequenter est admixtus in pricipio. Si vero dicat prauior potest dupliciter itelligi. vno modo ad resoluendum et corpus extenuandū: et est sensus littere clarus. Alio modo quo ad cibum. ⁊ dicunt cōmuniter ꝙ nocumentū cibationis est maius intensiue in statu paroxismi. sed nocumentuz cibatiōis in pricipio paroxismi est maius extensiue. quia in statu calor est intensior: et cibus addit in calorem: sed nocumentū cibationis in principio paroxismi est maius extensiue: quia nocumentum eius extenditur ad omnia tempora paroxismi sequētia. Ego autem credo nocumentuz cibationis in principio paroxismi nō solum esse maius extensiue: sed scd̄m

plurimum esse maius intensiue: cum intẽsiora fiãt nocumenta et pauca iuuamenta. Nocet enim suffocando calorem innatũ coartãdo magis pulsuꝫ et pauca est tunc indigentia cibi cum corpus nondum sit exiccatum et resolutum. ¶ Item prolongatur principium et cetera tempora et mors potest ita accidere in principio per viam suffocationis: sicut in statu per viam resolutionis: sed in statu nocet. quia forte prolongat statum et declinationem licet forte prouocando sudorem qui forte nõ prouocaretur sine cibo: possit esse causa abbreuiationis eorum. ¶ Item facit aliqualiter excrescere calorem: sed multa iuuamenta facit humectando et restaurando corpus exiccatũ et resolutum. Credo itaqꝫ intelligendum esse ꝙ status est hora prauior quo ad corporis exiccationẽ nõ quo ad cibationẽ. et maxime in his corporibus de quibus hic loquitur. in quibꝰ potest accidere sincopis et mors subita per viam resolutionis. Et non solum status est prauior hora ad occidenduꝫ per viam resolutiõis quã principiũ: immo declinatio paroxismi est prauior hora quã principiũ ad occidendũ per viam resolutionis. tertio de crisi. cap̃. tertio ⁊ scd̃a quarti. capitulo de horis et speciebus mortis. Et si queratꝛ in quo tempore est melius cibare hec corpora que sincopizant in paroxismis et quandoqꝫ subito moriuntur. ¶ Dicendũ quod sincopis potest accidere his corporibus dupliciter. vno modo ex defluxu colere ad os stomachi: et hoc magis accidit in principio paroxismi. Alio modo per viam resolutionis: et hoc magis accidit in statu. ¶ Dicendum igitur quod si accidat sincopis solum ex defluxu colere ad stomachum melius est cibare parũ ante principium cum aliquo stiptico frigido sicut cum pane infuso in vino granatorum vt stomachus confortatus a se coleram repellat. aut si veniret ad stomachum facile possit vomi. Sed in his qui sincopizant propter resolutionem: aut vtroqꝫ modo debemus in principio vel parum ante principium: et etiam in statu si nõ possit expectare vsqꝫ ad declinationem: sed in principio vel parum ante principium cum cibo iam dicto: et forte si panis esset infusus in vino stiptico esset prestantius. In statu autẽ cum aliquo resumptiuo: sicut cum aqua carnis vino et similibus si nõ potest expectare declinationẽ. hec enim cura est coacta.

¶ Et sunt de hominibus quidam qui sunt exuberãtis carnis: sꝫ cum abscinditꝛ ab eis cibꝰ debilitantꝛ ⁊ extenuationẽ ĩcurrũt: q̃re non tolerant prohibitionem cibi.

¶ In parte presenti ponit quendam canonem cibationis diuerse a cõmuni consuetudine cibationis egrorũ. Et dicit quod de hominibus sunt quidam exuberantis carnis a quibus cum cibus abscinditur in paroxismo debilitantur et extenuantur: quare non tolerant prohibitionem cibi. ¶ Notandum quod corpora huiusmodi sanguinea carnosa sunt duplicia. Quedaꝫ eniꝫ sunt densa in poris suis et habentia humidum spissum et ratione huius non facile resolubilia: l[i]cet habeant multuꝫ de calore faciente ad resolutionem: et hec facile tolerant famem apud Galenum nono terapentice. Quedam autem sunt rara in poris suis et habentia humidum non spissum: et hec sunt facile resolubilia: et cum patiuntur famem extenuationem incurruunt. et sunt cibanda in paroxismo. ⁊ ꝓprie in statu quando prolongatur.

¶ Et omnis cuiꝰ calor innatus fortis est valde aut plurimus: aut calor innatꝰ est valde debilis nõ potest dimittere cibum.

¶ In parte presenti Auicenna summat causas cibationis diuerse a cõmuni cibatiõe egrorũ. dicẽs ꝙ omnis cuius calor innatus est fortis valde: idest intensus: aut siccitati coniũctus: aut vtroqꝫ modo sicut in corpibus colericis de quibꝰ supra. Naꝫ per hec duo calor fit acutior notabil'r resoluẽs: ⁊ plurimus. i. cũ magna multitudine caloris sequẽte multitudinẽ subiecti ꝓprij: sicut in sanguineis: de quibus supra: ⁊ in infãtibꝰ: aut calor innatꝰ valde debilis: q[uia] remissus ⁊ paucus: sicut in corporibꝰ exanguibꝰ priuat[is] calore: necnõ spiritibꝰ aut merito cõplexionis: aut merito etatis: sicut decrepiti nõ pñt dimittere cibuꝫ. Sunt enim in paroxismo cibãdi.

Contra. contrariarũ dispositionum regimina

debent esse contraria. ergo si vnus istorũ nõ tolerat abstinentiã alter tolerabit eam. ¶ Preterea calor innatus valde debilis parum resoluit. ergo tolerat abstinentiam. tertio calor multus ostẽdit multam copiam sanguinis: et talis tolerat abstinentiam. ¶ Ad primum dicenduꝫ quod contrariarũ dispositionũ in eo quod sunt contrarie cõtraria debẽt esse regimina. et hoc modo: q[uia] calor paucus ⁊ calor multꝰ sunt ꝯtrarij: q[uia] paucus paꝝ resoluit ⁊ parũ põt digerere. multus multũ resoluit et multũ põt digerere. idigẽt regimie ꝯtrario. s. paucus pauco cibo ꝓ vice: sicut ĩ decrepitis ⁊ exanguibus. ⁊ multꝰ multo cibo ꝓ vice: sicut in infantibꝰ et sanguineis: sed in illo in quo ꝯueniũt indigẽt sil'i regimine. ꝯueniũt eñi in hoc: ꝙ vterqꝫ ẽ paratꝰ extinctiõi. vnꝰ ꝓpt nimiã resolutionẽ: aliꝰ ꝓpter paucitatẽ hũidi: vñ nisi cito subueniatꝛ extinguitꝛ. Exẽplũ hẽtis in lucerna habẽte m'tũ de oleo: sꝫ papyrũ magnã cũ multo igne multũ de oleo cõsumẽte. hec ei exigit multũ oleũ ⁊ frequẽter. Si ãt lucerna hẽat valde modicũ de oleo: ⁊ papyrũ paruã cũ pua flãma exigeret paucũ oleũ: sꝫ frequẽter: sic est de cibo in corporibus multi et pauci caloris: et ex his patet solutio ad rationes alias.

¶ Et de eis sunt quibus accidit dolor et lesio in stomacho et dolor capitis propter cõmunitatẽ: et isti sunt de hoc genere. Et istis fortasse sufficit aqua ordei et fortasse egent vt misceant succum granatorum et similia illi vt confortetur os stomachi. Et quandoqꝫ est nobis necessariuꝫ vt faciamus eos vomere cum facilitate ante cibũ. Et in plurimis istorum si debilitantur: ⁊ proprie si superuenit eis sincopis: causa non est vehemẽtia debilitatis: immo effusio materiei ad os stomachi. Cum ergo sumunt in potu sirupum acetosum permixtum cum aqua calida multa: aut vinum permixtuꝫ cum aqua multa euomunt in vomitu humores colericos et virtus eorum fit fortis. Tuncqꝫ cibantur aliquo robuch stipticorũ sedãtur.

¶ In hac parte Auicẽ. explicat quasdã dispositiones preternaturales propter quas oportet variare cibationẽ: ⁊ explicat modos cibationuꝫ dicens sex. Primũ quod sunt aliqui q̇bus accidit dolor in stomacho et lesio. s. alia: sicut nausea et subuersio et dolor etiã capitis per cõitateꝫ a stomacho ⁊ isti sunt de hoc gñe qui nõ pñt abstinere a cibo. Scd̃o

dicit ꝙ

dicit ꝙ istis fortasse sufficit aqua ordei. et fortasse egent vt misceatur secum vinū granatorū et similia illi os stomachi confortantia et infrigidantia sicut vinum citonioꝝ .iij.dicit: ꝙ quandoqꝫ est necessariū vt faciamus eosvomere cū facilitate.i.leuibus remedijs ante cibum ad educendū supflua que sunt in stomacho.Quarto dicit:ꝙ pluribꝰ istorum si debilitantur:et proprie si superuenit eis sincopis causa non est debilitas magna.s. per viam resolutionis spirituū et consumptionem humidi: immo causa sincopis sue est effusio materie ad os stomachi.Quinto dicit ꝙ cum sumūt in potu sirupum acetosum cum aqua calida multa:vtputa sirupi acetosi.ʒ.ij.aque.ʒ.iiij:aut circa.ita vt totuz sit tepidum:aut sumāt vinū permixtuz cum aqua multa qđ sit similiter tepidū euomūt humores colericos et virtus eorū est fortis: quia non sincopizant ꝓpter defectū spirituū: immo ꝓpter cōpassionem cordis ad os stomachi.Ultimo dicit ꝙ cū cibantur aliquo rob stipticorum sedātur.s. sincopis et reliqua accidentia.Est autē rob succus per decoctionē inspissatus. Eligatur itaqꝫ rob de citonijs de piris:aut aliud simile frigidum oris stomachi confortatiuū et colere repressiuum. ¶Notandū primo ꝙ hi de quibꝰ est hic sermo dnr infelices a generatione.habent enī porum felleū euntem ad os stomachi latiorem ꝙ̄ debeat esse in naturali dispositione:et plus colere deferentē. vnde ex qualibet leui causa colerā euomunt.immo q̇dā omni die.et de his est sermo apud Ga.scdo tegni. et scdo regiminis acutoꝝ.cōmento.xxix. Hi autez cibandi sunt parum ante paroxismū vel etiam in principio paroxismi aliquo stiptico infrigidante sicut dictum est.Nam huiusmodi sumpta aut ꝓhibent aduentū colere ad os stomachi.aut si nō possunt prohibere cū hoc cibo eam facile euomunt:⁊ sic sincopis prohibetur. Et hec cibatio multū differt a cibatione primorū corporum colericoꝝ.illi enī cum sincopizent propter debilitatē sequentez resolutionē debent cibari cū aqua carnis et vino. Est tamen melius vt aque carnis sit aliquid frigidum stipticum admixtū vt simul subueniatur debilitati per viam resolutionis: et sincopi venienti ex defluxu colere ad os stomachi: sicut aliquando sibi accidit. Et similiter esset in his faciendum si sue debilitati sequenti raptū colere ad stomachū complicaretur debilitas per viā resolutionis: sicut accidit aliquādo:et tunc etiam cibandi essent ī statu:sicut priores. Primo ergo cibādi sunt ante aduētū paroxismi cū aliquo stiptico frigido ꝓhibente aduentū colere ad stomachum. Secundo si colera peruenit ad stomachū procuretur eiꝰ eductio cū vomitu. Tertio stomachus confortetur cū aliquo frigido stiptico.

¶Et senes quidem et debiles et infantes sunt de genere eorum qui non tolerant famem. De primis vero senibꝰ sunt qui sunt vehementis tolerantie famis et sequuntur eos adolescentes:et proprie habentes solida mēbra amplas venas in aere frigido.

¶Hic ponit cañ.cibationis ꝓm etates.Et primo facit hoc.scdo docet euitare quēdam errorem.secunda ibi.(Et multotiens.)In prima parte dicit tria.primū ꝙ senes.s.decrepiti.et debiles sicut cōualescētes ex morbo resolutiuo. Iterū debiles naturaliter ꝓpter humidi paucitatē et caloris inati qui in hoc decrepitis ꝓportionantur: et infantes sunt de his qui nō tolerant famem:īmo sunt cibādi in paroxismo nimis ꝓlixo. Scdo dicit ꝙ de primis senibus sunt aliq̄ qui optime tolerant famē: et hi sunt q̇ habēt humidū spissum cum densitate pororū.tertio ꝙ hos senes in tolerātia famis sequuntur adolescentes. per adolescentes intelligēdo iuuenes et pueros sibi proximos qui proprie adolescentes vocantur. Nam adolescentia etiam significat iuuētutē apud Conciliatorē dria.124. et proprie illi adolescētes et senes primi optime tolerant famē qui habēt solida mēbra.i.densa in poris cum spissitudine humidi et amplas venas: et cū hoc plenas sanguine:nō tamen cū calore valde intenso et in aere frigido parū resoluēte. et hic est affórismꝰ prime particule. Senes facillime tolerant ieiuniū. Rasis vero.xvij.continētis ca.iiij. vnde Auiceñ.accipit hunc passum sicut dicit. Illi Rasis.
q̇ sunt debiles virtute sicut decrepiti:et multe dissolutionis:sicut pueri nō possunt abstinere a cibo et qui plus pati possunt ieiuniū sunt senes: ⁊ post illos q̇ in vltimo iuuētutis.maxime tamen quorū corpora sunt duri tactus et pauce dissolutionis ⁊ largi pectoris:et assueti in aere frigido et regimīe grosso ante morbum.

¶Et multotiens quidem errat medicus in huiusmodi egrotis scdm alium modum quoniam ipse prohibet eis cibum in principio rei. et quando appropinquat status et sciunt quod cadit virtus cibāt in illa hora necessario.iā vero ergo errauerunt duobus modis et si ipsi cibarent eos in principio esset error ille:et ignorantia infra hunc errorem.

¶Hic ponit quēdam canonem vt illum euitemꝰ. scdo ostendit nocumenta que accidūt ex illo canone.secunda ibi.(Accidit illis.) In prima parte dicit ꝙ medicus errat in cibando hos egros.scilicet febrientes scdm alium modum:preter hunc q̇ statim positus est.quia non cibantur in paroxismo q̇ sunt cibandi iuxta canones statim positos. Sed hic secundus error est.quia medicus ignarus ꝓhibet cibum in principio vniuersali; aut minuit magis quā oportet. Et quando appropinquat statꝰ vniuersalis et vident virtutem cadere coguntur tūc necessario cibare grossius quā debet. quapropter errant duobus modis.Unus modus: qꝛ non cibauerunt in principio quando erat cibandum. secundo quia cibant in statu magis quā sit cibandum:et si cibassent in principio etiam grossius ꝙ̄ opus fuisset minor error fuisset et minor ignorantia.i.minus nocumentū quā cibare ipsos in statu: ⁊ non cibasse in principio.aut minus cibasse quā erat oportunū.Cibatio enī facta in statu plus nocumentū affert quā cibatio facta in principio iuxta superius determinata.

¶Et accidit istis egris vt accidāt eis catarri nauseatiui ⁊ colerici ⁊vigilatiui ꝓpter resolutionē ⁊ priuationē digōnis et inq̄eti fiūt et alienātur:et coartant materie et virtutes eorū et multiplicātur ipsorū vapores quare audiūt id qđ non ē et tremūt et citātur vel saliūt et ꝑmutātur in lectis:et imaginātur qđ nō est:et tremūt vel saliūt labia eorū inferiora ꝑꝑ dolorē oris stōi:et contristant aīe eoꝝ ꝓpter grauitatē materiei.

¶Hic ponit nocumenta que accidunt illis qui in principio non cibātur: aut cibantur subtili⁹ quaz erat oportunū. postea cibanť in statu grossi⁹ ꝙ est oportunū. accidūt enim catarri nauseatiui. i. nauseam excitantes fluendo ad os stomachi. Et colerici. nam quātūcunqꝫ febris non penderet a colera. multotiens tamen ea excitanť hūores colerici qui: quia ad motū sunt proniores simul cum alijs hūoribus mouētur ad os stomachi. immo faciunt alios hūores fluere. et vigilatiui. i. vigilare facientes sua caliditate et siccitate: et fortasse tussim excitando si fluant ad pulmonē. ꝛ hi catarri possunt excitari. tam ꝓpter superfluā inanitionē calore inflāmato defectu cibi: et sua inflāmatione liquefaciendo humores in capite contētos ꝙ propter superfluam repletionē cibi tēpore status. vnde corrumpiť cibus: et euaporādo est causa hmōi catarrorum. ꝓpter qđ dixit ꝓpter resolutionē. i. dissolutionē tēpore inanitionis in pҁncipio et priuationē digestionis sumpto cibo tēpore status et. inquieti fiunt et reuoluūtur non potentes quiescere in vno loco maxime ꝓpter vigilias sequētes acutos vapores ad caput peruenietes. et alienantur vaporibus peruenietibus ad organa virtutū interiorꝝ suas operationes impedientibus: sicut in frenesi non vera accidit. Et coartāt materie virtutes eorum. s. aīales naturales et vitales: aut oēs: aut plures ex his. Et per materias intellige chilum cum vaporibus suis: et materias malas que ex chilo corrupto generantur. Et potestis etiā intelligere materias dissolutas tēpore ianitiōis: et multiplicantur vapores maxime per actionem caliditatis tēpore status agētis in cibum: et in ea que ex cibo generantur. quare audiūt. illud qđ non est vaporibus multiplicatis et venietib⁹ ad miringā audit⁹ sunt enī causa tinnitus. vnde existimāt aliquem sonum esse in aere qui non est. et similiter imaginantur qđ non est. Ex eadē causa tremūt citanť vel saliunt et cōmouentur labia eorꝝ inferiora ꝓpter dolorē oris stomachi sequētē: aut cibi corruptionem aut catarrum ad ipsum defluentē. Est enī pellicula labij inferioris ori stomachi cōtinua. Unde ore stomachi cōmoto cōmouetur labium inferi⁹ magis quā superius. licet etiā superius cōtinueť ori stomachi. quia cū sit pendens non est aptū ita cōmoueri: sicut inferius. Et contristantur aīe eorum propter prauitatē materie euaporantis ad cor et ad cerebrum: siue illa materia sit chilus corrupt⁹ siue genita ab eo: et hec sententia sūpta est ab hypocra. ij. regiminis acutorum. §. illo. Multotiēs autē a capite: et sic est finis hui⁹ capituli.

¶Canon in dando in potu aquam ordei: et sirupum acetosum. Capitulum. ix.

Champerius. Si fuerit immoderata calitas parcēdū est melicrato: at vtendū ptisane succo: sin autē opilatiōes difficulter solubiles nobiscū reputauerimus: oxymel dādū ē: ꝓterea



Qua ordei quedam est i qua nō est de corpore ordei: nisi quod ē sicut virtus et forma et non est ei introitus in curatione: aut fiducia in iuuamento: nisi quādo est complete decoctionis. Et que de ea est melior est vt sit aque quātitas sacraiati. xx. et ordei sacraiati. j. et sit iam reducta ꝓpriet ad quintam: et assumatur illud quod de ea rubeum est et subtile: hoc enim est subtile cuius nutrimentum est minus et cuius humectatio est maior: et ablutio ei⁹ et abstractio superfluitatum ab ea et digestio facta ab ipsa est multa equalis.

¶Quia Auicen̄. promisit superius se facturū sermonem singularē de aqua ordei: ꝛ sirupo acetoso. Ideo facit hoc capitulū in quo agit de modo conficiendi aquā ordei: et sirupū acetosum. Et ponit canonem in vsu vtriusqꝫ. Habet hoc capitulū tres partes. In prima docet facere aquam ordei. In secunda sirupum acetosum. In tertia ponit canon̄. ī vsu vtriusqꝫ scđa ibi. (Et melior q̇dē si) tertia ibi. (Et aggregare.) Prima in duas. nā in pҁma ponit duas diuersitates aq̄ ordei penes īgredi parū aut multū de corpe ordei in aquā. In secūda ponit diuersitates ipsius sumptas ex parte ordei. secunda ibi. (Et aqua quidem ordei). Prima in duas. naz in prima parte docet conficere aquā ordei in quā ingreditur virtus ordei ꝛ parū de corpore eius. In secunda docet, cōficere aquā in quam ingreditur multū de corpore ordei. secunda ibi. (Et de ea est in qua) In prima parte dicit ꝙ quedā aqua ordei est in qua non est de corpore ordei scilicet aliquid notabile: sed solū aliquid: quod est sicut virtus prima aut secūda. ꝛ forma idest proprietas tertia nō ꝙ illud parū quod ingreditur de corpore ordei in aquā sit virtus prima aut secunda aut tertia eius sed in ipso seruanť huiusmodi virtutes. Secundo dicit ꝙ nō valet in curatione: neqꝫ est fiducia in iuamēto eius nisi quando est complete decoctiōis scilicet vsqꝫ ad aperturam granorum ordei inclusiue. non tamen magnā sed inchoantē. nam si esset magna multum de corpore ordei in aquam ingrederetur. Tertio dicit ꝙ melior aqua ordei ē: vt sit aq̄ sacraiati. xx. et ordei sacraiati vnū. Est autē sacraiati pōdus q̄tuor. ʒ. cū dimidio aut ƀʒ alios vj. ʒ. Sed nō pōt eē error. ordeū sit subuigecuplū ad aquā ꝛ bulierint simul donec remaneat solum prope quintam partem aque. Quarto dicit quod de ea sumatur illud quod est rubeum: et subtile et spissum remanens in fundo. tendens vero magis ad albedinem abijciatur. Hoc enim subtile aque est pauci nutrimēti: quia parū est in eo de eo corpore ordei. sed eius humectatio est maior ratione aque. sed ablutio eius et extractio superfluitatuz. scilicet per vrinam et per secessum est ratiōe aque: ꝛ virtutis abstersiue que est in cortice ordei: intrinseco ratione nitrositatis sparse cum eius superficie. ꝛ digestio eius est multa equalis. i. non superfluens. infrigidat enim et abstergit: sed nō superflue. et humectat sufficienter.

¶Et de ea est in qua ē aliquid de corpore ordei et farina eius. Et magis dilectū mihi in his est vt non sit plurimuz decoctum immo secūdum mensuram que auferat inflationem et nō perueniat: ad hoc vt faciat ipsam viscosam vehementer. Et huiusmodi quidem est pluris nutrimēti et minoris ablutionis et digestionis: et accidit ei multotiēs vt acetetur in stomacho frigido in substantia sua: ꝛ si sit in eo calor extraneus multus de malitia complexionis.

¶In parte ista agit de aqua ordei in qua est plus de ordei corpore: et farina eius quam dicit non multum debere decoqui: sed secundum mensurā que aufert inflationē ab ea que est apta esse in ea

etiā oxymel eo īmoderate vtētibus intestina ꝯstringit: et tussiz mouet: ꝛ neruosas offendit partes: ita iter difficillima est aliqđ hmōi iuenire auxiliū: qđ sane nō offēdat vlla in ꝑte: ꝛ ꝓfit plīm: hoc aūt fit ob affectionū in corꝑe contra naturā ꝯplexum. Quare inter ea q̄ facile offēdūt satius fuerit ptisane succo vti quoad possumus. Ainū quoqꝫ aq̄ dilutū potū cūcta mouet excremēta: cō coctione apparēte i vrinis manifesta.

esse in ea merito huius ordei ventosabilis: nisi suf/
ficienter decoquatur. non perueniat ad hoc vt faciat
ipsam viscosam vehementer: et hec quidem est plu
ris nutrimenti rone farine ingredientis in aquã: sed
est minoris ablutionis rone paucitatis aque. vñ
nõ impetuose fluit: et est minoris digõnis sua vi/
scositate abstersionẽ impediente. Secundo dicit ꝙ
multotiens acetat in stõ frigido naturaliter: quãuis
sit in eo calor extraneus et multũ de malitia com/
plexionis calide. naꝫ si stõus esset calidus ⁊ siccus
naturaliter: ⁊ cũ hoc habens calorẽ extraneum po
tius corrũperet ad fumosum ꝙ ad acetosuꝫ. ⁊ hec
aqua est magis apta acetosari cũ diutius perma
neat in stomacho ꝙ aqua subtilis de qua supra.
¶ Modus autem faciẽdi hãc aquã est permitten
do ipsam magis bulire scilicet vsqꝫ ad completaꝫ
aperturã granorũ ordei. ita tamen vt non inspisse
tur. sic enim esset ptisana ⁊ non aqua ordei.

¶ Et aqua quidem ordei quandoqꝫ est de
cocta ex ordeo ipso et qñqꝫ est excorticatũ.

¶ In parte ista ponit duas maneries aque ordei
sumptas ex parte ordei dicens: ꝙ est aliqua aqua
ordei facta ex ordeo ipso scilicet sicut est: quia non
mũdato a cortice scilicet interiori: sed bene ab ex/
teriori. Facta enim ex ordeo non mũdato ab ali/
quo cortice nõ habet iuuamẽta que querimus ex
aqua ordei. vt vult Mesue ⁊ Azarauius libro de/
cimosexto capitulo primo ⁊ huius virtutes posite
sunt superius. Alia est aqua facta ex ordeo munda
to ab vtroqꝫ cortice que est minꝰ abstersiua ꝙ prior.
sed magis sitim ⁊ asperitatẽ sedat: inflammatio/
nem extinguit magis: humectat guttur pectus. et
pulmonẽ lenit precordia humectat ⁊c. Sed prima
ratione abstersionis magis digerit abluit ⁊ ape/
rit opilatiões ꝙ secũda. ¶ Pro clariori intelligen
tia est sciẽduꝫ primo ꝙ ex ordeo pñt fieri ista scili/
cet aqua ordei. succus. ptisana. krist. sauich. alphi/
ta. polẽta. puls. pulmentuꝫ. far. Et aqua ordei est
corpus humiduꝫ potabile in quo aqua in magna
qũtitate excedit ordeũ siue ordeum sit fractum siue
non. Succus ordei est humidũ expressuꝫ ex ordeo.
Ptisana vero ordei est cibus liquidus medius se/
cundum substantiam inter potũ verũ ⁊ cibum ma
sticatione indigẽtẽ. Et fit dupliciter. vno modo fa
rinam ordei paucã aque ordei admiscẽdo que taꝫ
diu permittantur bulire donec fiat liquor medius
inter verum potũ ⁊ cibũ masticatione indigenteꝫ:
⁊ cũ decoquitur debet semper permisceri ne fun/
do adhereat. decoctio autem sufficiens per odorẽ
cognoscitur. Fit etiam ptisana decoquẽdo ordeũ
mundum tãta decoctione vt fiat cibus mediocris
substãtie vt statim dictum est. Et est duplex: que/
dam colata que postqꝫ facta est colatur et partes
grossiores abijciuntur. Krist vero ordei est succus
ex ordeo post decoctionẽ expressus. ⁊ est ideꝫ quod
ptisana colata. Puls vero ⁊ pulmẽtum alphita ⁊
polenta ordei est ideꝫ quod ptisana ordei quomo
docunqꝫ fiat. Far vero ordei est ordeuꝫ grossum in
partes fractum: licet sumendo a frangendo far di
ctũ fieri possit ex quocũqꝫ grano. veruꝫ apud nos
far est quoddã speciale granũ in partes fractum:
quod forsitan est species ordei. ¶ Aqua vero ordei
Mesue. apud Mesue quem debes sequi: est enim doctor
veritatis est duplex. Una que est potus medicina
lis. Altera que est potus tantũ. Prima fit hoc mo
do. ℞. ordei excorticati a cortice primo exteriori.
postea fricati cũ pãno aspero fricatione vehemẽ/
ti circiter librã vnaꝫ: ⁊ fit ordeum subtile medium
inter nouũ ⁊ antiquũ super quod nõ ceciderit ali/
quid corruptionis. neqꝫ de contagione fumi: aut
pulueris: ⁊ quod cõseruatũ fuit in loco aeris libe/
ri: ⁊ iam habuit perfectionem in natiuitate sua: et
ponatur in olla munda et vitreata et optime ab/
stersa. ⁊ pone super ipm aque libras. 20. que aqua
sit bene cõditionata: ⁊ exerce coctionẽ cũ omni fa/
cilitate quãtum est possibile: ⁊ sine fumo auferẽdo a
principio spumã eius ⁊ decoquatur vsqꝫ ad con/
sumptionẽ medietatis aque: aut duarũ tertiarũ.
deinde cõseruetur in vase vitreo. Habet enim hec
aqua virtutẽ lenitiuam resultãtem in ea ex aqua ⁊
medulla ordei: ⁊ abstersiuã ⁊ lauatiuam a nitrosi/
tate quadã expãsa in cortice interiori ordei tegẽte
medullã eiꝰ. est igitur lauatiua sputi facilitatiua.
ventris lubricatiua. opilationes aperit ⁊ vrinam
prouocat. ¶ Ars vero faciendi aquam ordei que
est potus tantum completur hoc modo. ℞. ordei
excorticati circa librã vnã: ⁊ frica ipsum cuꝫ pãno
aspero. fricatione vehemẽti vsqꝫ ad exclusionem ⁊
separationem corticũ interiorũ omnino: ⁊ laua la
uationibus pluribus cum aqua calida. deinde po
ne illud in olla. ⁊ postea funde sup illud aque cir/
citer libr. 8. deinde buliant cũ facilitate ebulitio/
ne vna. ⁊ proijciatur ab eo aqua illa. deinde pone
super ipm aque circiter libr. 20. ⁊ decoque cum fa/
cilitate vsqꝫ ad lib. 10. vel. 7. deinde cola ⁊ recõde
in vase vitreo. hec aũt aqua sitim ⁊ asperitatem se
dat: inflãmationẽ extinguit pectus ⁊ pulmonem ⁊
guttur lenit sitim extinguit: vẽtrẽ lubricum reddit
precordia humectat ⁊ sputũ facilitat. Hec autem
aqua vlteriorẽ recipiẽs digõnẽ refundẽdo adhuc
parũ post parum super eaꝫ circiter libras. 10. aque
calide efficitur cibus ⁊ potus quẽ quibusdam cola/
tum quibusdã non colatũ Hypo. dari iussit scdm
necessitatis exigẽtiã. Est enim non colatus pluris
nutrimenti. colatus vero paucioris. ⁊ quando vlte
riorem recipit decoctionẽ vsquequo sit mediuꝫ in
ter iũctũ: ⁊ liquidũ est cibus laudabilis habẽs bo
nitates solennes quo vtendum est: cum adhuc plu
ri opus est nutrimento. ¶ Diuersitates autẽ quas
tu reperies inter auctores variantes proportio/
nem aque ad ordeum: ⁊ in maiori: aut minori de/
coctione sicut hic vides inter Mesue ⁊ Aui. cõcor/
da distinguẽdo de ordeo. Est enim quoddã quod
cito decoquitur. quoddã qd tarde. licet etiaꝫ inter
aquam sit hec dña: est eñ quedã aqua in qua res
cito decoquitur: et est melior: quedam in qua tarde:
et est deterior. Et scdm hoc auctores: sicut Auicẽ.
voluerunt decoctionem maiorem fieri vsqꝫquo re
maneat fere q̇nta pars. alij vero sicut Mesue ecõ
tra. Accidunt etiã he diuersitates scdm vas in quo
exercetur decoctio cum est lati aut stricti orificij.
Cum eñ est lati orificij. opus est plus de aq̃ con/
sumi. cũ vero stricti econtra. Iste etiã diuersitates
sunt scdm diuersitatem iuuamentorũ que queris
ex aqua ordei. Cũ enim vis facere aquã ordei que
sit potus medicinalis pauciori opus est decoctio
ne. Cum vero vis facere potum tantum opus est
pluri decoctiõe. Cum vero ptisanã que per aquã
ordei aliquãdo intelligitur adhuc pluri opus est
decoctione. Cum vero cibum masticatione indigẽ
tem multo pluri opus est decoctione. Diuersita/
tes autem in hoc ꝙ ordeum debeat esse fractum
vel integrum soluuntur scdm diuersas necessita/
tes. Si enim vis ꝙ plus de corpore: siue farina or
dei ingrediatur in aquam melius est vt sit fra/
ctum. sic enim erit magis nutritiuum. Si enim
opus est minori nutrimento debet esse integrum.

¶ Nota ꝙ cum vis plus humectare melius est ordeum grossum. cum vero minus melius est ordeũ subtile. Sed vt non sit error in aqua ordei attende hoc solum. Nam cum vis facere aquam ordei potum medicinalem buliat ordeuz quousqꝫ incipiat aperiri. si vero potum tantum buliat vsqꝫ ad completam apertionez. ¶ Ultimo nota ꝙ aqua ordei conuenit in febribus colericis et sanguineis. Itez in febribus flegmaticis a flegmate salso: et in febribus melancolicis a melancolia adusta. sed in febribus pendentibus ab hũoribus frigidis quibus non insit caliditas nec de per se: nec de per accidẽs raro cõuenit: in febrib⁹ vero effimeris cõuenit. In ethicis ꝯuenit aq̃ ordei: q̃ est pot⁹ tãtũ magis ꝙ̃ illa q̃ est pot⁹ medicinalis. Si ꝟo in febrib⁹ pendẽtib⁹ ab hũorib⁹ frigidis vis ea vti decoquat̃ simul cũ ordeo aliq̃d calidũ: sicut radix apij aut feniculi aut similia. Et pro potu quotidiano possumus in his vti aqua zucharata cum zucharo optimo. et si vis aliquãtulum calefacere cum zucharo vnius cocte: ⁊ si vis vti aqua ordei sit medicinalis est enim minus frigida et potus bonus quotidianus in febribus pendentibus ab humore frigido viscoso est aqua zucha. cum pauco oximelle simplici.

Dubitatur. Utrum aqua ordei sit humida virtualiter: quia de actuali humiditate non est dubium. Arguitur ꝙ non. q꞉ ordeum siccum est virtualiter merito sue complexionis. et complexio aque non est sicca neqꝫ humida cum non habeat complexionem: quia simplex. ergo aqua ordei scd̃m cõplexionẽ suam est sicca et sic virtualiter erit sicca. tenet consequẽtia cum nõ cõponat̃ nisi ex aqua et ordeo. ¶ Solet dupliciter respõderi. primo ꝙ licet aqua simplex nõ habeat complexionem. humiditas tamẽ sua actualis vincit complexionem siccã ordei: et sic virtualiter humectat.

Contra. sequitur qꝺ oĩs decoctio facta in aqua est humida virtualiter: et debet humectare. ꝯsequẽs falsum: et contra Mesue tractatu. vij. et ꝯtra oẽs auctoritates. Sed probatur cõsequentia: quia aq̃ determinat sibi summam frigiditatez aut saltem sine admixtione siccitatis: quia simplex: et est maioris quantitatis quã reliqua que decoquunt̃ in ea. ergo aggregatũ debet esse virtualiter humidũ ¶ Preterea humiditas actualis que est qualitas prima non contrariatur complexioni sicce: que est qualitas scd̃a cum tantũ vnum vni opponatur. Et certum est humiditatẽ aque q̃ est qualitas prima opponi siccitati que est qualitas prima: et sic non opponitur cõplexioni sicce: quare non sibi cõtra operatur. ¶ Et confirmatur. q꞉ ambe possunt in eodẽ subiecto intẽdi: sicut in febriẽte cuius complexio efficiatur humida. ¶ Et cõsequẽter sequit̃ ꝙ idem corpus per aquã ordei exiccabitur et humectabitur. ¶ Aliter dicunt quidam sicut Marsilius inguẽ in questionibus super libro de generatione: ꝙ quodlibet elemẽtũ determinat sibi duas qualitates actuales et duas ꝟtualiter tales a primis distinctas: et sic in aqua erit humiditas actualis: ⁊ humiditas virtualis abinuicẽ distincte: ⁊ sic per humiditatem virtualem contra operabit̃ siccitati complexionali ordei: licet non per humiditatem actualem.

Contra adhuc stant ratiões facte cõtra primã responsionem nisi dicat: ꝙ illa humiditas est remissior ꝙ̃ sit humiditas actualis: et sic consequenter decoctiones ille erunt sicce in quibus bulient notabiliter sicca: et in notabili quãtitate: sed ille in quib⁹ bulient remisse sicca: aut in pauca quãtitate erũt humide. et ita dicatur de alijs qualitatibus.

Sed contra hanc responsionẽ sunt instantie difficiles quas relinquo dominis philosophis. Una tamen medicinalis instantia est satis apparens. sequeret̃ eñi ꝙ aq̃ decoctiõis camomille esset frigida ꝟtualiter consequens contra experientiã: et contra cõmunẽ opinionẽ. et consequentia probatur. quia aqua ẽ primũ frigidorũ: et magis frigida ꝙ̃ humida: aut saltem equaliter scd̃m oĩm opinionem. sed camomilla non est magis calida ꝙ̃ ordeum sit siccum. ergo ⁊c. He instantie sunt mihi difficiles quibus male potest responderi. nisi forte dicatur ꝙ ordeũ sit siccum scd̃m cortices. est tamen humidum quo ad medullã et farinã eius. qꝺ tamen non bene cõsonat mentibus auctorũ. Nec valet si diceretur ꝙ aqua qua vtimur non est simplex quia certum est ꝙ non sit vere mixtum: neqꝫ habet complexionem sed de his alias.

¶ Et melior quidem sirupus acetosus apud me est ille ĩ quo ponitur zucharum in vase: deinde funditur super ipsum acetum forte quod sit de vino tante quãtitatis, vt eleuet̃ super dorsum zuchari: immo dimittat ipsum discoopertum. deinde ponuntur sub vase carbones quieti ⁊ cibus calidus donec liquefiat zucharũ in aceto sine ebulitione: deinde colligitur spuma: ⁊ dimittitur vna hora cum multo calore donec misceat zucharum cum aceto: deinde fundat̃ super ipsum aque quantitas duorum digitorum: ⁊ buliat vsqꝫ ad spissitudinem.

¶ Hic docet conficere sirupum acetosum: dicens ꝙ melior sirupus acetosus est ille in quo ponitur zucharum. scilicet trium coctarum in vase. deinde funditur super ipsum acetum forte: quod sit de vino vt sit magis incisiuum ⁊ penetratiuum. ⁊ nõ debet esse ex vino granatorum aggresta ⁊ similib⁹ neqꝫ ex aqua. et sit tante ꝗ̃titatis vt nõ cooperiat zucharum totaliter: sed secundum dorsum eius. i. secundum partem altiorem maneat discoopertum. deinde accendatur ignis quietus. i. paruus ex carbonibus: ita vt cinis calidus cũ paucis prunis sufficiat donec liquefiat zucharum cum aceto sine ebulitione. deinde tollatur spuma ⁊ dimittatur sic hora vna cum multo calore: sed absqꝫ ebulitione notabili donec misceatur zucharum cum aceto. deinde fundatur super ipso aque quãtitas duorum digitorum secundum latum: ⁊ postea buliat donec inspissetur. Mod⁹ tamen Mesue quẽ debes sequi est clarus ⁊ bonus. Accipe zuchari albi lib. q̇nqꝫ: funde suꝑ illud ĩ vase lapideo aque fõtium dulcium ⁊ clarorum lib. quatuor: ⁊ decoquatur semper abijciendo spumam. Et sit ignis quo coquitur prunarum: aut tenuis flamme: ⁊ sine fumo donec clarificetur: ⁊ diminuta sit aqua: sicut medietas. deinde funde suꝑ ipsum aceti vini albi et clari libras duas: si vis facere parũ acetosum. si vero multum põe libras quatuor. si vero mediocriter: põe aceti lib̃ tres. ⁊ postea ꝑfice decoctionẽ vsqꝫ ad spissitudinẽ: ⁊ sit dosis ei⁹ ab ℥. ß. vsqꝫ ad tres cũ aq̃ frida bñ ꝯditionata. In hoc eñi sirupo acetoso ẽ ĩfrĩdatio ꝑ aquã ⁊ acetũ: ⁊ ẽ hũectatio ꝑ

aquam τ aliqualiter per zuccharum: si non est antiquum incidit et aperit per acetum: τ abstergit per zucharū: et etiā aperit: τ ē pot⁹ cōueniēs ī febrib⁹. Quantitas autem aceti debet poni scōm gustum hominis: et eius tolerantiam et scōm grossitudinem aut subtilitatem materierum: earumq₃ viscositatem. In grossiori enim τ viscosiori plus de aceto debet poni: et acutius: et valet in omni materia ita vt etiam in melancolica: quāuis sibi assimilet scōm qualitates primas propter incisionem sublilationem et abstersionem: q̄ est in eo merito aceti et zuchari. misceatur autem tantum aque in potu quotidiane quātum exigit gustus patientis.

Et aggregare sirupum acetosum: et aquam ordei simul est illaudabile: quoniā corrumpit aquam ordei scōm plurimum.

¶ In parte presenti ponit octo canones. quorum primus est. Aggregare. i. miscere sirupū acetosum et aquam ordei simul est illaudabile. quoniam sirupus acetosus corrūpit aquam ordei scōm plurimum. s. ad acetosum.

Contra. quia auctores precipue Auicen̄. permiscet sirupum acetosum cum aqua ordei. prima tertij. cap. de frenesi: et infra docebit misceri cum aqua ordei parū aceti. Similiter in capitulo de febre flegmatica concedit hanc mixtionē. Item Gal. primo alimētorum docet acetum ptisane miscere.

Pro solutione horum dicēdum q̄ aq̄ ordei aut dat̄ gratia cibi: sicut illa in qua plus est de farina: τ tunc non debent permisceri. nam sirupus acetosus in notabili quātitate faceret ipsam ex stomacho descendere ante completam digestionē. Et quāuis Ga. permisceat acetum cum ptisana: hoc facit in pauca quātitate: vt sit incisiuum et prohibitiuum inflammationis: et non sit tantū q̄ faciat illam descendere. Si autem aqua ordei detur ad alterandum: et non dubitetur de acetosatione: quia forte datur in stomacho naturaliter calido: in quo non sunt humores potentes corrumpere aqua₃ ordei ad acetosum: permisceri tunc possunt adinuicem. licet etiam separati: possint dari. Si autem detur in stomacho naturaliter frigido: aut in quo sunt humores potentes corrumpere aquam ordei ad acetosum: non debent permisceri: qꝛ corrumperet̄ ad acetosu₃. sed debet prius premitti sirupus acetosus vt dicet. postea exhiberi aqua ordei: quia tamen frequenter in stomachis febriētium reperiūtur humores huiusmodi. Auicēna ꝓhibuit huiusmodi adinuicem permisceri: ne sirupus acetosus adiuuet ad corrumpendum aquam ordei ad acetosum. et quia hoc non est semper ideo dixit scōm plurimum.

Auicēna.

Et non oportet vt detur in potu aqua ordei cu₃ siccitas nature adest: immo ante ipsam fiat clistere.

¶ Secundus canon. Non detur in potu aqua ordei cum venter est siccus: immo ante ipsius exhibitionem fiat clistere. Hic canon sumpt⁹ est ab Hypo. primo regiminis acutorum: et verificatus in principio precedentis capituli. Et potest hic canon intelligi tam de aqua ordei que datur pro cibo. quia regulariter ante cibi exhibitione₃ debet venter esse non plenus fecibus. potest etiam verificari de aqua ordei data medicinaliter. ipsa enī habet virtutem abstergendi et lauandi superfluitates quas ad loca fecum conducit que prohibite ab exitu propter fecum obuiationē nocebunt euaporantes: aut mote ad venas: quare premittatur clistere.

Qđ si acetet in stomacho detur in potu qđ de ea est magis subtile. Quod si acetat coquatur cum ea radix apij et eius simile. Si vero acetat iterum. tunc necessarium ē vt misceatur aliquid piperis cum ea proprie quādo materia non ē vehemētis subtilitatis et caliditatis.

¶ Tertius canon. Qđ si acetat. s. aqua ordei in stomacho detur in potu qđ de ea est magis subtile: est calidius et paruam moram contrahit in stomacho. Qđ si acetat etiam illud qđ est subtile coquatur cum ea radix apij vel simile: sicut feniculi. Si vero adhuc acetat necessariu₃ est vt misceatur secū aliquid piperis: dum decoquit̄. Et proprie q̄n materia nō est vehemētis caliditatis nec subtilitatis. ¶ Notandū q̄ aqua ordei est merito cōplexionis: quia frigida: et merito modi subē. quia subtilis: apta vt acetosetur. propterea concurrente frigiditate stomachi: aut humoribus frigidis in stomacho facile corrumpitur ad acetosum que corruptio nocet digestioni. propterea succurrendū est iuxta ordinem suprascriptum.

Et quando multiplicatur eius inflatio tunc misceatur cum ea ad calefactos parū aceti vini acetosi.

¶ Quartus canon. Quādo multiplicatur eius. s. aque ordei inflatio misceatur cum ea ad calefactos. i. inflāmatos. parum vini acetosi. idest aceti vini.

Pro quo notandū q̄ licet inflatio a ventositate proueniēs caloris significet debilitatem respectu caloris resoluētis materiā insensibiliter. inflatio tamen aliquando ꝓuenit propter vehementem caliditatem transmutantem humorem in vētositatem. Quapropter in calefactis. s. excessiue nimia caliditate ventosantibus humorem conuenit parum aceti vini qđ penetrando remittit caliditatem. et ita prohibet inflationem a ventositate pendentem. Et quid per acetum vini habeamus intelligere patet per Rasim. xvij. continētis capitulo de febre sanguinea in fine auctoritate Mengarai. Quādo vis vt deficiat inflatio aque ordei: pone in ipsa ex aceto vini: τ proprie in calefacto vel colerico. Si vero inflatio proueniret propter caliditatis diminutionem acetosa non conuenirent. Nam acetosa causant vētositatem apud Auicen̄. vigesima tertij. tractatu primo capitulo de cura priapismi in fine.

Uerum cum sirupus acetosus in potu datur incidit hūores τ preparat superfluitates ad expulsionem: et tu consequenter post duas horas da aquā alkist ordei subtilem predictam vt abluat quod incidit et abstergat id τ extrahat ipsum per sudore₃ τ prouocationem.

¶ Quintus canon. cum sirupus acetosus in potu datur: incidit humores: τ preparat superfluitates ad expulsionem. facit enim operationem digestiui. Et consequenter post duas horas da aquam kist ordei. idest ordei excorticati a cortice exteriori subtilem predictam: scilicet illam q̄ est pot⁹ medicinalis vt abluat quod īcidit. s. sirupus acetosus τ abstergat τ extrahat illō p̱ sudorē τ ꝓuocationē. s.

vrine. Quapropter sirupus acetosus est premittēdus sicut digestiua premittuntur euacuatiuis. Nota tamen ꝙ licet aqua ordei: habeat virtutem lauatiuā: non tn̄ hz virtutē tertiam ꝓuocātez: aut sudorem facientem. Sed materijs incisis per sirupum acetosum: deinde cōmotis per aquam ordei natura cōmouetur ad expellendum per has vias adiuta tamen ab aqua ordei.

¶ Et non est nocumentum si detur in potu sirupus acetosus apud cenam cum iam separatus est cibus a stomacho.

¶ Sextus canon. Non est nocumētum: immo supple iuuamētum si detur in potu sirupus acetosus apud cenam. i. ante cenam. s. tanto tempore ꝙ sit digestus cum cena sumitur: et ꝙ sit etiam celebrata digestio cibi precedentis: et sic faciūt plures q̇ digestiua exibēt bis in die. s. ante cenā: et in mane confidentes per hunc modum digestionem velocitari.

¶ Et quandoqꝫ est necessarium vt premittatur iuleb ante aquā ordei vt addat in humectatione: et illud est cum vides siccitatē dominantem super corpus et linguam.

¶ Septimus canon: quandoqꝫ est necessarium vt premittatur iuleb qđ fit ex aqua et zuccharo ante aquam ordei. s. per duas horas: aut circa vt corpꝰ et materia humectetur. et hoc maxime obseruādū est cum vides siccitatem dominantem super corpus et linguam. Est enim hoc humectatiuum ratione aque 7 zucchari. licet etiam ratiōe zucchari sit abstersiuum. Ubi ergo indiges amplius humectatione premitte iuleb aque ordei. Ubi vero incisione et subtiliatione: sicut in materijs grossis et viscosis premitte sirupum acetosum. Potest etiaz ly ante dicere preelectionē vt sit sensus: ꝙ vbi indiges maiori humectatione preeligatur iuleb aq̄ ordei. Cum iuleb humectet ratiōe aque et zucchari sed aqua ordei tantum humectat ratione aque: 7 exiccat ratione ordei.

¶ Et quandoqꝫ est necessarium vt premittatur ante ipsam ad leniendum naturam aliquid de tamarindis ante illud per duas horas.

¶ Octauus canon. quandoqꝫ est necessariū vt premittatur ante aquam ordei ad leniendum naturā aliq̇d de tamarindis. s. per duas horas. Ante hoc autem necessarium est cum adest siccitas ventris etiam in intestinis superioribus. non enim confidimus ꝙ aqua ordei sufficiat ad lenīedum: neqꝫ etiam clisteria perueniant ad intestina superiora opus itaqꝫ est vt sumatur lenitiuum. Mos autem medicorum est vt potius exhibeant aliquid māne aut cassie. circa vnā. ℥. māne: aut sex. ʒ. cassie ꝙ tamarindos. quia non confidunt intestina posse leniri nisi ꝑ notabilē quātitatē tamarindoꝝ q̇ forte remanētes i stomacho cū sumit̄ aq̄ ordei essent cā vt corrūperetur ad acetosum. ¶ In homine tamen habente stomachum calidum cuius venter sit facile solubilis eorum administratio esset cōueniēs proprie in febribus multe incensionis. ¶ Notandum ꝙ sicut ante aquam ordei debemus premittere clistere lenitiuū. ita etiam est faciendum ante sirupum acetosum simplicem: et compositū vt via sit aperta: per quam possit educi qđ per huiusmodi est incisum et abstersum ne remanens in intestinis euaporando noceat. ne etiam illud cum aliq̄ parte fecali hi sirupi et proprie acetosus compositus ad epar penetrare faciat. Et si clistere nō poterit eadem die ante hos sirupos: aut aquam ordei premitti sufficiat vt die precedenti premissum sit. et intelliguntur: vbi venter sit valde stipticus 7 plenus fecibus.

¶ De curationibus febrium acutarum. Cap. x.



Quod dictum est de regimine lenificationis 7 prouocationis 7 sudationis 7 digestionis: deinde euacuationis cum medicina post illud. Et quod dictum est de cibatione post ipm̄ est illud: quod oportuit nos rememorari hic.

¶ Auicēna in capitulo precedenti tradit regimen generale febrium acutatum. quia ceteris magis ꝑiculose sunt. Et diuiditur hoc capitulū in duas partes. Nam in prima parte premittit regimen contra materiam. In secunda contra febrem. Secunda ibi. parum infra. (At modi extinctionis vehementie caliditatis.) ¶ Dicit primo oportere nos recordari pro curando febres acutas intendendo ad causam et virtutem regiminis dicti de lenificatione. s. ventris: et prouocatione. s. vrine 7 sudoris et digestione materie febris et euacuatione post digestionem cum medicina digerente humorem qui est causa febris. Tacuit autem flebothomiam dans illam intelligere ꝑ reliquas euacuatiōes: aut forte: quia raro in febre acuta de colerica materia vehementis inflammationis conueniat flebothomia: ne eger ad nimiam colericorum ebulitionē perducatur contra canonē. quarte primi. capitulo de flebothomia. Oportet etiaz nos rememorari eius quod dictum est de cibatione febricitātium post capitulum de cura generali febrium acutarum: vt per hec que dicta sunt in illis duobus capitulis possimus recte intēdere ad curam febris: et ad virtutem.

¶ At modi extinctionis vehementie caliditatis sunt cum infrigidatiōe aeris: et cū infrigidatione cibi: 7 cum epithimatibus 7 emplastris et medicinis.

¶ Nunc Auiceñ. facit quod dictum est. et continet partes duas. Nam in prima ponit sex modos extinguendi vehementiā caloris. Et declarat duos illorum modorum. In secūda vero declarat alios quatuor modos. Secunda ibi. (Et oportet vt sit aer.) Prima in tres. nam in prima ponit quatuor modos extinguendi caliditatem quos non declarat. In secunda ponit quintum quem declarat. In tertia sextum ipsum declarans. Secunda ibi. (Et cum retentione eorum.) tertia ibi. (Et quandoqꝫ iuuatur per administrationē.) In prima dicit ꝙ modi extinctionis vehementie caliditatis scilicet febrilis perficiuntur cum infrigidatione aeris. Et secundo cum infrigidatione cibi: sub cibo etiam comprehendendo potum. Et tertio cuz epithimatibus et emplastris. Et quarto cum medicinis frigidis.

¶ Et cum retentione eoruz que sunt sicut mucillago psilij et mucillago granorum citonij: et succus portulace et succus liquiritie in ore: vt sedetur sitis. Nā assiduari gutturi patientis egritudinem calidā aliquid

vt remaneat

vt remaneat os humidum: et nō excitetur
in curis est iuuatiuum valde.

¶ Hic ponit quintū modum quem declarat: et est
cum retentione in ore eorum que sunt sicut mucil/
lago psilij: que est frigida et hūida in primo. ⁊ mu
cillago granorum. i. seminum citoniorum: frigida
et humida in primo: que mucillagines per deco/
ctionem horum granorum in aqua extrahūtur. s.
mucillago seminis psilij debet extrahi per leuem
decoctionē ipsius: et absq; contusione: ne forte ali
quid de medulla eius calida et sicca: in quarto p/
misceatur cum mucillagine. Est enim mucillago
humiditas alba viscosa ad similitudine muci na/
rium sic dicta cuz his lingua posset leniri aut sac/
culi his pleni super linguam teneri: similiter succ⁹
portulace frigidus et humidus: in secundo. Item
succus liquiritie humidus: sed tēperatus in acti/
uis. cum tamen dulcedo est febrientibus nō gra/
ta. ¶ Prestantiora his ad hanc intētionem hume/
ctationis lingue ⁊ sedationis sitis est frustum an/
gurie in ore tentum et sepe renouatum. Item pru/
na siue recentia: siue sicca excorticata: et in aqua fri
gida infusa. et aqua frigida sola in ore tenta est fe
brientibus acute dilecta. Et reddēs rationē dicit
ꝙ assiduare gutturi patientis egritudinē calidaz
aliquid vt remaneat humidū est valde iuuatiuuz.
Guttur nāq; est spaciū ad quod terminatur meri
et epiglotis propter quam exiccationez deglutio
et anhelitus posset impediri. immo etiam gustus
lingue superficie valde exiccata.

¶ Et quandoq; iuuatur per administra/
tionem clisteris facti ex succo melonis indi
et cucumeris et cucurbite et portulace cuz
oleo rosato et cum aliquantulo camphore
iuuamento maximo.

¶ Ponit sextum modum extinctionis caliditatis
febrilis: quem declarat dicens: ꝙ quandoq; iuuā/
tur per administrationē clisteris cuius descriptio
sit ista. Recipe succi melonis idi. succi cucumeris.
succi cucurbite. succi portulace ana. ℥ .j. olei ros.
℥ .iij. vbi cū infrigidatione nō op⁹ sit intestinoruz
confortatione tantūdem olei violati esset prestan
tius camphore frigide ī tertio gradu: grana q̇nq;
his adde decoctionis matrum violarum. ℥ .xv. et
tepidum imponatur. hic sal non ponit vt diutius
retineatur. sic enim magis humectat ⁊ infrigidat.
et forte propter hanc causam posuit oleum rosa/
tum: ne ab huiusmodi frigidis que retinentur in/
testina debilitentur.

¶ Et oportet vt sit aer infrigidatus quan
tum possibile est.

¶ Nunc autem declarat modos extinctiōis quos
prius nominauit. Et primo modum extinctionis
per aerem frigidum. secundo per cibum et potuz.
tertio p epitimatha embrocas et emplastra. quar
to per medicinas. secunda ibi. (Regimen aūt ci/
bi.) tertia ibi. (Epithimata vero et emplastra.)
quarta ibi. in fine capituli. (Et quandoq; est po/
tus de papauere.) Prima in duas. Nā primo ex/
plicat qualitatem aeris conuenientē. secundo po
nit per que paretur iste aer. scd̄a ibi. (Et eius in/
frigidatio.) In prima parte dicit oportere aerez
esse infrigidatuz quantū est possibile. ¶ Pro par
te prima notandum est. hic intelligendum esse de
aere qui inspiratur. Hic enim immediatius cor re/
frigerat. nec tamē timetur cordis superflua infri/
gidatio: cum aer infrigidatus inspiratus ad cor
non perueniat nisi primo pulmone moderet̄. Sed
aerem corporis ambitū contingentem nō opor/
teret esse frigidissimum. quia non posset supflua
frigiditate magnum refrigerium afferre cordi: cuz
oporteat per poros et loca angusta ad cor defer/
ri. plurimum tamen nocere posset inspissando cu
tem: et consequenter prohibendo vaporū calido/
rum transpirationem quam sententiam vide deci
mo terapentice. viij. cap. hoc autē poterit fieri lo/
cando egrum in aere valde frigido. et ipsum pan/
nis aliqualiter operiendo. ¶ Secundo notandū
merito dici quantum est possibile. quia pluries
difficile est reperiri aerem sufficienter contrarium
febri acutissime: sicut in estate. non enim facile est
hyeme calidissimum. estate vero frigidissimum re
periri. x. terapentice. capitulo suprascripto.

¶ Et eius infrigidatio est per prohibitio
nem frequentie: et per suspēsionem flabel/
lorum multorum: et per positionem niuis
plurime. Et si domus est p̄primi temporis
ex quo linita fuerit luto: et p̄prie illo in quo
ponitur loco palee cotum papiri: tunc est
melius. Et quandoq; preparant̄ in ea ma
nationes: vt fontium et rorationes: et cur/
rit in ea aqua dulcis. Aut stratus est super
lacunam coopertam cum rethi: et est stra/
tus super quem dormit ex tabari et his si/
milibus. Et reliquus strat⁹ est ex extremi/
tatibus salicum et citoniorum ⁊ mirti asp/
sis aqua rosata ⁊ malorum nenufaris ⁊ ro
sis et violis. Et ponuntur quandoq; cala/
thi in quibus sunt ordines de frustis fru/
ctuum boni odoris frigidorum sicut malo
rum acetosorum et citoniorum et modorū
pirorum: boni odoris aspersis in aqua ro/
sata et nenufare ⁊ salicibus super que sunt
puluerisata sandali et rose et camphora ⁊
super que iam distillatū est parū vini odo/
riferi: tunc est illud qd̄ est vltimum. hoc er/
go est regimen aeris.

¶ Declarat per que auxilia aer infrigidat̄ dicēs:
ipsum infrigidari prohibendo hominum frequē/
tiam quorum anhelitus aerem calefacit. Secūdo
per suspensionem flabellorum multorum que agi
tata cōmouent aerem et vapores exhalātes remo
uent a corporis superficie. Tertio ponendo pluri/
mam niuem: aut glaciem in domo. Quarto locan
do eum in domo ex proximo linita luto. sicut cre/
ta in qua loco palee sit cotum papiri: illud eñi est
melius quam palea. cum hoc eñi qd̄ retinet adin/
uicem partem luti: sicut palea. confert magis quā
palea. amplius infrigidando et humectādo. Pa/
pirus autem est iuncus aquaticus ex qua antiqui
faciebant chartam super quam scribebant. et ab
illa nostra charta dicta est papirus. et ē illud quod
in vulgari nostro dicitur paiuera. pars ergo itrin/
seca illius: quia mollis cotum appellari potest. ⁊
forte dicta est papirus: quasi parans ignem. est
enim ignitioni parata. pir autem grece ignis la/
tine. per cotum papiri intelligunt aliqui lanugi/
nem quandā in summitate repertā: et cōglobatā
in figura longa rotūda. sed fallūtur cū illa oriat̄
in sūmitate canaꝝ paludū. Quinto ꝙ in loco sint

manationes fontiū et decursus aquarū: aut saltē
ꝙ domus aqua aspersa irroretur. Sexto stratū si/
ue lectū faciendo sup lacunā coopertā retbi: sicut
retbe factum ex funibus adinuicē cōtextis. et stra
tus ille. i. pānus sup quez dormitur sit ex tabari. i.
ex ligno qđ est frigidius ꝙ̄ cotum: ⁊ bis similibus
stratibus. i. lectis bene situatis et equatis: sicut ex
corio: et reliqui stratus ex quo culcitre implent̄ fa
cte ex lino aut corio ⁊ similibus: sicut ex extremita
tibus salicum citoniorꝫ. et mixti. i. ex eorꝫ folijs: et
sint aspersa aqua rosarū. Et similiter ex folijs ma
lorum et nenufaris rosis et violis. et bene in illis
oīa sint equata vt lectus sit mollis et vniformis.
Septimo ponātur in domo calathi: in quib⁹ sint
ordinata frusta fructuuz boni odoris frigidorꝫ. si/
cut malorū acetosorū: quia sunt frigidiora et cito
niorꝫ et modorꝫ. i. et specierū prunorꝫ boni odoris
et nenufare et salicibus sup quas puluerisati sint
sandali frigidi ī pncipio tertij: et cāphora: et sup
quas iā distillatū sit parꝫ vini odoriferi. boc enim
est vltimū. s. in bonitate. vapores nāqꝫ vini aroma
tici in pauca quātitate permixti cū alijs vapori/
bus frigidis multis faciūt alios ad ītrinseca cor
poris penetrare magis: et cū boc magis ꝯfortāt.
Et concludēdo dicit boc est regimē aeris. ¶ Ulti
mo circa banc partē euitādo dubiū: nota domum
acute febriētis nō esse sternendā frondibus popu
li que cōiter apud nos repitur. Nam populus di/
cta atbirosa: et aurū romanū apud Auicen̄. calefa
cit vebemēter in tertio et exiccat in primo: et eius
flos est vebementis caliditatis: et ipsius gūmi est
vltimū in calefactione. Una tamē species popu/
li que apud pliniū. xiij. naturalis bystorie. cap. de
populo. et apud Symonē genuēsem est frigide cō
plexionis fortasse posset sterni in domo febriētis
¶ Notādū secūdo ꝙ licet nostra populus crescat
apud aquas. stat tamen ipsam esse calidam: sicut
risus acorus et similia. et quāuis flos eius ponat̄
in vnguēto frigido: sicut populeone: stat tn̄ ipsam
esse calidam: et ibi positam esse ad contemperan/
dum res frigidas que illius vnguenti cōpositio/
nē ingrediuntur: sicut in multis medicinis calidis
calidis ponimus opium vt vltra alia iuuamēta re
mittat illorū caliditatem.

¶ Regimen autem cibi iam sciuisti: ⁊ si vo
luntas adest vt cum infrigidatione sit leni
ficatio: tunc detur aqua cucurbite: ⁊ aqua
melonis indi proprie: et aqua cucumeris: ⁊
lactuca cum aceto est vltima.

¶ Nunc Auicen̄. docet extinguere caliditatē acu/
te febrientiū cū cibis et potibus: et tria facit. Pri
mo ponit regimen infrigidans ⁊ leniens. secum/
do regimen infrigidans ⁊ sitim sedans. tertio po
nit regimen infrigidans ⁊ constringens. secunda
ibi. (Et quod cōueniens est in sedādo.) tertia ibi.
(Et si adest volūtas.) Dicit primo te sciuisse regi
men cibandi. cap. de cibatione febricitantiū. vo/
lendo tamen infrigidando lenire. s. ventrem detur
aqua cucurbite et aqua melonis indi. et est ppria
et aqua cucumeris: intelligendo per aquā succum
borum infrigidantē et bumectantē et lenientē: et
magis pprius inter bos est succus angurie ⁊ gu/
stui placidus. Accipiat̄ ergo frustuz angurie ⁊ po
natur ī aqua zuccbarata et masticet̄ et succus de/
glutiatur. Sunt et alij modi de quibus dictuz est
in capitulo generali curationis febriū putridarū
et lactuca cū aceto est vltima. i. valde conueniens
ad infrigidandū: licet non ad leniendūz. Et qñqꝫ
ista dantur ante digestionē et diem septimū cum
maxima est necessitas infrigidandi.

¶ Et quod conueniens est ad sedandum
sitim eorum est foca factum ex pane simile
cum aqua casei accepta ex dogo. i. lacte ex
quo extractum est butyruz post collationē
vehementem.

¶ Facit quod dictum est dicens conuenire pro se/
dando sitim foca et est potus factus ex ordeo qui
est species ceruisie apud Symonem Genuensem
in presenti tamen intellige potū siue cibum factū
ex pane simile. i. purioris partis farine frumenti
que est minus calida parte farine magis furfurea
cū aqua casei accepta ex dogo. i. lacte acetoso. qr
frigidius a quo butyrum est extractum aptū inflā
mationi et exbibeatur ista aqua post vebementez
collationem vt extrabatur pars casealis ⁊ buty/
rosa: vt magis sit infrigidans et bumectās leniēs
et sitim extinguens. buiusmodi autem non sunt in
vsu apud nos. credo tamen cum multa aqua casei
aliquid modicum panis optimi esse dissoluēduz:
ita vt sorberi possit.

¶ Et si adest volūtas vt cum sedatione sit
retentio: tunc detur succus granati muzi ⁊
et acetosi: aqua agreste et aqua mori de se/
mi et aqua acetositatis limonis non salsi:
et aqua acetositatis citri: ⁊ que sunt bis si/
milia: et aqua ceresculi et est berberis.

¶ Nunc dicit ꝙ volendo cum sedatione caloris ⁊
sitis retinere. s. ventrē dentur succi granati muzi ⁊
acetosi. et aqua. i. succus agreste ⁊ succus mori de
semi. i. de regione illa. et succus acetositatis limo/
nis non salsi: et succus nelesimit: idest berberorū.
¶ Notādū ꝙ licet granata acria et muza babeāt
virtutē solutiuā. tum cōprimendo. tum abstergen
do. et tertio sua acuitate pungendo et stimulādo:
proprie succus ipsorum expressis a toto preterꝙ̄
corticem exteriorem: babent tamen virtutez stipti
cam qua possunt ventrem retinere. Unde quāuis
soluant: derelinquūt tamen vestigia constrictiōis
in intestinis. Unde Auicē. secundo canone caplo
proprio dicebat in oibus speciebus suis vsqꝫ ad
acetosum esse abstersionem cum stipticitate. Uel
forte constringunt: quia prouocant vrinam. ⁊ ace
tosum est plus prouocans ꝙ̄ dulce. Que aūt pro/
uocant vrinam constringunt. quia vrina noctu fa
cta multa modicum secessum significat. 4. afforis
morum. afforismo. lxxxiij. Tacuit autē de granato
dulci. quia nō est ita aptū ventrē retinere: sitim se/
dare et flammā extinguere: et cū locutus est de mo
ris maxime ītellexit de acetosis. quia dulcia sunt
calida scđo canone. cap. proprio: et de vtroqꝫ mo/
ro. s. rubi et celsi potest boc intelligi: et per boc in/
tellige succum arancij et similia.

¶ Epithimata vero et emplastra sunt ex
succis notis. Et proprie aqua rosata: aut
succo rosarum recentium cum sandalis et
camphora: et aqua coriandri et endiuie:
cum istis enim est infrigidatio plurima et
muscilago psilij cum aceto ⁊ aqua rosata ē
huius generis.

¶ Hic autem declarat tertium modum infrigidā
di febrientes acute et est cum epitbimatib⁹ et re/
liquis actu applicitis. Habet bec pars duas par
tes. Nam ī prima declarat ex quibus buiusmodi
conficiuntur. secūdo ponit can̄. de embrocatione.
secūda ibi.

sc̄da ibi. (Et embrocare epar). In prima dicit q̄d epithimata dicta ab epi q̄d est supra ⁊ thesis positio: sicut ex succis. idest liquoribus notis: et proprie aqua rosata cum sandalis et cāphora ⁊ aqua coriandri et endiuie. cum istis enim est infrigidatio plurima: licet succus rosarum sit calidus: sed potest cum reliquis frigidis misceri: vt addat in cō fortatione: et mucillago psilij cum aqua rosarum: ⁊ aceto est ex hoc genere.

¶ Et embrocare epar cum infrigidantibus est res maxīa et magis iuuans: nā cum equatur est in eo maior pars rectificatiōis: et fortasse rectificat aquam.

¶ Nunc ponit canonem embrocatiōis per embrocationem intelligendo quencunqꝫ modum applicandi medicinas exterius. Et continet hec pars tres partes. nam primo ponit vtilitatem embrocationis epatis. secundo ponit canones embrocationis capitis. tertio ponit canones embrocationis epatis. secunda ibi. (Et quando est illic catarr⁹). tertia ibi satis distāter. (Et īfrigida epar) In prima parte dicit quod embrocare epar cum infrigidantibus est res maximi iuuamenti. Nam cum equatur mala complexio calida est in eo maior pars rectificationis: et fortasse rectificata quā idest vrinam meliorando calorem modum substātie aut hypostasim.

¶ Et quando est illic catarrus ⁊ tussis: aut in capite eius est grauitas: aut tensio significat multitudinem vaporum: quare oportet ne fundatur super caput aqua: aut acetum: immo occupetur cum inclinatione capitis super vapores aque secundum quod dispositio facit illud necessarium. Si vero non fuerit catarrus: neqꝫ aliquid eorū que diximus: tunc adminimistra de embrocis ⁊ epithimatibus que vis. Et nocibilior embroca in huius dispositione repletionis capitis est mulsio lactis super caput. Fortasse enim facit accidere apostema in capite ⁊ perditionem. Et magis salua horarum embrocationis capitis cū repletione eius est vt sit vapor colericus non humidus: immo in huius hora fortasse non nocet: immo cō fert. Et cognoscitur ex dispositiōe somni et vigilijs et humiditate superiorum partium narium et earum siccitate. Cum ergo videris somnum aut profunditatem somni aut humiditatem superiorum partium narium tunc caue embrocationem et inunctionem: et stude in attrahendo materiā ad inferiora. Et cum videris rubedinem in naso et facie vehementem. tunc non erit malum vt facias currere sanguinem ex naribus.

¶ Nunc ponit canonem embrocationis capitis: ⁊ habet sex partes. In prima ponit canonem prohibitiuum embrocationū capitis. In secunda canones concedentes eius embrocationē. In tertia ponit embrocationem magis incōuenientē. In quarta parte ponit casum in quo cum repletiōe est embrocandum. In quinta ponit signa repletionis in qua conuenit: et in qua non conuenit embrocatio capitis. in sexta ponit duos canones. secunda ibi. (Et si non fuerit catarrus). tertia ibi. (Et nocibilior embrocatio:) quarta ibi. (Et magis salua horarum.) quīta ibi. (Et cognoscitur.) sexta ibi. (Cū ergo ibi videris somnū.) In prima parte dicit q̄d quando in corpore febriente est catarrus et tussis: aut in capite eius est grauitas significans multitudinem superfluitatis in eo: aut extensio significans multitudinē vaporū: oportet ne fundatur super caput aqua neqꝫ acetum: immo debet inclinare caput super vaporē aque frigide tepide aut calide pauciori tempore aut longiori secundū quod exigit dispositio sua. Caumate nanqꝫ existente magno pluri infrigidatione opus est. sed econtra ipo existēte paruo. et secundū hoc oportet aquam esse frigidam calidā aut mediam. Similiter repletiōe existente multa oportet non longo tempore tenere caput inclinatū super vaporem aque ne per calidos vapores preter modum liquefiant: nec per frigidos vie opilentur et humores preter modum ingrossentur. In secunda parte dicit quod non existēte catarro: nec aliquo ex his que dicta sunt administra de embrocis et epithimatibus quod tibi placet. In tertia parte dicit quod nocibilior embroca cum caput est repletum est mulsio lactis super caput. Fortasse enim facit accidere apostema in capite: et interficit opilando poros sua viscositate ⁊ adherentia. vnde non fit transpiratio. In quarta parte dicit quod magis salua hora embrocatiōis capitis quando est repletum est vt sit in eo vapor colericus non humidus: immo in hoc casu fortasse non nocet: immo confert et est modus loquendi. In quinta parte dicit quod cognoscitur an vapor sit humidus an siccus ex somno quia tunc est humidus: et ex vigilijs: quia tunc est siccus: et humiditate superiorum partium narium. scilicet muzi. quando scilicet sunt multi et non acuti: et earū siccitate scilicet quando sunt muzi. Tunc enim significat vapores illos esse siccos sicut humiditas narīū significat vapores hūidos. In sexta p̄te dicit cū ergo videris somnū: scꝫ notabilē: aut profunditatem somni aut humiditatem superiorū partiū narium: tunc caue embrocationem et vnctionē scilicet capitis: et stude in attrahendo materiā ad inferiora: scilicet cum clisteribus: et reliquis auxilijs Et tu supple etiam aliam partem: scilicet si videris vigilias et siccitatē narium: tunc embroca ⁊ vnge scilicet cum frigidis. ¶ Secundus canon. cū videris rubedinem in naso: et facie vehemētem: tunc non est malum vt facias currere sanguinem ex naribus: scilicꝫ cum herba dicta poligonia: aut setis porcinis. aut sanguisuga parti intrinsece narium applicata.

¶ Et infrigida epar cum emplastris: et cū infrigidas: caue ne occurras cum infrigidatione vehementi hora sudoris et resolutionis: immo oportet vt obserues illud: fortasse enim fit causa in elōgatione egritudinis: licet quandoqꝫ sit lōgitudo egritudinis saluior quam ipsius acuitas.

¶ Hic ponit canoñ. embrocatiōis epatis: et quēdam alium: licet etiam adaptetur primus canon embrocationis cuiusqꝫ partis extrinsece dicens infrigida epar cum emplastris sibi proprijs. et cum infrigidas: scilicet cum his sic applicitis exterius caue ne occurras cum infrigidatiōe vehementi hora sudoris et resolutionis materie: immo oportet vt obserues illud. nam fortasse est causa prolongationis egritudinis: scilicet retinendo materiā quā

do natura tentat euacuationē: licet quādoqꝫ sit lōgitudo egritudinis salutior quam eius acuitas. Quapropter si egritudo est valde acuta corpꝰ preter modum consumens dato quod natura tentaret sudorem essent huiusmodi frigida applicāda. magis enim eligamus aliqualem prolongationem egritudinis quam corporis arefactionem.

¶ Et oportet vt caueas in febribꝰ acutis casium rasure: quoniā addit in debilitate virtutis et terretur natura a receptione superfluitatum ad intestina et ab expulsiōe earū ab eis propter victoriam superfluitatum: et fortasse redeunt superfluitates ad superiora et ledunt hipocundria et inflant ea et ledunt caput.

¶ Secundus canon. Caue in febribus acutis casum rasure: idest excoriationis intestinorum: quia addit in debilitate virtutis. et secūdo quia natura a receptione: idest expulsione superfluitatū ad intestina terretur: et ab expulsione earuz ab eis: idest per ea: scilicet intestina. non quia superfluitates dominentur virtuti: immo quia natura timet: ne transitus superfluitatum per intestina doloreȝ augeat in intestinis excoriatis: sicut etiam natura terretur a mingendo cum vesica est excoriata. Quapropter superfluitates non expulse fortasse redeūt ad superiora et retente in ventre ledunt hypocundria et ledunt caput euaporando: aut forte ad ipsum permutate.

¶ Et quandoqꝫ est in potu papaueris iuuamentuȝ mirabile in inspissando materiā subtilem: quare digerit in faciendo somnū.

¶ Hic declarat sextum modum infrigidandi acute febrientes cum medicinis dicens quod quandoqꝫ est potus de papauere iuuamentum mirabile inspissando materiam subtilem: scilicet calidā: quare digerit cum digestio in subtili fit equatio per ingrossationem: et in faciēdo somnū quo multum iuuantur febriētes acute: et per potum de papauere intellige vel sirupum vel decoctioneȝ eius licet electuarium: sicut diacodion et similia valeāt et per hunc potum intellige alia extinguentia.

Mēbra infrigidāda ī febribus acutis sūt quattuor.

¶ Nota pro declaratione huiusmodi infrigidandi febrientes acute quod membra infrigidāda in febribus acutis sunt quattuor: scilicet caput cuius epithima potest esse tale. ℞. succi lactuce. olei rosati. ana. ℥. vnā aceti. ʒ. ij. misce. his addere potes aquam rosatam et succum rosarum ad libituȝ vbi magis intendas confortationi. Et ex serie textus potes comprehendere in quibus casibus sit epithimandum caput et in quibus non. Cor potest epithimari cum hoc. Recipe aque rosaruȝ. ℥. duas succi rosarū aque acetose ana. ℥. vnā aceti. aque coriandri ana. ℥. semis sandali dragmā vnā. camphore grana quinqꝫ croci. ℈. semis. his potes addere aliquid aliud calidum sicut parum vini aromatici aut parum musci et similium. Epar autem est epithimandum cum huiusmodi. Recipe aque endiuie et aque rosarum ana. ℥. vnā specierum ceroti sandali. dragmas duas aceti. ℥. vnā his potes addere parum spice aut aliquid calidum. Renes autem epithimantur cum infrigidante Galeni. Potes etiam cuȝ mucillaginis psilij dragmis duabus aceti. ℥. semis aq̄ rosaꝝ. ℥. ij. facere epithima. et stante plenitudine nullum horum membrorum regulariter est epithimandum nisi precedēte minoratione.

¶ Rememoratio accidētium que fiunt in febribus acutis. Capitulum. xl.



Loquamur itaqꝫ in p̄mis de accidentibus que vehemētia sunt in febribus: et de curatione eorum. et festinemus ad distinguēdū febres acutas. Et hec quidem accidētia sunt sicut rigor et frigus et horripilatio: et sicut sudor plurimus: et sicut fluxus sanguinis narium superfluus et sicut vomitus laboriosus et fluxus ventris debilitans: et sicut sitis que non toleratur et sicut profunditas somni superflua: et sicut vigilatio inseparabilis et sicut asperitas lingue et obfuscatio oris et sicut sternutatio continua et dolor capitis prauus et tussis frequens: et sicut casus appetitus et bolismus et sicut appetitus caninus et singultus.

¶ Auicenna in parte presenti intendens ponere regimen accidentium que frequenter fiunt in febribus acutis ponit primo intentionem suam dicēs quod in primis vult loqui de accidentibus: deinde festinabit ad loquendum de febribus acutis: licet etiam de cronicis sit in hoc tractatu determinaturus. omnes tamen dici possunt acute: quia mordaces respectu effimerarū et ethicarum. secundo incipit singulariter agere de his accidētibus ibi. (Nō est de hoc.) Et que dicit in his partibꝰ nota sunt.

¶ Notandum quod licet regularius fuisset prius ponere regimē putridarū quā accidentiū sequentium eas cum cura accidentis vt accidens pēdeat ex cura egritudinis que est causa eius: attamen quia accidentia vehementia in febribꝰ sicut illa de quibus hic acturus est frequenter curationes peruertunt. placuit Auicenne preponere regimē horū accidentium regimini febriū. hec autem accidentia de quibus determinabit sunt vigintitria. licet hic non enumeret.

¶ De regimine frigoris et horripilationis cum superfluunt Capitulum. xlij.



Quod est de hoc sequens sudorē rectificatur velociter et non indiget regimine. Et cretico non oportet vt contrarium fiat per remotionem: et non est de illis que debilitant: et que faciunt aliud.

¶ Hoc capitulū primū diuiditur in duas partes. in prima explicātur rigores nō vertentes ad securam. in secunda virtutes. secūda ibi. (Et quādoqꝫ sedātur cum ligatione.) In prima parte dicit duo. primū. rigor sequēs sudorem rectificatur velociter et non indiget regimine: idest curatione: scȝ notabili. secundū rigor creticus nō debet remoueri per contrariū. Ex quo sequitur quod non indiget curatione: cum omnis cura fiat per cōtrariū. ¶ Preterea non est de illis que debilitāt neqꝫ faciant aliud nocumentū si crisis sit laudabilis. quare non indiget curatione. ¶ Notandū primo rigorē sumptum cōiter prout conuertit̄ cum tipo aliquādo precedere sudorem aliquando sequi aliquando et coniungi. Primū patȝ in principijs febriū interpolatarū que cū sudore terminātur. Item etiam in rigore precedēte crisim p̄ sudorē. vt q̄rto afforismorū. affo. lviij.

A causone habito. Secundū ptz. nam aliquando post post sudorem exalatis iam vaporibus calidis et apertis poris multotiens etiā spiritibus resolutis sequitur frigus quoddā ⁊ forte aliquis rigor qui sequens cōpletam euacuationē nō eget regimine per medicinas. per leuē enim fricationem aut pannorū calidorū iapplicationē remouetꝛ. Et quod rigor sequatur euacuationez collige secūda quarti. tractatu primo cap. de narratiōe signorum bonorum: et de hoc rigore est sermo hic. Patet etiā tertium nam aliquando tempore sudoris terretur natura in expellēdo materiā nociuā per membra sensibilia et retrahit calorē et spiritus et significatur impotentia virtutis et terror eius necnon malitia materie: et hic rigor est malus. de quo. vij. afforismorꝝ. In sudore rigor malū. Et aliquādo cōtingit propter vehementē resolutionē spiritus cuz debilitate virtutis ꝯtentiue sicut in sudore diaforetico cui frigus associatꝛ: et hic est pessimus. ¶ Notandum ꝙ per rigorē creticū debes intelligere rigorem antecedentez crisim cū oībus aut pluribus conditiōibus laudabilibus crisis. nam ꝓ cura huius nō est aliud faciendū iuxta afforismū. xx. prime particule. Ea quorum crisis fit aut facta est. nec ex hoc timemus virtutis debilitatē aut aliud nocumentū notabile sicut cōuersionē materie ad aliqḋ membrū nobile et similia. veruz aliqua calefactio cum pannis posset fieri.

Chāperius. Certū autē est rigorē paroxismos non anteire: neqꝫ sudorē consequi: sicut neq̇dez causon in singulis poxismis. In causone nāqꝫ rigore aduentante soluitur egritudo.

¶ Et quandoqꝫ sedatur cum ligatione extremitatū et fricatione facili et cum calefactione cooperture et cum vnctione de oleo de aneto. et de camomilla si indigetur eo.

¶ Ponit regimē rigoris vertentis ad se curā: et primo minus fortis. secundo magis fortis. scd̄a ibi (In forti aūt quādo perseuerat). In prima parte dicit ꝙ rigor scz debilis quādoqꝫ sedatur cum ligatione extremitatū: scz coxarū et adiutoriorū ⁊ fricatione facili scz totius corporis et extremitatum. et tertio cum calefactione et vnctiōe cū oleo de aneto aut de camomilla si indigetur eo. quasi dicat. ꝙ aliquādo sufficiet sola ligatio et fricatio absqꝫ vnctione. ¶ Notandū quod huiusmodi fricationes ⁊ vnctiones debent fieri dorso spine ⁊ partibus posterioribus a quibus inchoāt rigores quarto afforismorū. affo. 62. quibuscūqꝫ in febribus. Calefaciendo eim̄ et trahēdo calidū exterius sedāt rigorē.

¶ In forti autem quando perseuerat siue sit in febribus: siue sit in alijs oportet vt ligētur extremitates in locis plurimis et inunctio fiat cū oleo camomillino et radice lilij. et sunt de hoībus qui confortant illud cum eis que sunt sicut cardamomū ⁊ castoreum et ruta et schea et calamentū et baurach et piper et piretrū. Et quādoqꝫ pertrāsit illud ad administrandū linimenta ex sinapi ⁊ assa nō fetida. Et quandoqꝫ decoquūtur medicine iste in aqua: deinde coquitur in ea aliqḋ oleum et aqua eruce fortis est in hoc capitulo ꝑ se sola aut cū oleo aliquo qḋ decoquitur cū ea. ⁊ silr decoctio ozimi ⁊ aque eiꝰ Cōfectio olei boni. Sumatꝛ anetum siccū et myrrha et ruta et calamētū ⁊ piper ⁊ piretrū et coquantꝛ in vino decoctiōe vltima: deinde coquatꝛ colatū in tāto ꝙtū est medietas eiꝰ de oleo sisamino vsqꝫ quo cōsumatꝛ aq̄ et remaneat oleū ⁊ administretꝛ vngēdo. et de oleis fortibꝰ in eis in tali qualis est rigor quartane est oleū de costo et oleū de schea ⁊ oleum de abrotano et oleū de lilio et myrrha et ponantur in vncia vna olei pondus. ʒ. iij. piperis et sexta. ʒ. j. piretri tritorum. et administretur absinthiuz decoctum in oleo aliquo aut oleum oliue in quo decoctū est apiū. Et introitus in oleū lenis caliditatis est iuuatiuus valde: et fortasse necessarie sūt potiōes et multotiens sedatur cum aqua calida lenis caliditatis et cum incuruatiōe super vaporem eius. Et quādo non sedatur per id si materia est grossa decoquantꝛ in aqua anisum calamentū ⁊ semen apij et semē apij et mastix et eruca et anetū et similia. ⁊ balneetur in aqua in qua decocta sint ea que sunt sicut schea et abrotanū et calamentū: ⁊ anetum et squinantus et ruta et sansucus et costus et semina calida.

¶ Nunc curat rigorē fortē. ⁊ primo magis per exterius applicita. scd̄o magis per interius sumpta. scd̄a ibi. (Et omnes medicine fortis ꝓuocatiōis) Prima pars posset diuidi in tot partes quot remedia ponit. partes patebūt. ¶ Ante oia primo notātandum rigorē vertere ad se curā aliquando ꝓpter tristem sensationē vehemēter contristantē et debilitantem virtutē. Secūdo propter motum cōpressiuum ad quē resolutio ⁊ virtutis debilitatio ꝯsequitur. Tertio ꝓpter vehementē retractionē caloris ad quā potest sequi suffocatio. ¶ Secūdo notādum huiusmodi applicita locis de quibus supra conferre calefaciēdo sua actuali ⁊ potētiali caliditate et tristem sensationē remittēdo. ⁊ tertio de materia faciente rigorē resoluēdo. Primū remediū faciendum in rigore forti quādo perseuerat siue in febribus siue quando nō fuerint febres est ligatio extremitatum in locis dictis: et inunctio fricādo cū oleo de aneto camomillino et radice lilij: scilicet albi que est calida in secūdo ⁊ rigoris sedatiua: et potest decoqui radix lilij cum oleo camomille ⁊ ipsum oleum applicari vngēdo et fricando. Secundum remediū est qḋ aliqui hoīes cōfortant oleum suprascriptū addendo cardamomū calidū: ⁊ siccū in tertio castoreū pinguedinē testiculi calidā. et sic in fine tertij aut in principio quarti. ⁊ rutam cali. ⁊ sic. in tertio siluestris ꝟo in. iiij. Schea q̄ scd̄m aliquos est sticados arabicus cali. in prīo. et sic. in. ij. scd̄m aliquos est spēs absinthij: ⁊ dr̄ sandonicuz a sandone loco gallie. Sz apud Gal. sexto de simplici medicina est abrotanū cali. in primo. sic. in scd̄o calamentū cali. et sic. in scd̄o baurach spēs salis ꝓ qua sal nitrū ca. ⁊ sic. in tertio piper piretrū cali. ⁊ sic. in tertio. hec aut aliqua istorꝝ possunt suprascripto oleo cōmisceri scd̄m suā substātiā: aut pn̄t poni ad decoquendū: ⁊ postea oleū colari hmōi abijciendo. Tertiū remediū qn̄qꝫ pertransit medicꝰ ad linimenta magis calida sicut que fiūt ex sinapi calida in quarto. Itē ex assa gummi calida in quarto sicca in secundo intelligendo de nō odorifera que est calidior odorifera. licet magis abominabilis. Iste due possunt cum aliquo liquore permisceri in pauca quātitate ⁊ his loca dicta inungi. Et quādoqꝫ decoquūtur iste medicine in aqua: deinde de-

coctio illa colata bulitur cum aliquo oleo vsq; ad
aque cōsumptionē ⁊ administratur. Quartū reme
diū est aqua decoctionis eruce calide. ⁊ sic. in scd̄o
sola aut cū aliqua oleo bulita est fortis in hoc ca.
Similiter decoctio ozimi. i. basiliconis calida ⁊ sic.
in scd̄o. ⁊ aqua eius per aquā intelligēdo succū aut
aquā distillatiōis. Quintū remediuz est confectio
olei boni. sumant̄ aneti sicci rute mirre calamenti
ana partē vnā. piperis piretri añ. partē mediā co
quātur cū vino decoctiōe vltima ita vt horū virtꝰ
ingrediat̄ vinū: deinde vinū istud coquat̄ in tantū
olei sisamini q̄nta est eiꝰ medietas vsq; quo consu/
matur aqua ⁊ administretur. ⁊ hec est fortis ⁊ solē/
nis. Sextū est ex oleis fortibus multū calidis cōue
niētibus in rigoribꝰ fortibꝰ qualis est rigor quar/
tane sicut est oleū de costo cal. ⁊ sic. in tertio oleum
de scbea oleū de abrotano. ⁊ hic vides ꝙ Aui. per
scbeā nō intelligit abrotanū. oleū de lilio oleū de
mirra. Septimum ponantur in. j. ℥. olei tres. ʒ. pi/
peris. ⁊ sexta. ʒ. vnius piretri tritorū ⁊c. Octauum
administretur absinthiū decoctū in aliquo oleo si
cut oleū oliue in quo decoctū sit apiū. Nonum in/
troitus in oleū aliquod pauce caliditatis est iuua
tiuus valde si ponatur in eo s̄m totū corpus pre/
terq̄ s̄m caput. Et fortasse his non sufficientibus
sunt necessarie potiōes de quibus infra. Decimū
quandoq; sedatur cū aqua parū calida scilicet in/
curuādo dorsum super vaporem eius. Undecimū
quando non sedatur per illud ⁊ materia est grossa
decoquatur in aqua anisum ⁊ calamētum ⁊ semen
apij ⁊ mastix ⁊ eruca ⁊ anetum ⁊ similia. ⁊ recipiat
vaporez. vt supra. Duodecimū balneetur in aqua
in qua decocta sunt scbea abrotanum calamentuz
anetum squinantum ruta sansucus idest maiora/
na costus ⁊ semina calida.

¶ Et omnes medicine fortis prouocatio/
nis sedant rigorem. Et de medicinis sedāti
bus rigorē maximū in quartana ⁊ similibꝰ
sibi est vt bibatur de costo aurei. j. cū aqua
calida et de agarico q̄ntum de ipso in aqua
calida. Et in agarico est iuuamentū. et quā
doq; ponit̄ cum eo parū opij. quoniā facit
dormire ⁊ facit sudare et prohibet vehemē
tiam rigoris et alia. et iterū yreos quātitas
aur̄. j. in aqua calida.

¶ In parte presenti Aui. curat rigorē per sumpta
interius. ⁊ primo per medicinas ⁊ cibos alterati/
uos. in scd̄a per medicinas solutiuas. scd̄a fere in
fine capituli ibi. (Et solutio ventris) prima in tot
partes quot sunt medicine. partes patebunt. Pri/
ma est. omnes medicine fortis prouocationis scili
cet sudoris sedāt rigorē. oēs nāq; sunt calide. ⁊ sic
sua caliditate sedant ipsum. ¶ Preterea educendo
per sudorē sedāt ipsum. sicut tyriaca metridatū et
similia cū vino potenti sumpta. Scd̄a medicina q̄
sedat rigorē maximuz sicut in quartana est huius/
modi. ℞. costi aureum vnū puluerizetur et sumat̄
cū aqua calida scd̄o. ℞. agarici intellige prepara
ti suis correctiuis aureū vnū ⁊ sumatur distēpera/
tus cum aqua cal. iuuat enim agaricus in rigore.
Tertia medicina quandoq; ponitur cum agarico
parum opij ⁊ iuuat faciendo dormire faciendo su
dare. ⁊ prohibet vehemētiā rigoris ⁊ alia acciden
tia vehemētia. accidentia. s. sequentia rigorē sicut
sincopis ⁊ similia. ⁊ ad intellectum Aui. debet acci
pi agarici aureū vnum. opij vnum aut duo grana.
possemus etiam has medicinas scilicet agaricuz
opium et costuz simul cōmiscere et totum exhibere
vna vice per horam aut circa. ante paroxismū ⁊ me
lius est vt sint distemperata aut cum aliquo liquo
re calido saltem actu. hec em̄ medicina iuuat cale/
faciendo ⁊ subtiliādo materiaz. Iuuat scd̄o de per
accidens sopiendo sensum. tertio prouocādo som
num. quarto prouocādo sudorē: sed prouocatio su
doris partim est de ꝑ se per medicinas calidas sub
tiliātes. partim de per accidēs inducendo somnū
qui facit sudare. Et hec medicina: q2 tarde euacua
tionis et efficitur etiam tardior per opium nō eua
cuabit: nisi post viginti horas aut circa quādo iam
paroxismus erit finitus ⁊ euacuabit materiā gros
sam sicut melācoliam. et similes quas forte nō eua
cuasset si nō fuisset sumpta ante paroxismum cum
ante paroxismū materia incipiat agitari et cōmo
ueri. et cum est in motu facilius potest educi quam
si nō cōmoueretur. propterea forte melius esset qd̄
hec medicina per duas horas aut maius tempus
exhiberetur ante paroxismū vt iam sit actuata dū
mouetur causa antecedens pro paroxismo. Et ex
his facile soluuntur multe instantie pauci momē
ti quas doctores adducunt pro declaratione huiꝰ
textus. Quarta medicina est aureus vnus yreos in
aqua calida. Est aūt yreos radix lilij celestis cali.
et sic. in fine tertij et solutiua. Et credo ꝙ esset me
lius hoc exhibere ante paroxismum per notabile
tempus vt esset completa eius solutio. veruz eius
oleum applicitum sedat notabiliter frigus et ri/
gorem.

¶ Et de cōpositis est tyriaca diatesseron
et electuaria alia. et diaciminū et diacala/
mentum. et diapipereon. et syrupus de mel/
le in quo feruent sicut assa. ruta. et piretruz
et piper. Pillule experte que dantur in po/
tu ante rigorē per horam vnam infirmo ere
cto vel stante super lectuz suum vel scamnū
suum: et aere eius calefacto cum igne et co/
operimēto quoniam temperant ipsum aut
prohibent: quarum cōfectio. Recipe stora/
cis. myrrhe. opij. oppoponaci. omnium ana
partem. j. conficiātur cuz butyro: ⁊ sit dosis
eius quantitas fabe: et iterū sumantur op/
poponaci. castorei. dauci. asse. piretri. opij.
ana partes equales fiat sicut primo fit. De/
scriptio bona. Recipe oppoponaci. serapi/
ni. amidē. et cimini carmeni: et seminis apij
et piperis ana aur. j. ß. seminis iusquiami al
bi. croci. aristologie. castorei. euforbij. myr/
rhe. ameos zinziberis omniuz ana pondus
tertie. ʒ. j. seminis armel. piretri omniū ana
aur. j. conficiantur cum melle: et dosis eius
sit auellana cum aqua calida valde.

¶ Describit medicinas compositas valentes in
rigore. Ex quo infert ꝙ medicine suprascripte fue
runt plures et non vna sola. scilicet costus agari/
cus ⁊c. Prima medicina cōposita est tyriaca dya/
tesseron id est de quatuor rebus. Itez dyaciminū
dyacalamentum. Item dyapipereon que omnia
sunt calida circa tertium gradum. Et syrupus de
melle in quo feruent sicut ruta assa piretrū et pip
id est aqua mellis in qua huiusmodi sint bulita et
colata post horum bulitionez. Pillule ex parte he
dantur infirmo erecto siue iaceat in lecto siue super

scamno

scamno ad experiendū an sit fortis potens tolera-
re huiusmodi opiata: et etiam vt melius possit de
glutire ⁊ debet esse in camera calida aut in pānis
circūdatus vt nō frigeat. ℞. myrre opij oppopo-
naci omniū ana partem vnam conficiātur cū bu-
tiro: ⁊ sit dosis vt quātitas fabe. Do tibi sanū con
silium quando incipis alicui exbibere medicinas
opiatas nō trāscendas sup̱ duo grana opij. Sunt
enim quidam qui facile patiuntur ab opio. quidā
non. intra quos difficile est distinguere nisi per ex-
perientiā. Quomodo aūt huiusmodi opiata cōfe-
rant in rigore patere potest ex dictis. Et due medi
cine sequētes sedant rigorem: tum calefaciēdo et
subtiliando per medicinas calidas: tum stupefa-
ciendo. nam in prima sequente ponitur opium in
secunda semē iusquiami albi: quod tamen minus
stupefacit quā opium. Solum superest vt aliqua
declarentur. oppoponacū dictum est ab opos qđ
est gummi vel lachryma et ponax vel ponacuȝ her
ba. sic sumitur vt sumit̃ a Plinio. 12. naturalis hi-
storie. et est calidum et siccū in tertio Amiden est si
seleos. xiij. tertij tractatu quarto capitulo de cura
asclitis ī fine: aut est herba de qua fit assa. ⁊ est val
de calida. Aristologia capiens nomen ab inuento
re qui seminando inuenit. vt ponit Tullius primo
de diuinatione distinguens in longam ⁊ rotundā
sic differētes scđm folia et radices: quarum vtraqꝫ
est notabiliter calida: sed lōga calidior. de vtraqꝫ
potest intelligi. Armel est species rute et non silue-
stris vt voluerunt quidam: vt patet per Auicen. vj.
quarti capitulo de cura morsus viperarū.

¶ Et fortasse est necessariuȝ in eo vt detur
in potu vinum calefactuȝ et cibi calefacti.

¶ In parte ista ponit quod cibi et potus debēt da
ri actualiter calidi: et melius est etiam vt sint potē
tia tales siue dentur in rigore sicut aliquando est
necessarium deficiente virtute siue ante rigorem.

¶ Et solutio ventris cuȝ eis que sunt sicut
yera et dyacitoniten et dyafinicon: imo qñ
est rigor prauus et proprie in febre dentur
in potu pillule fetide: quoniam ipse sunt sa
nitas eius.

¶ Curat rigorem cum solutiuis concedens yeram
scilicet simplicem diacitoniten et diafinicon: qua
rum descriptiones vide a Mesue in suo antidota
rio: et ab Aui. quinto canone: immo quando rigor
est prauus: quia fortis et longus et proprie sine fe
bribus dantur in potu pillule fetide: quoniam sa-
nant. quarum descriptiones vide nono Almanso-
ris. capitulo de paralesi. et dicuntur fetide: quia fe
tidos educūt humores: et conueniunt cum non est
feb. aut pauca febris: quia sunt notabiliter calide.
Notant hic doctores solutiua non esse exhibenda
ita vt operent̃ tempore paroxismi nisi materia ex-
istente in vijs ductuū aut sibi p̱xima in pauca quā
titate: quod credo esse verū precipue: quando hu-
iusmodi medicine sunt violente sicut sunt que hic
descripte sunt preter yeram. Cura rigoris sex req̃-
rit intentiones. Prima est regimen sex rerum pro-
prie in aere qui debet esse calidus. similiter cibi et
potus in rigore pendente a materia calida debent
esse actualiter calidi. Secunda intentio est mino-
ratio humorum cum vomitu cum plurimum de ea
materia expellatur eo tempore ad stomachuȝ: sed
ante rigorem per notabile tempus puta die prece
denti cum medicinis solutiuis: scilicet yera simpli
ci diafini. diacitoniten. pillulis fetidis. reubarba-
ro. aloe et similibus secundū exigentiam materie

Tertia intentio est remittere acuitatem et subtili-
tatem materie. et etiaȝ subtiliare grossam. Primū
perficitur cum ingrossantibus et inuiscantibus vt
aquis et syrupis. Secundum cum subtiliantibus
abstergentibus et incidētib⁹ ex eisdem: et ista sunt
exbibenda tempore digestionis materie que stat
sub forma cause antecedentis. et sic per duas ho-
ras ante paroxismum ratione materie coniuncte
paroxismi. Quarta est reddere materiaȝ non ita ve
lociter mobilē super membra sensibilia que com-
pletur per quietem corporis aut per frigida inspis
santia. Quinta intentio est obtūdere sensum ne p̱-
ter sensus acuitatem valde debilitetur eger et aug
mentetur concussio que completur per prouocan-
tia somnum. Sexta intentio est partium exteriorū
calefactio et proprie dorsi et extremorū. que cōple
tur cum fricatione cum pannis calidis et calidorꝫ
exterius applicatiōe que multiplicia possunt esse
Item cum cibis et electuarijs et aquis in presenti
capitulo descriptis. de quibus sunt tyriaca. metri
datum. diamuscum. et similia. et proprie in mate-
rijs frigidis sumpta cū pauco vini potentis ⁊ etiā
cum his que exterius applicantur. Descriptio con
ueniens. ℞. olei anetini. ℥. j. ß. succi arthemisie. ℥.
iij. bulliant simul ad consumptionem succi. ⁊ adda
tur croci subtiliter puluerizati. ʒ. j. cere quantum
sufficit. fiat vnctio cum aqua debite calida vnga-
tur dorsum ante rigorem et in rigore. Aqua vitis
applicata dorso et extremis est efficax.

¶ Regimen sudoris in febribus. Cap. xiij.

Oportet ne sudor creticus quan-
tum possibile est restringatur.

¶ In presenti capitulo Auicenna po
nit regimen sudoris. primo cretici nō
superfluentis. secundo cretici et non
cretici superfluentis. ibi secunda (Cum antem fue
rit necessitas) dicit primo creticum sudorem quan
tum est possibile non esse restringendum. patet
quia natura in crisi perfecta non est impedienda.
prima afforismorum. affo. xx. si tamen in sudore vir
tus preter modum debilitaret̃: tunc conuenit illuȝ
restringere.

Galenus septi
ma amphoris-
moruȝ. Sudor
multus frigid⁹
Calidus sem̃p
fluens: frigid⁹
maioreȝ: calid⁹
minorē egritu-
dinē significat
Causa vero su-
doris multitu-
do est in corp̱i-
b⁹ collecte hu-
miditatis que
hic p̃cipitur ex
pelli superius
cū vomitu a cor
pore forti: infe-
ri⁹ cū pharma-
cia a debili. qđ
dignū est repre
hendi.

¶ Cum autem fuerit necessitas et pertran
sit terminum. tunc oportet vt euacuetur et
infrigidetur locus. Si autem non excusat:
tunc super instrumentum positus quo pue
ri vel iuuenes solent in aere concuti cōmo-
ueātur in loco frigido.

¶ Nunc Auicenna facit quod dictum est. et habet
quinqꝫ partes. tres prime partes regunt sudoreȝ
parando aerem. secundo in tali regimine abster-
sionem sudoris docet euitare. tertio ponit quedaȝ
remedia exterius applicanda. secunda ibi. (Et nō
oportet vt intendat.) tertia ibi (Et oportet) Dicit
primo quod cum necessitas est stringendi sudorem
superfluentem oportet euentare et infrigidare lo-
cum et supple etiam sudantem. quo remedio non
sufficiente ponatur super instrumento quo solent
pueri in aere concuti et se cōmouere. ¶ Pro cuius
declaratione notandum quod debent primo di-
scooperiri vt vapores retenti sub pannis exalent
simul cum aere calefacto circūdante. secundo hoc
non sufficiente debent aliqualiter flabellari siue
euentari: vt flabellatio illa impellendo vapores a
superficie corporis propter aerem impetuose mo
tum in corpus sudantis infrigidet ipsum et poros
opilet. semper enim a corpore nostro exalant va-
pores calidi qui circa corpus retenti ipsum calefa

ciunt et poros aperientes amplius sudare faciunt quinta probleumatũ. probleumate. decimosexto quare quiescentes immoti sub radijs solis magis calefiunt. ventilatio itaq3 isto modo et cõmotio super notato puerorũ instrumento.

¶ Et non oportet vt occupetur in exiccando illud quod rorando egreditur faciendo exiccationem post exiccationem. nam illud est occasio ad illud prouocandum et multiplicandum. et fortasse attrahit sincopim. Nam eius abstersio addit in ipsum et eius dimissio restringit ipsum.

¶ Nunc facit quod dictum est dicens non oportere occupari in exiccando illud quod in modum roris egreditur per poros cutis faciendo exiccationem post exiccationẽ. nam huiusmodi exiccatio est causa pꝛouocandi et multiplicandi ipsum: ⁊ fortasse attrahit sincopim: sc3 multiplicatio ipsius spiritibus preter modum resolutis. abstersio enim sudoris auget ipsum et dimissio eius restringit ipm. Abstersio nanq3 sudoris est causa cur alius sequatur ne detur vacuum. sed dimissio restringit: quia ipse dimissus circa pororum orificia inuiscatur et ingrossatur. nam cum sapiat naturam aque redit in ipsam ab extrinseco: et sic infrigidatur et ingrossatur: ad quã infrigidationẽ et ingrossationem adiuuat frigiditas cutis et cõtinentis. et hec est sententia Aristo. ij. probleumatum probleumate. xiij.

¶ Et oportet vt iungat eum cum oleo rosato forti et oleo myrtino. Aut cum oleo de salicibus et cum oleo de balaustijs.

¶ Nunc Auicenna ponit remedia. et primo sudore non existente multum vehementi. secundo ipso existente valde vehementi. secunda ibi (Et cum res fit vehemens) In prima parte ponit tria remedia Primũ remedium est vt vngat cum oleo rosato forti: sc3 ad restringendum: quia oleum scilicet factu3 ex oliuis immaturis: quia nondu3 apertis ⁊ si sint siluestres et albe sunt stipticiores quam domestice et mature. Et cum oleo myrtino. scilicet similis virtutis: aut de salicibꝰ quod est frigidius: non tamen magis stipticum: aut de balaustijs: idest caducis granatorum que sunt capita ipsorum: et hoc fortius constringit ipsis suprascriptis. singula enim horum sunt ipsius constrictiua et eius omnia simul mixta.

¶ Aut fiat oleum cum aquis in quibus decoquuntur citonia pontica et mala pontica et rose ⁊ balaustie et karabe contritũ sicut puluis qui apparet in radio solis et similia quoniam restringit et quandocunq3 restringit: acetum mixtum aqua et succus agreste et decoctio balaustiaru3 ⁊ decoctio gallarum et decoctio myrti et succus salicis est mirabilis et aqua semperuiue. Et cum res fit vehemens liniatur cum mucillaginibus frigidis et cum gummi et proprie cum emplastratur his duobus et euentatur. Et quando vehemens fit res oportet vt ponatur nix super extrema et sola sint in ea extrema. aut balneetur cum aqua frigida si suffert eam.

¶ Ponit regimen secundum. et est oleum factum hoc modo. accipiatur aqua decoctionis citoniorũ et malorum ponticorum que magis constringunt quam citonia cum sint magis frigida et magis de partibus terreis participantia quam ipsa. et rosarum: scilicet siccarum et balaustiarum ⁊ karabe contrite sicut puluis qui apparet in radio solis et similium que aqua postea debet bulire cum oleo aliquo vtputa oliuarum onfanzino vsq3 ad aque consumptionem. est enim efficax hoc. ⁊ aqua aspersa super corpꝰ egri aut epithimata est valde constrictiua. nam hec sunt frigida et stiptica. karabe autem quasi trahens paleas interpretatur: et quandoq3 restringit scilicet sudorem aceto mixtũ. Item succus agreste et decoctio balaustiarum. et decoctio gallarum et decoctio mirti et decoctio foliorum salicum: et aqua semperuiue. scilicet decoctionis expressionis aut distillationis. est enim valde frigida. Et cum res: idest sudor fit vehemens liniatur corpus cum mucillaginibus frigidis sicut psilij aut cum gummi arabico vt inuiscentur in superficie corporis vt sudor non possit exire. Hec enim fortiter stringunt coadiuuante euentatione. et quando vehemens fit res: quia alia non conferunt ponatur nix super extrema et sola sint in ea: niue extrema non residuum corporis ne forte congelaretur: aut balneetur in aqua frigida si sustinet eã Dicit tamen Gentilis se curasse sudorem cuiusdam domine cum rosata nouella descriptione Nicolai in suo antidotario quam dicit conuenire in sudoribus diaforeticis et datur mane et meridie cum aqua frigida credo quod sufficeret. ʒ. semis. Notandum quod intentio Auicen. est restringere sudorem sequentem subtilitatem materie dilatationem pororum debilitatem contentiue et irritationem expulsiue maxime quando timetur casus virtutis. Pro cuius constrictione sunt he intentiones. prima constringit poros. secunda ingrossat materiam. tertia confortat contentiuam membrorum ⁊ remittit acuitatem expulsiue eorum. quarta diuertit materiam maxime a circunferentia ad centrum. quinta ordinat debitum regimen maxime cibos et potus inspissantes materiam sudoralem ⁊ virtutem fouentes que intentiões quibus debeãt compleri satis bene patere potest.

¶ Regimen fluxus narium superflui. Cap. xiiij.

Oportet vt non properetur ad prohibendum illum qui creticus est quantum possibile est.

¶ Hoc capitulum habet duas partes. In prima parte premittit fluxu3 sanguinis narium non restringendum. secũdo docet regere restringendum. secunda: ibi. (Cum autẽ est necesse). In prima parte dicit nõ oportere properare ad restringendum fluxum sanguinis nariũ creticum quantum possibile est nisi superfluat et debilitet virtutem.

¶ Cum autem est necesse prohibere fluxũ sanguinis narium in febribus acutis: tunc liga extrema et pone ventosas super latus quod sequitur latus fluxus sanguinis narium: deinde consequenter adhibe regimẽ illius loci. fortasse enim possibile erit tibi vt infrigides et restringatur per illud et ante ponas ventosas desuper et distilla in nasu3 aliquas distillationes predictas in capitulo fluxus sanguinis nariu3. Et cum non est

probibens

Sophista Alexãdrinꝰ. vij. epidimiarũ. Quam in egritudinibus superuenit fluxus sanguinis per nares siquidẽ moderatus fiat: placet nobis: si vero immoderatus op3 nos sistere ⁊ constringere: et mltotiẽs absq3 arte fluxus sanguinis soluit sint homata sit puentẽtia: sin thom a enim potbomia fuit sed qñ dico potbomiã non dico imoderatam diaforesim

naturalis caloris sed moderatā lipothomiā sicut ad aptionē. Multotiēs enī ille qui patitur fluxū sanguis ex naribꝰ vidēs sanguinē multū exire perturbatus est: et obstupuit deinde frigidꝰ factꝰ est naturalis calor et reductus est sanguis: et sic constrictꝰ est fluxus sanguinis.

prohibēs aliquod infrigida caput cum infrigidantibus predictis in eo.

¶ Nunc facit quod dictum est. et primo regit fluxū sanguinis in febribus acutis. secunda specialiter in quartana. secūda ibi (Et quandoqꝫ aduenit) In prima parte pro ꝯstringendo sanguinē ponit tria remedia. primū est ligatio extremorū: scilicet adiutoriorum supra cubitos per duos digitos: ⁊ similiter coxarum supra genua tantundem. necnon testiculorum ad diuertendum. Secunduꝫ remediū est positio ventosarū si fluat ex nare dextra super regiōe splenis sine sacrificatiōe ad retinendū sanguineꝫ ibidem aut ad diuertendū. Tertium remedium est regimen loci per quem fluit sanguis scilicet nasi. frontis. temporum colli. et partium propinquarū nam fortasse erit possibile vt per infrigidationem supple et constrictionem illarum partium restringatur absqꝫ positione ventosarum super regione splenis aut epatis. Aliter et non ponas ventosas super partibus superioribꝰ: scꝫ naso propinquis ne sanguis trahatur ad superiora: et distilla in nasum aliquas distillatiōes predictas: scꝫ quinta tertij cap. de cura fluxus sanguis narium. Et cum nō est aliquid prohibens: scilicet catarrus aut nimia repletio infrigida caput cum infrigidantibus dictis in capitulo de cura fluxus sanguis narium.

¶ Et quandoqꝫ aduenit patientibꝰ quartanam fluxus sanguinis nariū. quare oportet vt iuues cum facientibus fluere sanguinem ex naribus scitis. in ipso enim est sanatio quartane. Si vero superfluitatem timuerimus faciemꝰ sicut illud qđ fecimus.

¶ Hic fluxum sanguinis narium regit in quartana dicens quod oportet vt iuues cum facientibus fluere ipsum ex naribus que sunt scita. quinta tertij. scilicet constringendo gulam ponendo digitos in naribus aut setas porcinas aut herbaꝫ dictam poligonium. Nam per fluxum ipsius sanatur quartana maxime pendens a melācolia genita per adustionem sanguinis. si tamen timueris ne superfluat constringe vt dictum est. Cura sanguinis narium exigit quinqꝫ intentiōes. Prima est remotio cause fluxus que multiplex esse potest. scilicet nimia aquositas: aut nimia colera sanguine permixta: aut superflua caliditas sicut in febribus acutis: aut debilitas contentiue: aut irritatio virtutis expulsiue. secunda intentio est diuersio cum euacuatione aut sine. Tertia fluxus interceptio cum his que applicantur collo timporibus aut fronti. Quarta orificiorum venarum que ad nares terminantur constrictio: scilicet cum his que naribus instillantur aut insufflantur aut in forma stuellorum imponuntur. et hoc absqꝫ alijs secundū plurimuꝫ est sufficiens. Quinta est regimen sex rerum nō naturalium per que sanguis inspissetur et secundum plurimum infrigidetur et fiat ineptus fluxui ⁊ contentiua membrorum fortificetur. Et pro complendo quartam intentionem infunde aliquem puluerem sicut trociscos de terra sigillata: aut de karabe: aut bolum armenicum. sanguinē draconis in albumine oui. ⁊ bene concute: deinde fac stuellum satis grossum ex cotto aut tela aranea aut pilis leporis et infunde in albumine illo et naribus impone quem diu retineat et non violenter extrahatur. hoc enim scđm plurimū sufficit: immo stuellus infusus in solo albumine oui est sufficiēs secundū plurimum. Et quia cura fluxus sanguinis nariuꝫ cum est continuus celeritate indiget: sunt he omnes intentiōes aut plures ex his quā cito ꝓficiende cum remedijs opportunis.

¶ Regimen vomitus qui accidit eis .Cap. xv.



Creticus iterum non abscindatur nisi apud necessarium.

¶ In hoc capitulo Auicenna ponit regimen vomitus. et primo cretici non restringendi. secundo restringēdi cretici vel non cretici. secunda ibi. (Et secūduꝫ plurimū) Dicit primo non esse restringendum creticum nisi sit necessariū. scilicet quia superfluens ⁊ deijciens virtutem: et quia non euacuat quale est euacuandum.

¶ Et secundum plurimum abscindatur in eis ꝑ vomitū et per adiutorium eius quo extrahitur humor nociuus sicut est syrupus acetosus et aqua calida. Et quādoqꝫ est necessarium vt confortetur virtus. quare ponatur loco syrupi acetosi puri syrupus acetosus cum seminibus.

¶ Nunc facit quod dictum est: et cōtinet duas partes. nam primo in generali docet regere vomitum Secundo magis in speciali. scđa ibi (Et si humor imbibitus) Dicit primo vomitū scđꝫ plurimū abscindi per vomitum et per adiutoriū quo euacuatur humor nociuus sicut per syrupū acetosum cum aqua calida: quandoqꝫ tamen necesse est dare regimen fortius vt syrupum acetosum cum seminibus loco syrupi acetosi simplicis. ¶ Pro qua parte notandum quod vomitu valde debilitante ⁊ corpore valde inepto ad vomituꝫ et suspecto per illum ad fracturam vene nō debemus si possumus aliter vomitum vomitu curare. in alijs autem casibus vomitus est vomitu curandus maxime materia ad superiora leuigante. que sententia colligitur decima sexta tertij de cura colerice passionis. ¶ Notandū secundo quod vt facilior fiat vomitus preparādum esse humorem vomitu cum syrupo acetoso zucharino materia existēte calida ⁊ cum oximelle simplici ipsa existēte frigida et grossiori. ipsa vero existente frigidiori et grossiori cum syrupo acetoso cōposito cum seminibꝰ. scilicet calidis subtiliatiuis materierum sicut cum aniso feniculo et similibus. Est autem hmōi syrupꝰ acetosus cōpositus duplex. ¶ Quidā cum zucharo factus et dicitur apud nos syrupus acetosus. Quidā cum melle et dicitur oximel compositum: quod conuenit adhuc materia existente grossiori. Oximel vero squilliticum conuenit materia existente frigidissima ⁊ grossissima. hi autem syrupi miscendi sunt cum aqua calida: idest tepida. Omnia enim tepida exoluūt robur stomachi. post cuius tepidi sumptionem per horam procuret vomitum exquisitum satis cum impositione digiti aut pēne in gutture.

¶ Et si humor est imbibitus ⁊ grossus. tūc oportet vt fiat solutio in dando in potu qđ est sicut aloes et yera. Et quando nō est imbibitus fortasse confert yera et aloes.

¶ Nunc specialem ponit vomitus curam. Et continet partes tres. Nam primo ponit regimē vomitus secundū diuersitatē substantie et situs humoris secundo ponit curam vomitus colerici. tertio ponit regimen vomitus melancolici. secūda ibi. (Et quando assiduauerit vomitus). tertia ibi (. Ad vomitum quidē colere nigre) prima in tres. nam pri

mo docet regere vomitū humore existēte imbibito grosso. secundo nō existente ībibito. tertio existente imbibito nō grosso. scd̄a ibi (. Et quādo non est imbibitus.) tertia ibi. (Et si est ībibitus nō grossus). Dicit primo ꝙ humore existente imbibito in stomacho et grosso oportet soluere ventrē cuʒ aloe et yera. Et dicit in secunda parte qd̄ qn̄ non est imbibit⁹ fortasse confert yera et aloes. ¶ Pro prima parte notandum quod humor existēs in stomacho quandoqʒ est imbibitus: idest intus bibitus et in porositatibus conclusus: quandoqʒ est inuiscatus quandoqʒ natās: quandoqʒ apostemans. Imbibitus est duplex. subtilis et grossus. licet subtilis. sit magis aptus imbibi. et vterqʒ potest esse ex quacunqʒ specie humorū. ¶ Pro remouēdo ergo grossum siue imbibitum siue non. docet exhibere yeraʒ pigram: scilicet simplicem Gal'. que dicta est yera quasi sacra et pigra amara: et fit ex octo rebus inter quas nihil est solutiuū nisi aloes. Aloes autem quandoqʒ ponitur duplus ad reliqua et est magis solutiua. et hanc vocant Aloem et yeram. Aliquādo ponitur in dosi equali reliquis septem: et hanc vocant yeram et aloem. Dosis yere pigre in qua aloes ē duplus ad reliqua sine melle est a. ʒ. ß. vsqʒ ad duas. In forma electuarij cum melle est. ℥. j. et hoc magis confert quando humor est imbibitus. Aut aliter per aloem et yeram intelligam⁹ aloem qui de nouo misceatur cum yera pigra aloe dominante sicut. ℞. aloes. ʒ. j. yere pigre. ʒ. ß. misce. et exhibeatur in forma pillularum. vel distemperētur cum aqua zucharata et bibantur. Econtra vero per yeram et aloem intelligimus yeram dominari aloe. vt. ℞. yere p. ʒ. j. aloes. ʒ. ß. et exhibeātur: vt supra. Et forte per yeram et aloem intellexit duas medicinas distincte: quarum quelibet huic proposito deseruit.

¶ Et si est imbibitus non grossus mūdat ipsum syrupus acetosus cum aqua calida: deinde equat ipsum post illud aqua granatorum que bibatur. Quod si euomuerit eaʒ bibat ipsam vice alia donec equetur et quiescat: et similiter syrupus de menta cum granis granatorū. Et fortasse sedat ipsum infrigidatio stomachi.

¶ Facit quod dictum est et continet partes duas. Nam primo ponit tria remedia facienda quādo humor est imbibitus non grossus. secūdo quoddā regimē euitare docet. scd̄a ibi. (Et non oportet vt approximet). Primum remedium mundās humorem imbibitum non grossum est syrupus acetosus cum aqua calida. Digerit enim ipsum ingrossando et abstergit ipsum a stomacho et sua punctiōe incitat ad vomituʒ post quem facto vomitu aqua granatoruʒ bibita equat ipsum: scilicet stomachū temperando eius caliditatem: quam si vomuerit bibat alia vice donec equetur: scilicet stomachus ee vomitus quietetur. Secundum remedium est syrupus de menta cum granis granatorum. confert enim in dicto vomitu. Tertium fortasse infrigidatio stomachi sedat ipsum non solum perficienda cum interius sumptis: sed etiam cum exterius applicitis ita vt aliquando oporteat esse actu et potentia frigidum sicut in colerica passione precipit Rasis nono Almansoris. Hec autem administranda sunt humore iam educto. ¶ Et nota quod est bonum in vomitu vehementi et proprie ab humore calido primo lauare stomachum cum aqua calida aut ordei in multa quantitate: deinde approximare remedia cōstringentia interius et exterius actu et potentia frigida.

¶ Et non oportet vt approximet reb⁹ ponticis et sedantibus vomitum cum ponticitate sua et acetositate sua stiptica ille qui vomit propter humorem imbibitum. quia est malum et addit imbibitioni sed non imbibito fortasse faciēt eum deijcere deorsuʒ: ꝙuis sit grossus et fortasse iuuabūt ꝟtuteʒ stomachi ad expellēdū eum per superiora.

¶ In presenti parte docet euitare quoddā regimē dicens. Non oportet ilum qui vomit propter humorem imbibitum approximare rebus constringentibus vomitum sua ponticitate et stipticitate. Nam hec faciunt humorem magis imbibi. humore vero non existente imbibito fortasse conferunt. Nam si humor sit grossus fortasse stomachus confortatus eijciet eum per inferius. Si vero subtilis forzasse eijciet eum cum vomitu. tutius tamen est vt credo primo mundificare stomachū ab humoribus in eo contentis per superius aut inferius siue sint imbibiti siue non. postea huiusmodi confortantia administrare tam interius quā exterius.

¶ Et quādo assiduauerit vomitus de colera et nō fuerit de genere imbibiti. tunc vtere stipticis: et ꝓprie emplastris iuuātib⁹ factis ex corticibus granatorū ⁊ gallis ⁊ his silib⁹ cū vino permixto aut aceto permixto.

¶ In presenti parte curat vomitū colericū quādo nō fuerit humor imbibitus. dicens quod tu debes vti stipticis et proprie emplastris factis ex corticibus granatorum et gallis et similibus cum vino aut aceto mixtis.

¶ Et ad vomitū q̄dē colere nigre supfluū submergatur spongia in aceto et ponatur sup stomachū. Qd̄ si necessariū fuerit aliq̄d fortius: administra medicinas predictas in capitulo retentionis vomitus.

¶ Nunc curat vomitū melancolicū dicēs: ꝙ vomitui colere nigre superflue confert spōgia infusa in aceto et bene exp̄ssa stomacho applicita. Ultimo dicit ꝙ in efficacioribus pro restringendo vomitū erit recurrere ad medicinas dictas in capitulo de restrictione vomitus dictas. xiij. tertij. ¶ Notādū quod huiusmodi spongia in aceto infusa confert stomachū quadam stipticitate cōfortando. ⁊ si fuerit melācolia adusta ꝯfert infrigidādo ⁊ incidendo ⁊ stomachū ꝯfortādo. Sed si cū aceto bulierit menta et similia cōfert etiaʒ calefaciēdo. Cura vomitus sex exigit intētiones. Pria remouet causam siue fuerit primitiua sicut regimē sex rerū nō naturaliū faciens vomere. siue fuerit corporea sicut oppilationes apostemata vlcera et similia i stomacho existentia: aut in membro sibi cōmunicāte. Alia diuertit humores ad stomachū fluxuros. Tertia mūdificat stomachū a superfluitatibus in eo existentibus ad vomitū incitantibus. Quarta vias ⁊ ductus constringit per que ad stomachū defertur humor ipsum stomachū confortādo ne recipiat et vt debite suas operationes perficiat. Quinta corrigit accidentia. Sexta ordinat debitum regimē sex rerū. Et ex dictis in textu potes elicere auxilia plures harum intentionū perficientia.

¶ Regimē fluxus vētris qui accidit eis. Cap. xvj.

Iam singulariter



Iam singulariter in capitulo fluxus ventris locuti sumus in hac intentione ergo redeamus ad illud. Et de illis que conferūt ex via ciborum sunt almes torrefacti ⁊ lentes torrefacte et coriādrum: quodcūq; horum duorū fuerit elixetur et fundatur aqua ab eo et proprie quando fit acetosum cū granis granatorum: qm̄ est bonum.

¶ Hic Auic. ponēs fluxū ventris q̄ accidit febrientib⁹ duo facit. Primo pro sufficiēti regimine fluxus vētris remittit nos ad decimāsextā t̄tij. d. se locutū fuisse ibidē singulariter quātū est opportunū in hac intentione. i. in regimine fluxus ventris sequentis febrem. scd̄o hic breuiter se expediēs ponit quosdā cibos cōuenientes in fluxu sequēte febrem dicēs ꝙ de illis q̄ conferūt via cibi sunt sicut almes torrefacti et lentes torrefacte et coriandrum sil'r torrefactū. Qd̄cūq; horū duoꝝ. s. almes et lentiū postq̄ torrefactū est debet p̄mo elixari et abijci prima decoctio: deinde debēt bulire quousq; decocta sint et debent fieri acetosa cū granis granatorū. s. exprimēdo succū ab eis. et hm̄oi condiendo. Almes autē sunt robilie. Coriandrū preparatū cū aceto et torrefactū est singulare in fluxu ventris et ꝓprie ad retinendū cibum in stomacho. Hec autē cū frigida sint et stiptica conferunt in fluxu sequente febre. Intētiōes habēde in cura fluxus ventris sunt sex. Prima remotio cause fluxus quecūq; fuerit aut primitiua: aut corporea. secunda est diuersio hūorū a fluxu ad intestina. tertia est mundificatio intestinorū a sup̱fluis in eis contētis et doloris eorū sedatio aut cū clisterijs si fuerint in intestinis grossis: aut cū sumptis in potu si fuerint in gracilibus. quarta intētio est viarū et ductuū constrictio humorū ingrossatio ⁊ q̇etatio necnō intestinorū cōfortatio ne recipiant cum exterius applicitis et sumptis. quinta est accidentium correctio. sexta debiti regiminis sex rerū ordinatio.

¶ Regimen sitis eorum superflue. Cap. xvij.



Oportet vt inungatur caput cū oleo frigido valde qd̄ fundat super ipsum et ponatur super caput si non fuerit quod prohibeat: et cum aquis infrigidantibus.

¶ Auicen̄. ponens regimē sitis sup̱fluentis p̄mo ponit regimen generale pro sedādo sitim. scd̄o sedat sitim scd̄m aliquos speciales modos ipsius. secunda ibi. (Sitis quandoq; fit a frigore.) p̄ma in duas. nā primo ponit regimen sitis p̱ infrigidantia capiti applicāda. scd̄o p̱ infrigidātia i ore tenēda. secunda ibi. (Et retentiōe mucillaginis) Dicit in prima parte oportet inūgere caput oleo frigido potentialiter infrigidato. s. actualiter infuso sup̱ caput nō existente prohibente. s. catarro capitis repletione et similibus. Et inungi etiā cū alijs aquis infrigidātibus. Causa dicti est: quia si sitis sequitur superfluam cerebri caliditatem frigida applicita capiti conferunt remouendo causam: quare infrigidatio capitis est causa infrigidationis oris stomachi per neruos descendētes.

¶ Et retentione mucillaginis seminis citonio rū permisce cum oleo rosato vltimo aut infusiōis prunorum et medullarū cucumeris ⁊ alhendi et cucurbite et seminis lactuce nigre et radicum liquiritie et pillularū descriptarum in antidotario ad sitim. et de illis que masticant̄ et almososat sunt tamarindi.

¶ Nunc sedat sitim cū his que in ore tenētur. Primū est mucillago seminis citoniorū permixta cū oleo ros̄. vltimo. sed in infrigidando inter omnes modos olei ros̄. est qd̄ fit ex oleo onfancino et rosis albis siluestribus nondū bene maturis. Secūdum est cum retētione infusionis prunorū. s. acriū aut etiam cum retentione medullarū cucumeris ⁊ alhendi. i. citrulli. et medulle cucurbite. et retētione seminis lactuce nigre: qm̄ est frigidius. s. in fine secundi vel in principio tertij. Radicum liquiritie mundatarū a cortice exteriori et infusarum in aq̄. Tertium tenendū in ore sunt pillule scripte in antidotario. et debēt esse confecte ex frigidis et acribus. Quartum remedium est aliqua que tenentur in ore sicut almososat ⁊ sunt tamarindi. Causa dicti: quia pellicula oris est contigua pellicule oris stomachi. quapropter infrigidatio et humectatio vnius est causa infrigidationis et humectationis alterius.

¶ Et sitis quidem quandoq; fit ex frigore ⁊ abscindit eam somnus: ⁊ quandoq; fit ex calore. et abscindunt eam vigilie.

¶ Vltimo dicit qd̄ sitis quandoq; fit a frigore et abscinditur per somnū. et quando fit a calore et abscindūt eam vigilie. ¶ Notandū pro declaratione huius partis ꝙ in siti mendosa causata per indigestionē ciborū maxime nō caloꝝ sicut pisciū et similium digestionis difficilis a quibus stomachus laborat in digestione eleuātur vapores calidi perueniētes ad os stomachi et sitim inducētes conuenit somnus qui fortificando calorē stomachi est causa digestionis et resolutionis eorū vaporum qui erant causa sitis. et sic verificata est prima pars huius textus. ⁊ hāc sn̄iam elicere possumus ex particula quinta affori smoꝝ. affo. xxvij. Quibuscunq; desideriū nocte bibetur. et. 13. tertij. capitulo de siti ad finem. et. 4. epidimiarū. In vigilando sitis in superficie somnus medicamentum. Secundus modus in siti causata ex vaporibus calidis circa os stomachi facta ꝯsumptione ⁊ exiccatione nimia vigilie conferunt resoluendo illos vapores cal'os q̇ erant cā sitis. et hoc voluit Aui. in p̱te vltima. Ex hoc facile soluūtur instātie q̄ ꝯtra hūc textū fieri ꝯsueue r̄t. Cura sitis q̇nq; exigit ītētiōes. Prima remotio cāꝝ sitis siue fuerint p̄mitiue siue corp̱ee p̱ cōitatē a toto sicut ī febrib⁹ aut mēbris p̱tic'larib⁹ sicut a cerebro: aut a mēbris spūalib⁹ ⁊ reliq̇s: aut p̱eētiā p̱p̱ nocumēta cerebri et ꝓp̄e oris ei⁹. scd̄a ē sedatio sitis cōplēda aliquo viij. modoꝝ īfrascriptoꝝ: aut plib⁹ s̄z exigētiā cāꝝ sitis. Prim⁹ mod⁹ ē cū his sup̱ q̇b⁹ anhelam⁹ sicut sup̱ aq̄ frigida et similib⁹ frigidis. ⁊ hic modus cōfert in siti sequēte sup̱fluā calefactionē cerebri et membrorū spiritualiū. Secūdus modus per retēta in ore sicut est frustum angurie et similia. et hic modus maxime valet in siti sequente calefactionem et exiccationē meri cāne pulmonis ⁊ mēbroꝝ spiritualiū. Tertius modus est per caputpurgia et per gargarismata cū aqua frigida sola aut cui admixti sunt aliqui succi acres. et hoc valet in siti sequēte dispōnes capitis ⁊ meri cāne pulmōis

et membrorum spiritualium. Quartus modus est per epithimata et vnctiones circa caput collum gulam et spōdiles vsq; ad tredecim et mala granata et reliqua ex rebus frigidis quibus aliquid aceti sit admixtū ad penetrandū. et hec valet in siti merito cuiuscūq; mēbri contingētis cuius regio vngatur et epithimetur. Quintus motus est cum somno: fortificando digestionē: per cuius debilitatem accidit sitis. Et similiter quandoq; vigilie sedant sitim resoluendo vapores qui in somno cōcentrantur. Sextus modus est cū bibitis q̄ in mala cōplexiōe calida et sicca sine materia debēt esse frigida actu ⁊ potentia. vbi vero adsit materia colerica salsa alterius generis: aut proprie imbibita aut inuiscata potus debet esse actu calidus. licet potentia frigidus. Septimus modus ē stupefaciendo aliqualiter sensum oris stomachi cū intense frigidis actu vel potentia. et hoc valet in q̄cunq; siti. Octauus modus est conuertendo mentem ad alia magni nocumenti ita vt sitis obliuiscatur. et hoc valet in quacūq; siti remissa. ¶ Tertia intentio est confortatio stomachi complenda cum interius et exterius applicitis contrarijs discrasie et moderata stipticitate participantibus. ¶ Quarta intentio est correctio accidentiū et pficitur scōm ipsorum exigentiam. ¶ Quinta intentio que est regimen sex rerum declinet ad contrarium discrasie.

¶ De pfunditate somni q̄ accidit eis. Cap. xxiij.



Oportet vt remoueatur a profunditate somni cum fabulis et his similibus per voces. et ligentur membra eorum inferiora ligatione dolorosa postq̄ non fuerit quod phibeat. et supponatur coliriū subtile si natura fuerit restricta et in hora quietis et tēpore assiduitatis: et vētosetur quod est inter ambas spatulas et spondiles.

¶ Remouet profunditatem somni quatuor auxilijs. primo cum fabulis et similibus sicut hystorijs. secundo per voces. s. alte vocando dormientē et strepitus circa ipsum faciendo. tertio ligando membra eius infra genua per quatuor digitos ligatione dolorosa. tum ad excitandum. tum ad diuertendum vapores et materias ad inferiora. et sub hoc modo comprehendūtur fricationes membrorū inferiorum. Dicit tamen has ligaturas debere fieri si non fuerit quod prohibeat sicut podagra et vlcera illarum partium que ligantur. quarto supponendo collirium subtile acutum et mordicatiuum. sicut est suppositorium hoc. ℞. mell. ℥. ij. terepegre: salisgemme ana. ʒ. j. et si vis fortius adde suprascriptis scamomee coloq̄ntide an̄. ℈. ß. et fiant suppositoria longitudinis quatuor vel quinq; digitorum et mediocris grossitiei. Uel fiat suppositorium ex sapone vel salegemma ⁊ ligetur vt ad libitum possit extrahi. hec autem fieri debēt ventre restricto et possunt fieri in hora quietis. s. a profunditate somni. i. cum somnus non est profundus ad preseruandū ab eius profunditate qn̄ homo est ad illā paratus. et erit tempore assiduationis pfunditatis in somno: vt remoueatur profundatio illa. Aliter in hora quietis. s. paroxismi ⁊ exacerbationis ⁊ tēpore assiduitatis. i. dum adest paroxismus dans intelligere q̄ etiā tempore paroxismi hoc faciendū est in quacūq; hora hoc accidens supu enerit. Ultimū auxilium est ventosatio eius quod est inter ambas spatulas et spondiles idest ventosatio in pulpis spatularū sine scarificatione aut cum scarificatione si peccauerit sanguis aut fuerit timor litargie. Sunt et alia remedia sicut odor aceti acutissimi. Itē prouocatio sternutationis iam premissa ventris lenitione ventosatione et euacuationibus opportunis.

Dubitatur vtrū fabule remoueant profunditatez somni. Negatiue arguit̄ sic. fabule inducūt pfunditatē somni. ergo nō remouēt. ꝯn̄a ptꝫ. et an̄s declarat experiētia. ¶ Scōo alique fabule cōtristāt ergo inducūt somnū. ptꝫ ꝯn̄a. q2 tristitia reuocādo spūs interius ē causa somni. ¶ Tertio auditio fabularꝫ p̄dicationum lectionum et similium sunt cā resolōnis spirituū et liq̄factiua materierū et euaporatiōis earū. ergo sunt cā somni. tꝫ ꝯn̄a. q2 his modis somnus ꝓuocatur. assumptū ptꝫ: q2 spūs audiēdo excitantur et cōmouentur quorꝫ motus est cā resolutionis eorꝫ liq̄factiōis materierꝫ et eūonis ipsarꝫ.

In oppositum est Aui. ¶ Primo notādū q̄ō fabula apō Macrobiū in ꝯmētario libri de somno Scipiōis circa p̄ncipiū a fallēdo dicta. est narratio rerū nō habētiū faciē veritatis aut nō verarū. hystoria vero ē narratio v̄a rerū gestarꝫ. et earꝫ scriptura cronica vocat̄. ¶ Scōo notandū q̄ quedā corpa ꝑm cerebrū abundāt in q̄busdā hūiditatib⁹ crudis frigidis aptis euaporationi quorū spūs agitati et laborātes dū audiunt aut legunt huiusmodi sunt causa liquefactionis earum. et. q̄ in vapores conuertantur quarum liq̄factio et in vapores ꝯuersio est cā somni. tum spūs infrigidādo et ingrossādo: tum opilādo. Aliq̄ vero sunt que abūdāt in hūoribus colericis et nitrosis: quorꝫ vapores sunt cā vigiliarū. Cum ergo audiunt aut legunt hmōi fit in eis duplex motus. vnus spūalis pprius ipsi itellectui ꝑm quē ꝯpōit diuidit ⁊ discurrit. alter ē motus ipsorꝫ spūuꝫ ꝑꝫ diuersas ptes ꝑm exigētiā passionū q̄ ꝯmouent̄ audiēdo et legēdo hmōi: q2 si p hmōi audita et lecta ꝯmouent̄ ad tristitiā timorē aut desperationē spūs mouent̄ interi⁹. Si v̄o ecōtra mouent̄ ad spem gaudiū audaciā aut irā sps mouent̄ exteri⁹ in quorꝫ motibus supcalefiūt per quā supcalefactionē resoluunt̄ et paucificantur. ⁊ sic hūiditates de q̄b⁹ supra liq̄fiūt. et in vapores ꝯuertūt̄. In p̄mis itaq; corpib⁹ hmōi audita aut lecta sunt cā somni. i scōis sunt cā vigiliarꝫ. ¶ Tertio notādū q̄ q̄dā hoīes sunt ꝓmpti et acuti ingenij. q̄dā tardi et obtusi: primi legētes et audiētes: et hn̄ intelligētes que audiūt et legunt vidētes se proficere vigilāt. scōi vero ex cā ꝯtraria dormiūt. lꝫ aliqn̄ scōi pp vehemētē tristitiā cū vidēt se nō pficere neq; itelligere expectātes repḣēsionē ⁊ ignominiā poti⁹ vigilāt. tristitia nāq; de futuro malo ē cā vigiliarꝫ: ⁊ tristitia d̄ p̄terito ē cā sōni. Silr̄ p̄mi aliqn̄ cū iā tenēt rē de q̄ agit̄ dormiūt spiritib⁹ iaꝫ q̄escētib⁹ q̄ p̄mo erāt i motu. ¶ Quarto notādū q̄ fabule hystorie p̄dicatiōes et hmōi qn̄q; sunt difformes ex pte narrātis ita vt nunc alta voce nunc submissa loq̄t̄: nūc leui nūc aspa et austera. Qn̄q; etiā ex pte eorꝫ de q̄b⁹ agit̄ ita vt nūc ꝯmoueāt audientē ad miam nūc ad odiū ⁊ irā: nūc ad tristitiā spem despationē. et sic de reliq̄s. qn̄q; v̄o sunt vniformes. tum ex pte recitātis: tū eorꝫ q̄ recitāt̄. p̄me excitant et vigilare faciūt mouētes spūs diuersis motibus imo cōtrarijs. scōe vero faciūt dormire spūs quietātes aut figentes scōm hitudinez vnā. somn⁹ eñ q̄eti vehemēter existit filis. scōa primi.

¶ Preterea

¶Preterea huiusmodi fabule et hystorie ⁊c. quãdoqꝫ sunt breues et non inducunt somnũ: quãdoqꝫ longe fatigantes audientes et spũs ipsorũ resoluentes. et sunt causa somni. ¶Preterea quãdoqꝫ sunt de rebus multũ mouẽtibus audiẽtes ex excitãt vigilias: quãdoqꝫ de rebus parũ cõmouentibus: et sunt potius causa somni. ¶Et ex his iam manifestum est quales hoĩes per huiusmodi lecta aut audita excitãtur a somno. ⁊ q̃les prouocãtur ad somnum. scd̃o etiam manifestũ est quales fabule aut hystorie. ⁊ qualiter recitate vigilare faciũt. et q̃les et qualiter recitate dormire faciũt. tu ergo cũ excitare vis somnolentũ narra hystoriã aut fabulam multum mouentem et difformẽ et recita eam difformiter frequenter eleuãdo vocẽ et eam exasperando. Ecõtra vero fac cum vis somnũ inducere: ⁊ que dicta sunt pro magna parte elici possunt ex dictis Aristo. xviij. problematũ ꝓblemate p̃mo.

¶Solutio autẽ rationũ factarũ in principio suadentiũ contrariũ huius declaratiõis manifesta ẽ ex dictis. Cura somni ꝓfundi quatuor exigit intẽtiones. Prima remouet causam ꝓfunditatis somni. Scd̃a excitat ꝓfunde dormientẽ cũ auxilijs q̃ dicta sunt. Tertia corrigit accidentia tam presentia quã verisimiliter secutura sicut litargiã. Quarta ordinat debitum regimen sex rerum in contrarium profunditatis somni ⁊ cause eius.

¶De grauitate capitum eorum. Capitulum. xix.



Oportet vt alienet ab eis emulsio lactis super capita eorum aut effusio olei super ea aut embroca aut caputpurgium.

¶Auicẽna in presenti parte ponens regimẽ grauitatis capitis. primo docet q̃ sunt euitãda. scd̃o que sunt facienda. scd̃a ibi. (Immo sint contenti) In prima parte docet euitare quatuor. primũ est emulsio lactis super caput grauatum. secundum est effusio alicuius olei super caput. tertiũ est embroca. quartum est caputpurgium.

¶Immo sint contenti vaporationibus factis embrocis ex camomilla. ⁊ sint in eis viole et furfur et his similia.

¶Nunc docet q̃ facienda sunt dicens ꝙ contenti sint vaporationibus factis ex embrocis camomille violarum furfuris et similium. ¶Notandũ per grauitatem capitis intelligendã esse quãdã ponderationẽ et capitis perceptã extensionẽ causatã per multã materiã grossaꝫ vaporosam. et hoc maxime ab egro percipitur cum multũ deprimit caput. et postea paulatim ipsum eleuat. Cui Auicẽ. prohibet emulsionẽ lactis aut eius infusionẽ sup caput ne inuiscatum in capitis superficie opilet poros et prohibeat vaporum exalationẽ. Secundo prohibet applicationeꝫ olei: quia si frigidum opilaret frigiditate et viscositate. si vero calidum. licet forte iuuaret sua caliditate resoluendo. tamẽ plus est aptum nocere sua opilando viscositate. prohibet tertio embrocas et caputpurgia que ꝑ nares sugantur maxime quãdo essent frigide opilantes aut malam cõplexionẽ capitis augentes et forte humores agitantes et mouentes: siue calide sint siue frigide non precedente euacuatione. concedit tamen euaporationes factas cũ embrocis et decoctionibus factis ex camomilla ad resoluendum: violis ad infrigidandũ discrasiam febrilem et ad temperandum caliditatem camomille et furfuribus ad resoluendum et abstergendum si quid in poris capitis cutis ipsos opilans continetur. hec autem fieri debent premissis euacuationibus et diuersionib' opportunis. ¶Cura grauitatis capitis exigit quatuor intentiones. prima euacuat materias grauantes euacuationib' cõmunibus. s. flebothomia et farmacia scd̃m exigentiam. secunda diuertit cum clisteribus lotionibus crurium fricationibus et similibus. tertia eradicat residuum materiei aut partem ipsarum in capite contentarum caputpurgijs masticatorijs et similibus. quarta resoluit residuum in capite contentum discrasiam cerebri alterando et ipsum cõfortando cum euaporationib' in textu positis in quibus melius forte esset ponere rosas quam violas aut vtrasqꝫ. multum enim valent rose in capitis confortatione. et tu adde reliquas intentiones omnibus cõmunes feb.

¶De inquietudine habentiũ feb. et alioꝝ. Ca. xx.



Olfacere vero oleum violatum cũ oleo de semine lactuce et oleo nenufarino et oleo de cucurbita: et adhibere aliquid de stupefacientibus fumosis super timpora: et incuruare caput super vapores humectantes: et odorare nenufar ⁊ poma mandragore. et alselressabre asperum ex longinquo et embroce humectantes: et res quas scis. Et similiter si nõ fuerit qd̃ prohibeat detur sirupus papaueris et lohoc eius.

¶In presenti capitulo ponit regimen inquietudinis vigiliarũ febrientiũ et alioꝝ. s. non febrientium. et habet hoc capitulum duas partes. nam primo ponit regimen predictum non specialiter descendendo ad causas dicte inquietudinis. scd̃o specialiter descendendo ad vnam specialem causam. secunda ibi. (Et cũ humor hauracius.) Prima in duas. nam primo ponit hoc regimen nõ explicando tempus administrationis huius regiminis. secundo ponit regimen explicando tempus. secunda ibi. (Et cum inuenit leuitatem.) prima in duas. nam in prima ponit regimẽ per odorationes et vnctiones et potus. secũdo per diuersiones. secunda ibi. (Deinde multiplicentur.) Dicit in prima parte ꝙ odorare oleum violatum et oleum seminis lactuce et nenufarinũ et de cucurbita. et adhibere aliquid fumosuꝫ stupefaciẽs sup timpora sicut est iusq̃am' papauer mandragora ⁊ opiũ. sicut vnguentũ populeõ cũ pauco opij. ⁊ incuruare caput sup vapores hũectãtes sicut sup vapores eleuatos a decoctiõe fctã ex lactucis ⁊ silibus: ⁊ odorare nenufar frigidũ et hũidũ circa secũdum gradum et poma mandragore frigida in tertio et sicca in primo. ⁊ odorare alselressabre et est lilium vallium citrini coloris et non est nenufar: cum iam sit nominatum ex longinquo aspersuꝫ. s. vino odorifero pauco cum aqua rosata multa sic admixta. et similiter embroce humectãtes. i. casus aliquoruꝫ humectãtium super caput. i. proprie super cõmissuram coronalẽ factoruꝫ ex lactucis floribus nenufaris violis et similibus sunt res quas scis conferre in prouocando somnum. similiter si nõ fuerit qd̃ ꝓhibeat det sirup' de papauere loco ei'. et tu sup. diacodiõ. i. decoctio papaueris. hec em̃ q̃ sũt de papauere sũt domestica stupefaciẽtia

que natura bene tolerat. Dicitur autem si nō fuerit quod prohibeat: quia prohibens posset esse sicut pleuresis aut asma ab humore grosso in pectore contento et similia.

¶ Deinde multiplicentur inter man⁹ eius candele et eleuētur voces cum fabulis et ligentur cum institis extremitates eius ligatione dolorosa parum cum ansis que resoluantur velociter: deinde p̄cipiatur ei vt dormiat et claudat oculos: cūq; dormit paruz extinguant̄ candele et cessent voces et soluantur anse: quoniam dormiet.

¶ Nunc curat inquietudinē et vigilias diuertendo et laxando virtutē animalē dicens. q̄ inter manus egri ponātur multe candele accense et fabulentur. alte. s. astantes et extremitates infirmi ligētur dolorose: sed modicuz dolorose cum institis et alutis vel cordellis cū ansis. i. nodis qui facile solui possunt sicut sunt nodi, quibus vtimur in laq̄ando caligas. et precipiat egro vt dormiat et claudat oculos. cūq; parum dormit. i. incipit dormire extinguātur candele cessent voces ⁊ soluant̄ anse: quoniam dormiet.

¶ Et cum inuenit leuitatem et quietez ex paroxismo aut vehemētia assiduet ablutionem faciei cum aqua in qua decoctum est papauer nigrum cū aliquātulo mādragore et radice eius.

¶ Hic ponit regimē vigiliarū explicādo tēpus dicens. q̄ cum eger inuenit leuitatē. i. declinationez et quietē totaliter cessante paroxismo quo ad interpolatas aut leuitatē vehementie quo ad continuas proportionales laues faciē cum aqua decoctionis papaueris nigri cui aliquid mandragore et radicis eius sit admixtuz que sunt frigida ⁊ sicca in fine tertij: aut in principio quarti. nō em̄ concedit decoctionem hmōi in statu paroxismoꝝ aut exacerbationū ne opilando poros sua intensa frigiditate magis noceāt quā cōferāt stupefaciēdo.

¶ Et cum est illic humor baurachius confert aqua in qua cocta sunt sisimbriū ⁊ mellilotum et alhacuen et papauer abluendo faciem et incuruando super vaporem eius.

¶ Et cū est illic humor baurachius. i. nitrosus siue salsus in causa vigiliarū confert aqua in qua decocta sunt sisimbriuz: et est spēs mente melilotum albacuen. i. matricaria. et scdm̄ aliquos pes coruinus. sicut dicit Auicen̄. xvj. tertij de excoriatiōe intestinoꝝ. et hec tria sunt calida resolutiua. et papauer ponitur ad stupefaciendū et somnū inducendum et ad tēperandū huiusmodi caliditatem cum hac decoctione est abluenda facies et debet incuruari super vaporem eius vt virtus horum penetret melius ad profundum. ¶ Cura vigiliarum exigit duas intentiones. Prima remouet causam vigiliarū siue fuerit p̄mitiua sicut superflua aeris caliditas et siccitas et cibi et potus calidi et sicci. Item accidentia animi molesta siue fuerint corporea sicut dolores febres presentia humoris colerici salsi aut melancolici. ¶ Secunda somnum inducit quinq; modis. primus cum odoramētis. secundus cum applicitis exterius sicut lotio extremorum cum decoctionibus somniferis. Item cuz vnctionibus ex epithimatibus applicitis frōti: et timporibus et parti anteriori capitis. Item cum

Auicēna.

embrocis super parte anteriori capitis. Tertius modus est cum instillatione in aures. Quart⁹ cuz suppositis in modum collirij vel clisteris. Quint⁹ cum sumptis hec tamen diuersificanda sunt s̄m diuersitatem causarum. et a leuioribus inchoandum est et gradatim ad fortiora procedendum. Sextus modus est cum laxantibus virtutem animalem de quo apud Auicen̄. in textu. ¶ Tu vero si vis addas duas alias intentiones oībus cōmunes. s. correctionem accidentium et debitum regimen sex rerum in contrarium discrasie faciētis vigilias.

¶ De dolore ventris qui accidit eis. Cap. xxj.

Fit ex effusione colere ad stomachum. et si accidit in principio periodi eius detur in potu parum sirupi de malis cum sirupo acetoso.

¶ Licet dolor stomachi posset esse ex multis causis. Auicen̄. tamen breuitati indulgens et excusatus propter ea que dixit. xiij. tertij. curat tantūmodo dolorem stomachi ex effusione colere ad stomachum eo q̄ in febribus acutis ex hac causa dolor stomachi frequenter accidat. Dicit ergo dolor stomachi fit ex effusione colere ad ipsum. siue illa colera effundatur ad ipsum solum ex ep̄e et chisti fellis mediante poro felleo ad stomachum terminato et nō ex mēbris q̄ sunt vltra epar mediāte epate. et si accidit in principio periodi febris sicut est s̄m plurimū detur in potu parum sirupi de malis granatis muzis aut acrib⁹ cū sirupo acetoso simplici. vel de malis macianis cuius est vigor vnire stomachum et stringere colere acuitatem. Hi em̄ alterando discrasiā calidam stomachi et ipsaz cōfortando prohibēt coleram ad ipsum venientem: et si nō possunt prohibere aduentū eius saltez remittūt acuitatē ei⁹. ¶ Preterea faciūt vt facili⁹ possit euomi cū secuz p̄miscet̄. Credo itaq; horū siruporꝝ esse exhibendā. ℥. s. aut circa cū. ij. ℥. aq̄ per horam aut circa ante principium paroxismi. ¶ Cura huius doloris quatuor exigit intentiones. Prima euacuat coleram ab epate aut toto. secūda diuertit ipsam maxime ad intestina cum clisteribus que due intentiones absoluende sunt ante p̄oxismū tēpore maioris quietis. tertia confortat stōm ⁊ alterat discrasiā cū dictis in textu et cū exterius applicitis ne colera effundatur ad stomachuz ad qđ iuuat positio ventose super regione epatis. Quarta intentio iuuat ad vomitum eius aut expulsionem eius per inferius.

¶ De asperitate lingue eorum. Capitulum. xxij.

In essentia quidem viscositatis fricetur cum brusco aut cū virgis salicis cū oleo amigdalino; ⁊ zuccaro taberzet donec mūdet̄ aut cum spōgia et pauco sale et oleo rosa. in hoc enim est alleuiatio multa infirmi.

¶ In p̄senti capitulo Auic. determinat de asp̄itate lingue febriētiū. et ptinet p̄tes duas. p̄mo pōit curātia dictā asp̄itatē. scđo q̄dā vitāda, explicat. scđa ibi. (Et oz vt nō ponātur.) Prima i duas. nā p̄mo ponit regimē asp̄itatis viscositati et limositati p̄iūcte. scđo qn̄ nō ē ibi viscositas aut limositas. scđa ibi. (Et post illud.) In prima dicit. q̄ in essentia viscositatis. s. qn̄ asp̄itas seq̄t̄ viscositatē. i. hūorē grossū sup̄ linguā inuiscatū fricet̄ ligua cū brusco aut cū lign̄ salic̄ cū olo amigdalio aut

zuccaro

zuccaro tabarzeth.i.optimo.s.triū coctarū donec mūdetur. ¶ Scdm remediū est cū spōgia cuz pauco sale ⁊ oleo ro. infuso. hoc em̄ est alleuiatio multa infirmi. Primū quidē remediū perficit̄ liniēdo linguam cum zuccaro optime dissoluto cum oleo amigdalarū dulciū.:⁊ prestantius isto est oximel simplex. ⁊ debet alterū istorū qd vis remanere sup linguā per horā: deinde mūdare linguā cū virgis brusci subtiliatis. aut cuz virgis salicis. moderni tn̄ idem faciūt cum cāna curuata ⁊ subtiliata. Aliqui id faciūt cū coclearī argenteo. Et si vellemus illis duobus remedijs vti premittatur remediuz Auic.s.zucca.cū oleo amigdalino. deinde sequat̄ oximel: cū primum mollificet: scdm magis abstergit. Alleuiat̄ enim infirmus per remotionē illius limositatis. q: impediebat gustum.:⁊ forte si est in meri aut cāna pulmōis pōt impedire deglutionē ⁊ anhelitū. Sz scdo remedio.s.spōgia vtimur fricando linguam cum ea.

¶ Et post illud cū eius asperitas est non propter viscositatē: immo a siccitate oportet vt teneat in ore suo sebestē aut nucleos prunorū aut saltē qui asportatur de india. ⁊ est in colore salis ⁊ dulcedine mellis: ⁊ sumat de eo fm ꝙ dixit Archigenes q̄titatē fabe vnius. Et grana citoniorū sunt de eis que humectant linguam et prohibent ei obfuscationes.

¶ Curat asperitatez cōiūctā siccitati que est vera asperitas que ē inequalitas superficiei lingue cū siccitate et duritie. et dicit ꝙ teneat̄ in ore sebestē fructus notus frigidus et humidus. et melius est vt pungantur scdm multas partes et ponātur in aqua postea teneantur super linguā: et nuclei pomorū frigidi et humidi. primo in aq̄ positi. et silr pruna aperta excorticata et i aq̄ posita essent prestantia. tertio teneatur in ore zuccari candi qd circūscribit dicēs ꝙ est in colore salis.s.albi ⁊ dulcedine mellis et teneat de ipso quātitatē vnius fabe et grana citonioꝝ et ꝓprie aliqualiter cōtusa humectant et prohibēt eius obfuscationē ⁊ proprie sequētem caliditatem exiccantem. quia frigi.sunt et humida.

¶ Et oportet vt non ponātur puluinaria multa neq̧ resupinetur dormiēs. nam hec duo exiccant linguam.

¶ In parte ista ponit duo vitanda. Primū ꝙ non teneat sub capite multa puluinaria.s.plena pennis: quia nimis calefaciunt: nec resupinet̄ eger dū dormit. quia supinus magis difficulter respirat. ⁊ sic ꝓpter hec duo lingua exiccatur. ¶ Cura asperitatis exigit duas intētiones. prima debet̄ cause antecedēti que est eūo humoꝝ viscosorū quoꝝ vapores ad linguā peruenietes inuiscant̄ in eius superficie et faciūt primā asperitatē. sed scde asperitatis est extinctio caliditatis febrilis superflue. Secūda vero intētio que debetur cause coniūcte asperitatis prima est humoris cōiuncti abstersio viscosi a lingue superficie. sed scda alterius asperitatis est humectatio cum infrigidatione.

¶ De sternutatiōe assidua q̄ accidit eis. Ca.xxiij.



Qandoq̧ magnificat̄ nocumentum sternutatiōis assidue cū eis ledit namq̧ eos et replet capita eorū et debilitat eorū virtutes. ⁊ fortasse facit fluxum sanguinis narium.

¶ In presenti capitulo Auicen̄. ponit regimē sternutationis. et cōtinet duas partes. In prima ponit vtilitatē et necessitatez regiminis sternutationis. in alia parte ponit remedia. scda ibi. (Quare oportet.) In prima parte dicit: ꝙ quādoq̧ magnificatur nocumentū sternutatiōis assidue in febribus: quia ledit eos et replet capita agitādo materias in capite contētas et faciendo eas fluere per caput. et aliquādo et guttur et pulmonē: vt patet quinta tertij. et scdo ꝓnostico. cōmēto. xlviij. scdo debilitat virtutes infirmi tamē forti et frequenti motu spūs resoluēdo et nō sinēdo ipsos dormire et quiescere. nam interdū sternutabūt duob⁹ diebus. tertio quia fortasse facit fluere sanguinē violēter ad orificia venarū que ad nares terminant̄ et aliquādo venā et arteriā in capite rūpendo. Et preter tria nocumenta aliqn̄ faciūt scothomiā et vertiginē agitando spūs et vapores circa oculos et circa partē anteriorē cerebri ꝯtētos et nō absq̧ causa. Est em̄ sternutatio ꝑma tertij. tractatu q̇nto cap. proprio. motus ꝯtractiuus et concussiuus fortis sicut quedā epilensia: immo dicit̄ ꝙ motus sternutationis est quasi motus epilensie leuis. epilensia vero quasi sternutatio multa et fortis.

¶ Quare oportet vt fricet̄ eoruz frons et collum et nasus. et aperiātur ora eorū et fricentur eorū palata cum vehemētia. et tundantur capita eorū ⁊ conuertant̄ et premātur eorū extrema. et fundant̄ in aures eorū olea tepida ad caliditatez parumper decliuia: et humectentur lacerti eoruz et ipsorū mandibule. et ponantur super eorum ceruicibus puluinaria canaria calefacta ⁊ nō excitentur a somno eorum subito et minuātur a puluere et somno. et oī in cuius odore est acuitas. et olfaciant sauich et lutum alnaia et spongiam marinam.

¶ Nunc Auicēna curat sternutationem et habet tres partes. In prima ponit quedam faciēda. Secundo quedam euitāda. Tertio ponit regimē sternutationis per odores. scda ibi (Et non excitentur.) tertia (Et olfaciant.) Prima in duas. nam primo ponit quedam remedia diuersiua materiū ⁊ distractiua virtutis sentiēdo. scdo ponit regimē magis ꝑ resoluentia. scda ibi (Et fundatur in aures.) ¶ Sed ꝓ declaratione textus ⁊ regimīe sternutationis ē sciēdū ꝙ cura sternutationis exigit q̇nq̧ intētiōes eliciēdas ex textu. Pria ē diuersio materie ⁊ sedatio tristis sensationis maxīe distrahēdo virtutē sensitiuā ⁊ in textu ꝑficit̄ fricādo frōtem et nasum et fricando palatum cum vehementia. Item extendendo capita ipsorum posterius cum fricatione et pectinatione dolorosa. Item fricando et stringendo extrema idest brachia adiutoria coxas et crura et testiculos. et sub hac fricatione comprehende etiam fricationem oculorū Unde Aristoteles vigesimosecūdo problematū. problemate p°. Propter qd fricātes oculos cessamus a sternutatiōe. Itē fricatio auris. vnde quinta tertij. ca. de medicinis prohibētib⁹ sternutationem. Et de eis q̄ ꝓhibent ipsaz est fricatio oculi naris ⁊ extremitatū auris et palati. ¶ Secunda intētio est repressio acuitatis rei facientis sternutationē. vt̄ mō oleū ros. oleū de salicib⁹ odoratū est cōuenientēs de q̇b⁹ oleis facit mētionē Aui. in quinta tertij. c. allegato. et in capitulo. ꝑsenti ad finem.

docet euitare odores acutos:et docet olfacere sa/
uicb et lutū alnai.et est lutū quo vtunt̄ carpētarij.
¶ Tertia intētio est resol'o materie faciētis sternu
tationē.et isto mō odoramentū spōgie marine cō
uenit. Itē olea tepida declinātia ad cal'm infusa ī
aurib⁹. Itē positio puluinoꝝ calidorū sub ceruici/
bus. ¶ Quarta intētio est correctio accn̄tiū et hec
pficit̄ hūectādo mādibulas et earū lacertos exi/
stentes circa timpora ne nimis p sternutationē re
soluant̄ et exiccent̄ aut forte spasment̄. ¶ Quinta
intentio ē sopire ꝟtutē sensitiuā et ꝓfundatio som
ni cōuenit.q̄nta tertij.cap.allegato.et excitatio a
sōno ꝛ puluis et oīa excitātia ꝟtutē discōueniūt.
q̄nta tertij.et ca.ꝑsenti. Et tu adde sextā.s.eūonē
materie q̄ stat sub forma cause antecedētis que dꝫ
esse ꝑma in executiōe quā Auicen̄.forte nō posuit.
cū materia illa q̄ est in cerebro stās sub forma cāe
an̄tis p sternutationē eūat̄ sicut expientia decla/
rat. ¶ Sed notandū vt tollat̄ ꝯtradictio apparēs
in textu cum dr̄.et nō excitent̄ a somno eoꝝ subito
statim post subdat. ꝛ minuant̄ a puluere ꝛ somno
ꝙ somnus cōuenit quidē sopiēdo virtutē sensitiuā
ꝛ faciēdo ꝓ tūc cessare sternutationē. Nocet autē
qn̄ ꝓlōgat̄ caput replēdo ꝛ vaporū resolutionem
ꝓhibēdo.quapropter ꝯcedēdus est in forti ꝛ cōti/
nua sternutatiōe:nō tn̄ valde ꝓlōgādus est ꝓpter
nocumēta suprascripta. Qn̄ aūt debeat cōcedi et
q̄tū ꝓlōgari stat in discretiōe medici.vt plurimū
tn̄ eger spōte sua excitat̄ ꝓpter acuitatez materie
cōmouētis sternutationem.minor itaqꝫ ꝺm pluri
mū pōt error esse sinēdo ipm dormire q̄ excitādo
Si vero scd̄s text⁹ dicat somno nō est cōtradictio
ꝛ cōtinet veritatem.minuēdus enī est a forti sono
in stermutādo ꝛ a quocūqꝫ magno sono audito.qr
ponit humores in motu.

¶ De dolore capitis qui accidit eis. Ca. xxiiij.



Liga extremitates eoꝝ.ꝛ ꝓꝑe co
xas ꝛ cū institia liga ꝛ frica pedes
eorū.ꝛ supponantur eis collíria
trahentia materiā ad inferiora.

¶ In hoc ca.ponit Aui.regimē doloris capitis.ꝛ
habet duas partes.nā in prima regit dolorez ca/
pitis magis in generali.in.ij.pte regit ipm a spe/
ciali cā cōtingētē.ij.ibi(Et qn̄ multiplicat̄ reple/
tio.) Prima ī duas.nā ī ꝑma regit magis p diuer
tētia.in.ij.magis p cōfortātia caput ꝛ infrigidan
tia.ij.ibi(Et ꝯforta eorū capita.) Dicit primo te
debere ligare extremitates cū īstita ꝛ ꝓꝑe coxas ꝛ
fricare pedes.s.magnos ꝯprehēdētes coxas ꝛ cru
ra.ꝛ supponere collíria.i. suppositoria trahentia
materias īferi⁹.ꝛ sub collírijs ꝯprehēde clisteria.

¶ Et conforta capita eoꝝ cū infrigidāti-
bus notis. Et si nō fuerit qd̄ prohibeat ex
coriza aut tussi embrocētur capita eorūz ꝛ
cum decoctione rosarū et violarū et ordei
foliorū salicis ꝛ his similiū.ꝛ similiter oleo
rosato et oleo de salicibus.

¶ Auic.facit qd̄ dictū est.ꝛ primo ponit regimē p
infrigidātia ꝯfortātia caput scd̄o p embrocas.iij.
ponit regim̄ ꝛ canōes applicatiōis lactis.iiij.po
nit canōes applicatiōis hūectātiū.ij.ibi(Et si nō
fuerit qd̄ ꝓhibeat).iij.ibi(Et non mulgeas lac.)
iiij.ibi(Et nō administres hūectātia.) ¶ Dicit in
prima parte te debere cōfortare caput cū.s.infri/
gidātib⁹ notis qualia sunt que statim sequentur.
In.ij.parte dicit.ꝙ si nō fuerit qd̄ prohibeat.s.co
riza aut tussis embrocent̄ capita cuz decoctiōe ro
sarū violarū ordei foliorūz salicis ꝛ similiū.ꝛ cum
oleo ro.ꝛ oleo de salicib⁹ ꝛ sub.embrocis compre
hende vnctiones ꝛ epithimata.

¶ Et quādo nō excusat hoc. tunc ꝓmisce
embrocas īfrigidātes cū lenitiuis sicut ca
momilla ꝛ stupefactiuis sicut ē papauer.

¶ Idest qn̄ huiusmodi nō sufficiūt ad curā tūc ad
ministra embrocas ex decoctiōe rerū infrigidātiū
sicut sunt statim dicte ꝓmixtaruz cū rebus lenitis
idest que leniūt dolorē resoluēdo sicut sunt camo/
milla et stupefactis sicut est papauer vt simul fiat
infrigidatio resolutio ꝛ stupefactio.

¶ Et nō mulgeas lac nisi cū remouetur fe
bris. Si autē virtus fuerit fortis mulgeas
lac caprinū.et si fuerit debilis mulgeas lac
muliebre et caue lac apud repletionem hu
midam facientem profunditatē somni. et
similiter caue humectantia.

¶ Hic ponit canon̄. administrationis lactis di/
cens:non mulgeas lac super capita cum remoue/
tur febris ne lac opilando retineat in capite va/
pores febriles qui sunt causa augmenti doloris.
¶ Secūdo dicit ꝙ si virtus fuerit fortis mulge lac
caprinum.si vero debilis lac muliebre. primū em̄
est magis infrigidatiuum.secundnm magis con/
fortatiuum.tertio dicit cauendū esse lac in capite
esset repletio faciens somni profunditatem.et si/
militer caue tunc omnia humectantia et maxime
talia in potentia et causa can̄.nota est.

¶ Et tu non administres humectātia nisi
vbi est vapor fumosus et caput siccū et pa-
rum somni.

¶ In hac parte dicit te non debere admistrare hu
mectantia nisi cum vapor est fumosus sicut ille q̄
eleuatur a colera et a melancolia. et caput est sic/
cum et parum dormiens.tunc em̄ conueniunt hu/
mectando et somnum inducendo.

¶ Et quādo multiplicatur repletio in ca-
pite ex vapore humido trahe eum ad infe-
riora cum collírijs et clisteribus et stringe
membra inferiora ita ꝙ testiculos.

¶ In hac pte dicit ꝙ qn̄ ī capite mlt'iplicat̄ reple
tio ex vapore hūido eleuato a fl'ate vl'a sanguine
trahe vapores ꝛ materiā ad inferiora cū collírijs
ꝛ clisteribus ligādo mēbra inferiora ita vt etiā li/
gent̄ testiculi eorū. Ligatio enim dolorosa multū
facit ad diuersionē. ¶ Cura dolorū capitis ꝛ pro/
prie in febrib⁹ contingentiū exigit sex intētiones.
¶ Prima remouet causaz doloris.s.febrē ipsaz cū
remedijs opportunis inferius in proprijs cap'lis
ponendis. ¶ Scd̄a diuertit humores ꝛ vapores a
capite cū clisterib⁹ lenitiuis fricationib⁹ ꝛ ꝓprie
extremorū ꝛ ipsorū ligationib⁹ ac lotionibus nec
nō cū positiōe ventosarū incipiēdo a spatulis et
descēdēdo. Et si caput fuerit repletū fiat diuersio
ꝛ materie replētis eradicatio precedēte vl'i eūone
cū masticatorijs gargarismatib⁹ ꝛ caputpurgijs
vsqꝫ ad vesicationes ꝛ cauteria. Vl'is aūt eūo com
pleri pōt flōmia farmacia aut vtraqꝫ ꝺm exigētiā
que euacuēt tā a capite q̄ a mēbro mittente si ali/
quod fuerit in cā. ¶ Tertia intētio alterat discra/
siam capitis que ꝺm plurimuz in inferioribus est
caput confortando ꝛ prohibendo ne recipiat va/
pores aut humores. ꝛ hec perficitur cū humidis
caput cōfortantib⁹ stipticitate moderata ꝛ ꝓprie
tate:et ī his

tate:et in his rose et que fiunt ex ipsis obtinēt p̄n/
cipatū et possunt applicari sub forma vnctionis
epithimatis embroce odoris ad hoc conferunt et
possunt infundi in auribus medicine attractiue ⁊
doloris sedatiue.et que hic posita sunt ab Auicē.
in principio capituli que sunt ꝓpria .si tamen ca
pitis repletio esset hūida hm̄oi vitāda essent.et
debemus stare cōtenti secunda intentione ⁊ odo/
ribus cōtrarijs discrasie.⁊ his que per nares su/
guntur sicut aqua roſ.cū pauco aceti.sed vapori/
bus caput replētibus existētibus fumosis his au/
dacter possumus vti.mulsiōe tamē lactis ⁊ ipsius
epithimatione super caput non debemus vti nisi
in tepore vel quiete:quod est caprinum forti existē
te virtute:quia magis infrigidat:⁊ muliebre v̄tute
existēte debili:quia magis confortat.si tamē vir/
tus esset extreme debilis neutro vtēdū est:ne pro/
hibēdo trāspirationez ⁊ materiā ingrossando suf/
focaretur calor innatus debilis.⁊ hoc voluit Se/ Serapio.
rapio breuiarij primo capitulo sexto ⁊ Aliabas
tertio practice.capl'o.xxiiij.¶ Quarta intentio est
materie replētis ⁊ vaporū resolutio.sil' eniz alterā
do discrasiam ⁊ dolorē sopiēdo.⁊ hec intentio cō
pletur cū antidotis virtutē habētibus mixtā par
tim resolutiuā: partim infrigidatiuā: partim stu/
pefactiuā.sicut est decoctio cū camomilla mellilo
to papauere roſ.violis ⁊ huiusmodis ⁊ anetū re/
soluit sedat dolorem ⁊ somnū inducit. pectinatio
nes quoqꝫ ⁊ leues capitis fricationes iuuāt ad re
solutionem vaporū.¶ Quinta intētio est correctio
accidētiū ⁊ precipue vigiliarū:quarū cura in hoc
canone stāte capite repleto ⁊ capitis repl'one hu/
mida fiat epithima ex oxirodino idest epithima/
te facto ex aceto ⁊ oleo rosato. Dicitur autem ab
oxi quod est acetuz ⁊ rodino rosa. ⁊ catarro etiam
existente esset epithimandū cuz oxirodino.nam si
figat apostema in capite nō est spes cure. ¶ Sex
ta intentio est regimē sex rerū quod fit in cōtrariū
febri. necnō cause febris ⁊ accidētibus:immo ali
quando in accidētiū vehementia est magis ordi/
nādū scd̄m eorum exigentiā ꝙ scd̄m exigentiaz fe
bris seu cause eius.Si tamen dolor capitis pro/
ueniret in febribus a caliditate ⁊ siccitate sine ma
teria.vna tantum exigitur intentio complēda cuz
fridis ⁊ humidis capiti applicitis ipsum cōfortā
tibus ⁊ cum odoribus et similibus.

¶ De tussi eorum. Ca. xxv.

Tussis plurimū accidit eis ex calo
re aut siccitate quare oportet vt
teneāt in oribus suis pillulas bi/
chichias et allohocat de papaue
re facta cuz medullis fructuum frigidis et
amilo et his similibus . et vtantur cerota/
rijs infrigidantibus factis ex oleo rosato
puro et ex mucillagine psilij.et succo por/
tulace et alijs.

¶ Hic dicit ꝙ tussis accidit febrientibus secūduz
plurimuz ex calore aut siccitate.qua semper opor
tet vt teneant in ore suo pillulas bichichias idest
ad tussim.bichis enim grece tussis latine.inde bi/
chon idest medicamē ad tussim et alohoc idest ele
ctuaria que lambuntur de papauere sicut diaco/
dion facta cum medullis fructuum fridis sicut se/
men citoniorum ⁊ quatuor semina cōmunia frigi
da ⁊ amilo componēdo omnia adinuicem in mo/
dum electuarij:⁊ vtantur cerotarijs ⁊ vnguētis re/
cipiētibus cerā ⁊ oleū infrigidātib⁹ factis ex oleo
ro.puro idest in quo non sint nisi rose ⁊ oleuz mix/
tum cū mucillagine psilij succo portulace.et alijs
infrigidātibus ⁊ humectātibus proprie sicut suc/
cus cucurbite.¶ Cura huius tussis exigit duas in
tentiōes.vna est cura feb.scd̄m ꝙ dicetur in sequē
tib⁹.altera ē infridatio ⁊ hūectatio ꝯplenda tā re
gimine sex rerū nō naturaliūꝙ regimine medici/
nali cū his que applicantur exterius bibēdo lam
bēdo ⁊ in ore tenēdo.¶ Descriptio cōis pilluiarū
bichichiarū.℞.iiij.se.fri.minorū an̄.ʒ.ſ.cāphore.
gra.ij.succi liquiri. diadragāti. gūmi ara.an̄.ʒ.ſ.
penidiarū.ʒ.ij.pulpaꝝ sebestē.iuiubarum an̄.ʒ.ſ.
mucillaginis.psilij.se. citoniorum an̄. ʒ. ſ. sirupi
violati q̄tum sufficit ad omnia permiscenda pro
pillulis conficiendis et fiant pillule aliqualiter
presse ad q̄titatem vnius amigdale. ¶ Unguētuz
conueniens in caliditate ⁊ siccitate vehemētibus
℞.olei violati.℥.ſ.amigdalarum dulciuz.℥.ß.olei
ro.ʒ.ij.ad confortationem mucillaginis. se. cito/
niorū.ʒ.ij.mucillaginis psilij.ʒ.i.gummi ara.ʒ.ſ.
pinguedinis galline recentis non salite lote qua
ter cum aqua viol.℥.ß.cere q̄tum sufficit: ⁊ fiat vn
ctio. ¶ Si vero tussis in febribus acciderit a catar
ro fluente ad pulmonem liquefacto per febrem fa
ciente suspitionē ptisis vtetur hoc sirupo omniuz
prestantissimo sumendo de eo debite calido ma/
ne ⁊ sero.℞. iuiubarum:sebesten ana numero.xv.
liquiritie,capillorum ve. an̄.ʒ.ij. passularum.℥.ß.
incidantur incidenda ⁊ bulliant in duabus libris
aque ad cōsumptionem medietatis ⁊ coletur:que
decoctio colata misceatur cum sirupo de papaue
re.sirupo de mirto an̄.℥.ij.⁊ clarificetur ⁊ valet q̄/
uis esset febris in catarro calido subtili suspitio/
nem ptisis faciente.

¶ De destructione appetitus eorū. Ca. xxvi.

Quandoqꝫ est causa eius humor
in ore stomachi qd̄ scitur ex eo
qd̄ dictū est de destructione ap
petitus et euacuatur per vomi
tū aut solutione ventris. ⁊ mul
totiens iuuātur cū intromissione digitorū
in gutture et cōmotiōe stomachi . et ꝓprie
quando vomitu expellit colericam rem aut
acetosam.

¶ Curat destructionē appetit⁹ ꝑ quā itelligite ēt
ipsi⁹ diminutionē qn̄ pēdet ab hūore ī ore stōi ꝯtē
to.Et diuidit in tres ꝑtes.nā p̄mo facit hoc.scd̄o
curat hāc destructionē sequētē debilitatē oris stōi
ꝑꝑ aliq̄ malā ꝯpl'onē.3o.docz excitare appetitū
destructū ex catarro.ij.ibi.(Et qn̄ ē vehemētia de
bilitatis.)iij.ibi.(Et opz vt approximes eis odo
res bonos.) In p̄ma parte dicit: ꝙ qn̄qꝫ cū destru
ctiōe appetit⁹ est hūor ꝯtēt⁹ in ore stōi siue fit ibi
dē paulatine ꝯgest⁹ et ē fl'a.siue aliūde deriuat⁹ et
pōt esse hūor cuiuscūqꝫ generis.s.fl'atis a cerebro
catarrizat⁹ et mel'ic⁹ a splene.et col'ic⁹ a chisti fell':
et cuiuscūqꝫ gn̄is ab epate ⁊ a toto corꝑe mediāte
epate ⁊ frequēter reꝑit̄ in stō hūor col'ic⁹ ⁊ acetos⁹
destruēs appetitū. ⁊ quāuis acetosa excitēt appe
titū tn̄ cū suꝑfluūt ipm̄ deijciūt sua suꝑflua fridi/
tate corrūpēdo spūs.oīs em̄ imoderata discrasia
deijcit actū ꝓprie v̄tutis.Itē pn̄t hr̄e aliquā malā
q̄litatē stōi horridā.¶ Preterea pn̄t se nimis ꝓfū
dare in stōi substātiā qm̄ si essent pauci et in suꝑfi
cie corrugando essent causa appetit⁹ p̄cipue si nō
haberēt aliquā malā q̄litatē ī stomacho horridā.
Ui aūt hūores sūt eūandi ꝑ vomitū. ⁊ multotiēs

patientes iuuantur cum intromissione digitoruz in gutture et commotione stomachi proprie quādo vomunt materiā colericam vel acetosam. aut supple humorē alium qualiscunq; sit.

¶ Et quandoq; est ex vehementia debilitatis. quare curetur cōplexio que facit eaz cum eo qđ scitur.

¶ Hic curat destructionem appetitus propter debilitatē magnā sequentem aliquando malā complexionē cum eo qđ scitur. s. xiij. tertij. Curatur autem cum contrarijs stomachum cōfortātib⁹ proprietate et stipticitate moderata. que mala complexio in febribus scđm plurimū est calida.

¶ Et oportet vt approximes eis odores bonos excitantes appetitum sicut odor sauich infusi cū aqua et aceto. et detur eis electuarium proportionale febricitantibus ⁊ parumvini et succi fructuuz pōticorum boni odoris et lābant aliquid de aceto gelatine pisciū aut edi et his similiū. Et ponātur super stomachuz post dies primos empl'a facta ex fructibus. Et sint in eis absinthiū et aloes scđm qđ scis. et inunctio eius cum oleis bonis est iuuatiua.

¶ In presenti parte excitat appetitū primo cum odoribus bonis sicut ē odor sauich infusi in aqua cum aceto. est eñi sauich ordeū non integre maturum primo vstulatū postea fractum sicut far qđ debet coqui in aqua et condiri cū aceto. Uel sit infusum in aqua et pauco aceto iuxta textum. Et loco huius odorantur vipe infuse in aqua rosarum et pauco aceti et pauco vini odoriferi. et in aqua frigida addatur multū de vino et parū pulueris gariofi. et cōiter magis confert ad appetitū qđ magis delectat. et scđo detur electuarium ꝓportionale febricitātib⁹ qđ debet esse frigidū. Et de prestantibus est qđ ponitur a Mesue distinctiōe prima cui⁹ est textus. ¶ Confectio de citonijs facta cum succo citoniorū appetitū excitat mortuū. ℞. succi citoniorū mellis dispumati ana. ℥. iij. aceti boni. ℥. ij. decoquant̃ cū facilitate auferendo spumam. Si aūt volueris ipsum ꝓferre in dispositione frigida adde de aromatibus scđm qđ est expediens sicut est piper longū cinamomū lignum aloes gariofili et similia. et des parū vini et proprie acris quado est mala cōplexio calida. Si autem frigida sit vinum vinosum dulce aut austeruz scđm appetitum patiētis vt romania et proprie succus fructuū ponticorū. Et per pontica intellige etiā stiptica. et ex maxime ꝓprijs est succus citonioꝝ. et lābant aliquid de aceto gelatine pisciū idest lābendo deglutiāt vt in eius sumptione delectent̃. ¶ Tertio curat per applicita exteri⁹ post primos dies quare iam facte sunt euacuationes scđm ꝙ oportet. ¶ Hec aūt emplastra sint ex fructibus in quib⁹ ponātur absinthiū et aloes ad confortationē et tēperiē frigidoꝝ. vt Recipe pulpaꝝ citonioꝝ coctorū sub prunis. s. diminute lib. ß. absinthij puluerizati. ℥. ß. aloes. ʒ. ij. misce et incorpora addēdo aceti boni vini nigri stiptici ana. quātum sufficit. et est ꝓpriū. Potes autē addere plus de vino et aliquid aromaticuz de q̄bus supra vbi esset lapsus ad frm. ¶ Item vnctio cum oleis bonis sicut de absinthio de spica de citonijs et sic de alijs est iuuatiua. ¶ Cura destructiōis appetitus exigit duas intentiones ex textu eliciendas. prima remouet causam. scđa excitat appetituz. ꝑma perficitur scđm exigentiā causarū ipsum destruentium. scđa cum stipticis ꝓprijs aliqualiter ad acetosum declinātibus calidis aut frigidis scđm exigentiā. In causa calida citonia et que fiunt ex eis obtinent principatū. Succus quoq; limonū arantiorū et citroꝝ et agresta et acetum et similia sunt propria. Sed in causa frigida oliue condite cepe caro salsa et pisces salsi et ꝓprie in aceto infusi. ⁊ absinthiū comestū est propriū. et ex cōpositis gelatine limonia et similia.

Mesue.

¶ De bolismo eorum. Capitulum. xxvij.

Oportet vt curentur cum odoramentis et luto anaiahi ⁊ armeni infusi cum aceto et odorent almosusat et panē mundū calidum et carnes assatas et stringe eorū extremitates. Et extende aures eorum et capillos ipsorū. et conforta eorū cerebra cum embrocis infrigidantibus et humectantibus. plurimū nāq; bolismi eorum est propter causam cōmunicātē ramis qui adueniunt eis cum sensu. et est corpus durum et induratur. verum sensus nō vltimatur cum eo.

¶ In hoc capitulo Auicen. curat bolismū et est bolismus seu appetitus vaccinus appetitus mēbrorum cū satietate stomachi. membra nāq; inanita appetūt cibum sed stomachus respuit. Et diuiditur in partes tres. prima curat bolismū per odores. scđo per excitātia ꝟtutē. tertio per cōfortātia cerebrum. scđa ibi. (Et stringe eoꝝ extremitates.) tertia ibi. (Et cō forta eoꝝ cerebrū.) ¶ Dicit i prima parte ꝙ oportet vt patiētes bolismū curentur cum odoramētis luto anaiahi et luto armeno infuso aceto et odorēt almosusat. i. tamarindos. ⁊ ꝑ hos reliqua acetosa dat intelligere. et odorēt panem mundū calidū: et ex optima farina frumenti actu calidū. et carnes assatas. et per hoc intellige reliqua que placēt egro excitantia appetitū. scđo stringe eorū extremitates. s. adiutoria et coxas et extende aures eorū et capillos eoꝝ ad euigilāduz virtutē cerebri et oris stomachi sopitā. tertio conforta eoꝝ cerebrū cum embrocis infrigidantibus et humectātibus. et causam reddens quare debet cerebrū cōfortari cū frigidis et humidis. ⁊ debeat eius virtus sopita excitari cū dictis diuersiōibus dolorosis dicit: quia pl'm bolismus accidit ꝓpter nocumentū oris stomachi ꝓpter causam cōicatā neruo q̇ defert sensum ori stomachi: et ortū habet a tertio pari neruoꝝ cerebri. ⁊ corpus. s. nerui illi⁹ aut oris stomachi est durū et indurat̃. s. per caliditatē febrilē adurentē et preter modū exiccantem. vnde sensus nō vltimatur cū eo. s. ore stomachi. s. in bonitate. Curat itaq; bolismum a caliditate febrili contingentē preter modū exiccantē membra dicta. ¶ Nota tamē in ethico non necessario causari bolismū cū fiat in eo tanta durities neruorū vt priuetur sensu. causat̃ autem vehemēs durities ꝓpter vehementē compassionē humidi cum sicco terreo dum calidum valde excessiuū applicat̃ humido. dum vero calidū paulatiē agit sicut in ethico: et magis vniuersaliter resoluendo humidū nō facit membrū ita durum: neq; ineptū ad virtutem sensitiuā. stat itaq; in ethico nō esse bolismū quātūcunq; nerui dicti et os stomachi. pl'm exiccentur et magis quā in bolismo dicto. ¶ Cura bolismi exigit duas

exigit duas intentiones. pꝛima remouet cām siue fuerit caliditas suꝑflua siue frigiditas: et quecūq̄ alia. nō eñi solū ex caliditate sed etiā ex frigiditate superflua et ex multis alijs causis contingere pōt. octaua ꝓblematuz. ꝓblemate septio. et. 13ª tertij cap. de bolismo. ¶ Scđa intentio est exiccatio virtutis sensitiue et appetitiue cuz his que dicta sunt.

¶ De nigredine lingue eoꝝ. Cap. xxviij.



Opoꝛtet vt non dimittatur suꝑ linguam nigredo: immo fricet̃ cum eo quod scis et si nō: eleuabuntur ad caput vapoꝛes maligni. et facient cadere in syꝛsen.

¶ Hic dicit opꝫ vt nō dimittatur supꝛa linguam nigredo: imo fricetur cū eo qđ scis. s. in ca. de aspitate lingue. ⁊ si nō amoueat̃ nigredo ab ea eleuabuntur ad caput vapoꝛes maligni ⁊ facient cadere in syꝛsen. ¶ Notandū hanc nigredinē esse cātam ex vapoꝛibus adustis ⁊ malignis eleuatis a pessima materia que est in stomacho aut in membꝛis spūalib⁹ ꝯm plurimū q̄ vapoꝛes herētes lingue faciunt coꝛruptionem gustus ⁊ vapoꝛantes capiti possent facere syꝛsen qꝛ frenesim saltem nō veram. Studendū est itaq̄ in ꝓhibēdo illos. pꝛimo alterando discrasiā tā mēbꝛoꝝ q̄ humoꝝ et ipsos digerendo. scđo euacuando eos. tertio sumēdo coꝛiandros pꝛeparatos ad ꝓhibendū ipsos ascēdere ad superioꝛa. Deinde remoueatur nigredo a lingua pꝛimo eā huectando cū aqua zuccarata tepida aut similibus postea ipsam abstergendo cū pꝛedictis in capitulo de aspitate lingue.

¶ De appetitu eoꝛum canino.



Et curant̃ cū vnctuosis frīs ⁊ dulcib⁹.

¶ Dicit Aui. appetitū caninū curari cuz vnctuosis frigidis et dulcibus vt puta cucurbitis conditis cū oleo violato ⁊ zuccaro. et hoc qñ pendet a caliditate sicut accidit in febꝛibus et bibat aquam. ¶ Si vero pēdeat a frigiditate dent̃ calida vnctuosa dulcia et bibat vinū dulce nulla acredine aut stipticitate participans. Et ingenium in cibando eos est vt nō pꝛesentent̃ coꝛā eis nisi ea que debent comedere. postea surgāt a mensa et circa alia occupent̃. ⁊ similiter stōm relaxantia sunt exterius stomacho applicāda calida aut frigida ꝯm exigentiā discrasie. Ego autem postq̄ a mēsa surrexerūt cōsueui sibi cōcedere aliquas passulas et similia que paulatim comedantur interim sopitur fames.

¶ De sincopi que accidit eis. Cap. xxix.

Galenus secūda affoꝛismoꝝ Non omnes q̄ exoluūtur subito moꝛiuntur sꝫ si hec tria cōditiōaliter adiunguntur frequēter: et foꝛtiter ⁊ sine manifestis occasiōibus: sunt autē manifeste occasiones vt flux⁹ vētris: emissio sanguinis: longeq̄ egritudines d̄bilitātes



Quandoq̄ accidit eis sincopis in pꝛicipio febꝛiū ꝓpter effusionē colere ad stomachos eoꝛum. Quare opꝫ vt det̃ ante ꝑoxismū aut apud paroxismū frustuz panis de silīa cum aqua granati ⁊ aqua agreste. Et scias q̄ quando aggregantur sincopis ⁊ febꝛis tūc sincopis est dignioꝛ curatione.

¶ Hoc caplm diuidit̃ in tres partes. In pꝛima curat sincopim a colera repente ad stōm ꝓueniētem In scđa ibi. (Et scias.) cōparat sincopim ad feb. ondens q̄ sit dignioꝛ curatione. In tertia parte ibi (Et si indiget.) ponit quedam cōuenientia ⁊ quedam vitanda in sincopi. ¶ In pꝛima parte dicit q̄ sincopis accidit in pꝛinº. paroxismoꝛum feb. ꝓpter effusionē colere ad stōs eoꝛum. quare det̃ eis ante pꝛincipiū paroxismi. s. per hoꝛā aut circa frustuz panis de silīa cū aqua granati. s. acris aut muzi et cū aqua agreste siue simul misceant̃: siue vnū istoꝛū tantū. ꝓhibent nāq̄ hmōi coleram ad stōz effundi ipsum cōfoꝛtando et caliditatem tēperando. Et si venerit ad stōm cū his mixta facili⁹ euometur. ¶ In scđa parte dicit: q̄ qñ cōiungūtur sincopis et febꝛis sincopis est dignioꝛ curatione cū sit accidens seuissimum nō dans inducias.

¶ Et si indiget pauco vino det̃ permixtuz cum. iij. ʒ. vini antiqui et si nō sirupi maloꝛū antiqui cuius resoluta est suꝑfluitas et flebothomia quidē multotiens addit in sincopi. et clistere leue est magis conueniens. et vomitus est iuuatiuus eis. et cōstrictio crurium et ponere manus et pedes in aqua calida. Et cū euadunt tunc de sollicitudīe est vt cibentur sauic oꝛdei infrigidato in quo sint grana granatoꝛum.

¶ In hac parte dicit q̄ si indiget qui paratus est sincopi aliquāto vino det̃ permixtū vt puta cū. ʒ. iij. vini antiqui. i. bene clarificati depurati misceatur notabilis quantitas aque vt puta. ℥. j. aut quātum videbit̃ ꝯm potentiā vini. cōsuetudinē egri. temp⁹ anni. et febꝛis intentionez. verum tp̄e nr̄o in quo bibimus potenter hec vini quantitas esset exigua. etiā possumus exhibere. ℥. j. cū tantundem aut duplo aque. ⁊ dꝫ esse hoc vinū releuans a sincopi subtile et aromaticū tendēs in dulcedinē velocius eñi ceteris a sincopi releuat suis vapoꝛib⁹ spiritibus cōsilīibus ipsos fouendo. Et si nō posset sibi dari vinum lege ꝓhibente: aut qꝛ foꝛte per ꝓpꝛietatez indiuidualē sibi inimicatur: sirupi maloꝛum antiqui. i. bene depurati a q̄bus aquositas sit resoluta et fex descenderit sic erit minus aptus ebulitioni. ⁊ per mala intellige granata aut mala pontica de q̄bus supꝛa: ⁊ sirupus de acetositate citri est pꝛestās ⁊ similes. ⁊ sit dos. ℥. j. vel circa cū. ij. ℥. aque. aut aq̄ acetose que est pꝛestantioꝛ nisi foꝛte ei⁹ odoꝛ egro displiceat. ¶ 2º dicit: q̄ flōmia vitāda est qꝛ addit in sincopi. ¶ Tertio dicit q̄ clistere leue est magis cōueniens nō quidez in actu sincopis sed ante sincopim et añ paroxismū ad ꝓhibendū colerā repturā ad stōm. Et vomitus est iuuatiuus eis cū sentit p̄sentialr̄ colerā in stomacho et adest nausea ante sincopim et in sincopi et post sincopim. Uidi eñi multos sincopizātes cū vomitu colere statim liberari. Et cōstrictio cruriū et ponere manus ⁊ pedes in qua calida conuenit ante paroxismū et in paroxismo ad diuertendū. Et cū euadūt a sincopi cibent̃ sauicb oꝛdei d̄ qua supꝛa. per sauicb oꝛdei hic intellige ptisanā et sit infrigidatum ꝓpꝛie cum granis granatoꝛū. s. muzis aut acribus. tum ꝓpter feb. tū ꝓpter sincopim. Si tñ posset expectari declinatio paroxismi feb. anteq̄ cibetur: esset pꝛestantius. ¶ Cura sincopis exigit duplex regimē. vnū tp̄e sincopis actualis ⁊ dispositionis ꝓpinque sincopi. ⁊ est vt eger releuetur a sincopi excitando ipsum cū vocibus altis ⁊ aspgēdo faciē cum aqua et ꝓpꝛie ros. ⁊ bonis odoꝛib⁹. Et si sincopis fuerit ꝓpter raptū materie ad stōm cōueniunt fricationes ventose diuertētes ligature extremoꝛū et lotiones. ipso tñ semꝑ iacente supino. Sed nō cōuenit flebotbomia. tum qꝛ debilitat. tum qꝛ facit fluere colerā ad stōm. neq̄ debent exhiberi solutiua per os cū debilitent et attrahāt materias ad stōm. sed hñ cōuenit suppositoꝛium

et forte clistere lenitiuū cū pauco melle nisi sit ex
his qui sincopizant ex clisteri. Si vero fuerit sinco
pis ꝓpter prefocationem spūs in corde ⁊ ꝓprie a
multitudine etiā preter diuersiōes suprascriptas
cōuenit flōmia ex basilica dextri lateris si fuerit re
pletio sanguinea. aut ex basilica sinistri lateris si
fuerit repletio vaporosa. Si vero sincopis fuerit
ꝓpter paucitatē spūs nec diuersiōes nec flōmie
nec alie euāationes cōueniunt: sed solū excitatio
a sincopi cū vocibus aspsione faciei bonis odori
bus. et vini exhibitione aut aque carnis. ⁊ dz iace/
re supinus ⁊ ſm plm oēs patientes sincopim pre
cipiunt vigilare ⁊ dimittere locutionē. iiª. tertij.
Aliud regimē est obseruandū in dispōne ante sin/
copim. vt puta in his qui sincopizant in prinº fe/
briū sicut sincopalis minute aut humorose aut ꝓ
pter alias cās. ⁊ exigit duas intētiōes. Prima est
remotio cause sincopis tam ꝓpinque ꝙ remote. ⁊
ꝓ hac intentione perficienda si in cā fuerint hūo/
res cōuenit ipsorū euāatio tāz flōmia ꝙ farmacia
ſm exigentiā cause. sint tn̄ solutiua bene correcta
nec cordi inimica. Scḋa intentio est cordis con/
fortatio cū ꝓprijs discrasie contrarijs. huiusmo/
di exquisitum regimē vide in cōmento quod feci
super nono Almansoris.

¶ De constrictione anhelitꝰ eorum. Cap. xxx.

Constrictio anhelitus accidit eis
aut ꝓpter spasmū et siccitatē que
accidit eis in lacertis anhelitꝰ. aut
ꝓpter materiam prefocatiuā de-
scendentem ad guttur eorū aut ꝓpter debi
litatē que dominatur neruis venientibus
ad membra anhelitus.

¶ Habet hoc caplm duas partes. In prima pte
ponit tres causas cōstrictionis anhelitus. In 2ª
curam. scḋa ibi. (Et prima quidē). ¶ In prima ꝑ/
te dicit: ꝙ constrictio anhelitus accidit febrienti/
bus ꝓpter spasmū ⁊ siccitatē in lacertis anhelitꝰ
i. spasmū eorū de inanitione ꝑ quē intellige oēm
cōtractionē a siccitate depēdentē aut impotentiā
debite mouendi pectus ab eadē cā. ¶ Scḋa cā cō/
strictionis eius est ꝓpter materiā prefocatiuam
descendentē ad guttura eorū ⁊ ꝓprie ad epiglotū
et cānam pulmonis facientē vnā de spēbus squi/
nantie prefocatiue. ¶ Tertia est ꝓpter debilitatē
que dn̄atur neruis venientibꝰ ad membra anheli
tus siue sint nerui reuersiui venientes ad cōplexio
nez musculorū epiglotis siue sint nerui venientes
ad diafragma. ⁊ hi descendunt a tertio et sexto pa
ri neruorū cerebri siue veniant ad cōpositionem
neruorum muoentiū pectus qui descendūt a. 9°. ⁊
10° pari neruorū nuche: quorū primū oritur inter
octauā ⁊ nonā spondilē. 2ᵐ inter nonā ⁊ decimā.

¶ Et prima quidē curatur cū vnguentis vel
emplastris humectantibus. Et scḋa cū eis
que ꝓhibent strangulationē. et tertia cum
equatione cōplexionis in cerebro et inun-
ctione colli cū eis que infrigidāt et hūectāt.
et super stōm iterum ex eis que sunt sicut ra
sura cucurbite et portulaca et sandali cum
oleo rosato et similibus eis.

¶ Hic ponit curā et hz tres partes. In prima cu/
rat primam cū vnguentis et emplastris humectā
tibus. in scḋa curat scḋam cū ꝓhibentibꝰ strangu
lationem. in tertia curat tertiam cū equātibus cō
plexionem cerebri. ⁊ scḋo vngendo collū cū infri/
gidantibus ⁊ humectantibꝰ. ⁊ tertio ponendo su/
per stōm rasurā cucurbite portulacas ⁊ sandalos
cū oleo rosa. et similibꝰ. ¶ Cura cōstrictionis an/
helitus ꝓpter primā cām exigit duas intētiones.
Prima remouet cām. s. febrem cū his que dicētur
in caplis sequentibus. pro qua curanda magis in
tendendū est febri inquantum febris cū frigido ⁊
humido ꝙ cause eius. ¶ Scḋa intentio est infrigi
datio colli et partiū pectoris cū his. ℞. olei ami/
gdalarum dulciū. ℥. j. ß. pinguedinis galline recen
tis lote quater cū aqua frigida et vltimo cū aqua
violata. ʒ. vj. olei violati. ℥. ß. cere albe quantū suf/
ficit fiat vnctio mollis. ¶ Scḋa constrictio anhe/
litus curatur cura squinantie que exigit duas inten
tiones vnam que debet cause antī cōplendā euā
tione diuersione et fluxus interceptiōe. ⁊ inter ce/
tera ad dilatandū viam anhelitus multū confert
ventosa posita in collo. Scḋm regimē exigit tres
intentiones. s. repercussionem cōuenientē in prin
cipio. scḋo repercussionē mixtā resolutioni cōue/
nientem in augmento vsq ad mediū status. tertio
deinceps resolutionē. Si vero apa tendat in ma/
turationē adiuuetur cū interius ⁊ exterius appli/
citis. ⁊ postea ꝓcuretur eius eruptio ⁊ vlceris mū
dificatio et tandē cōsolidatio. Pro his recurre ad
ea que scripsit. ix. Almansoris. Sed tertia constri/
ctio pendens a caliditate et siccitate neruorū de
quibus supra preter intentionem que debetur fe/
bri cōpletur cū frigidis applicitis capiti ⁊ collo
et spondilibus superioribus dorsi. necnō cum ap
plicitis stomacho ⁊ maxime parti superiori ⁊ ver
sus dyafragma. et per hoc dyafragma ⁊ membra
anhelitus humectentur et infrigidentur. ¶ Et me
dicina Auic. sic est describēda. ℞. succi. rasure cor
ticis exterioris cucurbite recentis. succi portulace
an̄. ʒ. iij. olei rosa. ℥. j. bulliāt simul ad consumptio
nem succorū. deinde adde sandalorum ʒ. ij. et fiat
vnctio. ¶ Vel. ℞. rasure cucurbite recentis aut an
tique. ʒ. ij. succi portulace olei rosa. an̄. ℥. j. sandal.
ʒ. ij. misce oīa sil et applica in modū epithimatis.

¶ De vehementia tristitie eorum. Cap. xxxi.

Quādoq multiplicatur tristicia cā
oris stomachi ex aduentu humo-
ris mordicatiui in eo: tunc infri-
gida stomachos eorū cuz eis que
scis de cibis. et inungantur et dormiāt in
loco ꝓximo motibus aque strato extremi-
tatibus et fructetis frigidis ⁊ odoriferis
frigidis ⁊ nenufare et rosis. et aspersionibꝰ
frigidis factis ex fructibus odoriferis fri-
gidis et sandalis. et multotiens quidem cō
ferunt in eorum tristitia clisteria frigida fa
cta ex aqua cucurbite et citrulli ⁊ succo por
tulace et semperuiue cū oleo rosato.

¶ In hoc caplo Aui. ponit regimen tristitie ⁊ an/
gustie febrientinm cōtingentis causa hūoris mor
dicatiui venientis ad os stomachi qui ſm pluri/
mum est colericus dicens ꝙ stomachus eorum est
infrigidandus cum frigidis siccis. et dz in eis esse
aliquid stipticum sicut vinum granatorum et ci
toniorum et succus arancij. secundo vnguantur sto
machi eorum cum frigidis aliqualiter stipticitate
participantibus. tertio dormiant in loco frigido
propinquo motibus aque aut aliter frigido stra/
torum. i. in quo sunt strata. i. lecti ex extremitatibꝰ
fructetis frigidis sicut ex folijs salicis ⁊ similibꝰ.
et in illo

Halyabbas li. v. theo. cap. vltimo. Tristitia naturalis ē caloris ingressus ad coporis interiora paulatim: intantum qꝫ: ꝙ corpori febrem vniꝰ diei afferat: cuius si diuturnius tēpꝰ fiat corpus fortiter calefacit: oīaq calefiūt mēbra: solidaturq calor naturalis in pncipalibus membris: fitq abinde ethica febris.

et in illo loco sint odorifera frigida sicut nenufar rose.⁊ aspergantur per locum illū fructus odori/feri frigidi ⁊ sandali.quarto cōferūt eis clisteria frigida facta ex succi cucurbite.℥.vj.succi citrulo/rū succi portulace aā.℥.ij. succi sempuiue.℥.j.olii ros.℥.iiij.et supponatur tepidum. ¶Cura huius tres exigit intentiones. Prima est euacuatio hūoris illius vomitu aut secessu.Scd̄a est stomachi con/fortatio et infrigidatio. Tertia est somni prouo/catio et regimen aliarū sex rerum declinans ad frigidum.

¶Difficultas deglutiēdi q̄ accidit eis. Ca.xxxij.

Difficultas deglutiēdi cum accidit eis et febris fuerit cōclusa tunc fle bothomia paulatim fiat et equa/tio fiat ad attrahendum.et suppo sitoriū est melius ꝙ p'lm solutiuū desuper.

¶Dicit ꝙ si difficultas deglutiēdi accidit que for te est spēs squinantie ledens meri et febris fuerit conclusa que pendet a sanguine:tūc fiat flebotho mia :quam melius est reiterare ꝙ vnica vice mul/tum de sanguine extrahere.⁊ fiat de cephalica in brachio aut de vena que est iter pollicē et indicē postea sequenti die flebothoment᷑ vene que sunt sub lingua.et suppositoria ⁊ clisteria magis con/ferunt ꝙ solutiua sumpta per os:cum difficile sit illa sumere. et forte sumpta ꝓuocarent vomitum quod esset valde malum. ¶Cura huius perficien da est cura squinantie que ex capitulo tertio pre/cedenti potest esse manifesta.

¶Frigus extremitatū qd̄ accidit eis. Cap.xxxiij.

Multotiens ꝓfundatur calor eo/rum et infrigidantur extrema et tendit calor submersus ad ca/put.ponātur ergo extremitates in aqua calida et nō bibant aquā frigidā.

¶Dicit multotiens ꝓfundari calorē febrilem et extrema eorū infrigidari et calorē submersum ten dere ad caput.Pro cuius cura ponantur extremi/tates in aqua calida et nō bibāt aquam frigidā. ¶Notandū multis ex causis calorē ꝓfundari et extrema infrigidari. ¶Primo ꝓpter paucitatem spūs vnde retinentur interius natura existēte ma gis sollicita de mēbris intrinsecis ꝙ extrinsecis. ¶Scd̄o ꝓpter magnū nocumentū in aliquo vel pluribus mēbris intrīsecis.sicut si in eo esset apā vel vlcus aut esset in eo materia multū ledēs sua multitudine aut malitia absq̄ vlcere aut apāte:⁊ hec duo sunt valde mala. ¶Tertio pōt esse ꝓpter materiā frigidā exn̄tē in extremis sicut in liparia. ¶Quarto aliquando ꝓpter cibū calore reuocato interius ad fortificandū digestionē:⁊ nō est bonū p viā signi.Item ꝓpter timorē et similia acciden tia trahentia calorē interius:etiā ꝓpter continen tis frigiditatem. ¶Sexto ꝓpter opilatiōes in ex/tremis.vnde spūs et sanguis nō libere possunt ve nire ad extrema. ¶Septimo q: color spūs et san/guis tendūt interius ad locum materie vt eam ex pellant sicut accidit in principijs paroxismorum. ¶He cause colligi possunt sparsim in multis.s.p/ma quarti.tractatu scd̄o.capl'o primo.et eodē tra ctatu ca.de horripilatione.⁊ in capl'o de liparia. et quarto afforismorū.affo.48.⁊.7°.afforismorū cōmento primo.et cōmento.27.et.5°.de acciden ti et morbo.Intelligamus tn̄ in ꝓposito hāc īfri gidationem fieri per retractionem humorū et va porum ⁊ modorū submersionis ⁊ suffocationis ca lorum a quacunq̄ cā fiat.quo stante tendit calor submersus ad caput.q: vapores leues tendūt sur sum ad caput in hoīe recte stature ⁊ nō fit in alijs aīalibus sexto ꝓblematum.ꝓblemate. 55.in quo casu cōueniunt extremorū calefactiones multis ingenijs.s.cū pannis calidis:⁊ fricatione ponen do lateres calidos vino aspersos ad extrema.aut appproximando extrema ad ignem et inungant extrema cū oleo anetino et similibus calidis.aut impleatur vesica aut aliud vas decoctione aneti anisorū et camomille.⁊ applicetur ad extrema seu loca que frigent et nō bibat aquam frigidam sed aquam zuccaratam calefactam.et discurre per ce tera auxilia dicta in capitulo de regimine rigoris ibidem enim sunt posite intentiones huic capitu lo deseruientes et plurima auxilia illas intentio nes perficientia.

¶Sermo de febribus colericis. Cap.xxxiiij.

Febres colerice tres sunt.tertiana ꝯtinua et t̄tiana ꝑiodica⁊ causon.

¶In hac parte Auic.determinat de fe/bribus humoralibus in spāli ⁊ diuidi/tur in quatuor partes.in prima determinat de fe bribꝰ colericis.in scd̄a de sanguineis.in tertia de flegmaticis.in quarta de melācolicis.partes pa tebūt per rubricas capitulorū.Prima pars diui/ditur in duas partes.in pria magis general'r de/terminat de febribꝰ colericis.in scd̄a magis spe/cialiter.scd̄a ibi in sequenti capitulo.(Paroxismꝰ tertiane.)Primū capitulū tres continet partes principales.primo enūerat feb.cole.secūdo illas declarat.tertio ponit generalia signa feb.coleri/carum.scd̄a ibi.(Tertiana quidē.)tertia ibi.(Ee vehementia quidem sitis.) ¶In prima parte di/cit feb.colericas esse tres.s.tertianam continuam tertianā periodicam.interpolatam:⁊ causonem. ¶Ex quo infert᷑ oēm feb. colericā esse tertianā cō tinuam aut tertianam interpolatiā aut causonē Enumerari tn̄ possunt feb.colerice per diuisionē bimēbrem sicut enumerat eas Gale.scd̄o de diffe rentijs feb.capl'o prio ⁊ scd̄o d̄ crisi satis ad prin cipium.oīs feb.cole.aut est interpolata aut cōti/nua.et cōtinua aut est continua proportionabilis de tertio in tertium aut causon.

Contra.aliqua feb.est colerica que nō est aliqua ex istis tribus enumeratis a Gal.aut ab Auicē.ibi igitur diuisio insufficiens.ꝯn̄a tē.et assumptum est ma/nifestum de colerica paroxismāte oī die cuius pa roxismi sunt eq̄les quo ad intētionē durationē et accn̄tia:et oēs pēdēt a minera vna ita vt nō possit dici ꝙ sit duplex tertiana aut due tertiane. ¶Pre/terea quidem ꝓhibet colerā ꝓpter grossitiē aut paucitatem eius paroxismare de quarto in quar tum:sicut paroxismat aliqn̄ melancolia de quin/to in quintū .et sexto in sextū.et de septimo in se/ptimum.vt inferiuis apparebit in capl'o de sexta na et septana:sicut etiam flegma propter paucita tem et grossitiem potest paroxismare de tertio in tertium. ¶Dicendum istas rationes concludere. sed sermo Gale.et Aui.est de febribus cōmuniter contigentibus sic paroxismātibus merito sue for me substantialis et proprietatis specifice resisti tiue sicut dictum fuit in questione de periodicatio ne.nam etiam causon licet videatur continua con clusa:habet tamen excrescentiam quandam oc/cultam de tertio in tertium.sed interdū cause ma nifeste causas occultas superant et variatur pe/riodus s̄m plurimum consuetus.

¶Et tertiana quidẽ periodica aut est pura et fit a colera pura.

¶Nunc Auic. declarat mẽbra diuisionis predicte et diuiditur in partes duas. in prima gñaliter notificat feb. cole. periodicã. scd̃o causonem et cõtinuaz. scd̃a ibi. (Causon vero est de genere.) Pria in duas. nam primo ponit vnã diuisionẽ feb. colerice periodice ⁊ declarat vnũ membrũ. scd̃o aliud. scd̃a ibi. (Aut nõ pura.) ¶In prima parte dicit ꝙ tertiana ꝑiodica aut est pura: ⁊ sic fit a colera pura. et per colerã purã intellige cui nõ est admixtus alter humor cõmixtione vnita per quã vtriusq̄ cõponentis amittatur forma substantialis ⁊ acquiratur materie vtriusq̄ forma vna cõis. exempli grã. sicut colera naturalis aut forte genita a sanguine per adustionem aut putrefactionem cum subtile eius vertitur in coleram.

¶Aut non pura et fit cũ putredine colere grosse substantie ꝑpter cõmixtionẽ colere cũ flegmate cõmixtione aliqua cõplexionali vnita. ⁊ per hoc diuersificat̃ ab emitriteo cũ emitriteũ faciant due materie separate. et hanc faciat materia vna que in seipsa est permixta: cũ cuius calore permiscetur aliquantũ frigoris qd̃ grauat suã putredinez et suã resolutionẽ ⁊ suam digestionẽ: ⁊ propter illud quidẽ in emitriteo fiunt duo paroxismi. et tertiane nõ pure paroxism⁹ vn⁹. Et hec quidem nõ pura quãdoq̄ ꝑlongat̃ tempore longo et circiter medietatem anni. et quandoq̄ perducit ad molliciẽ ⁊ magnitudinem splenis.

¶Et est que pendet a putredine colere nõ pure et hec colera nõ pura est colera grosse substãtie propter cõmixtionem colere. s. pure cũ flegmate commixtione cõplexionali vnita. i. per quã cõmixtionem inducitur forma vna in materiam vtriusq̄. s. colere ⁊ flegmatis. ⁊ hec est vera mixtio per quam fit miscibiliũ vnio per formam substantialẽ vnitã nam gñatio vnius est corruptio alterius aut pluriuz sicut chili in stomacho ex multis cibis. Aliter dicunt quidam ꝙ hic fit cõmixtio vnita per vnam formã. qꝛ humor magis dñans assimilat sibi aliũ sicut vnũ elementuz assimilat sibi aliud. Sed difficile esset saluare quõ flegma assimilat sibi coleram. cũ coctũ per digestionẽ aliquaz nõ possit incrudari saltem in eodem loco cõi in quo facta est digestio prima. s. in epate et venis ad differantiã sanguinis qui in mãmillis per verã digestionem infrigidatur. ¶Scd̃o dicit: ꝙ hec tertiana nõ pura diuersificatur a pura vel ab emitriteo cũ emitriteum faciant due materie sic habentes. s. duas formas substantiales distinctas. ⁊ hanc tertianã nõ puram facit materia vna. s. per vnitatem forme q̃ in seipsa est permixta. s. mixtione vnita: cum calore cuius colere miscetur aliquantulũ frigoris qd̃ generat. i. ꝑlongat suam putredinem et suam resolutionem ⁊ suam digestionẽ. nã tardius putrefit postq̄ incipit putrere ⁊ tardius resoluit̃ et tardius digerit̃ q̄ colera pura. sed h̃ vltimuz est verũ s̄m plurimũ vt videbitur infra. Nã et si hec miscibilia nõ remanerent formaliter in mixto ex ipsis genito: remanent tñ ipsorũ virtutes refracte redacte ad mediuz. s. caliditas siccitas et subtilitas colere. ⁊ frigiditas hũiditas et grossities flegmatis. ¶Tertio dicit: ꝙ ꝑpter illud emitriteus hz duos paroxismos. vnũ de tertio in tertium. alium quottidianũ: ⁊ tertiana nõ pura hz vnũ paroxismum de tertio in tertiũ. ¶Quarto dicit: ꝙ tertiana nõ pura quandoq̄ ꝑlongatur tp̃e longo circa medium annũ. et qñq̄ perducit ad molliciẽ. i. ad ydropisim. vel molliciez. i. ad paralisim epate aut neruis debilitatis ex longitudine feb. ⁊ magnitudine splenis debilitato splene ⁊ multiplicatis humoribus melancolicis per adustionem aut putrefactionem. ¶Notandũ circũ primũ dictum ꝙ licz s̄m plurimũ colera nõ pura fit ex cõmixtione colere cũ flegmate: aliquãdo tñ fit ex cõmixtione colere cũ melancolia: que etiã ad vnam formã reducuntur. ⁊ hec vocat̃ colera minoris fame eo ꝙ raro reperitur. ⁊ prime vocatur colera nota et famosa eo quod frequenter reperitur. reperitur autem prima raro et scd̃a frequenter. qꝛ minus de melancolia in corpore reperit̃ et plus de flegmate. Secundo qꝛ difficile est duos humores siccos permiscere. flegma vero humidũ ⁊ bene passibile per coleram optime põt permisceri cũ ea: quam sñiam collige a ph̃o in fine primi de gñatione. et hec quidem colera est duplex. vna quidẽ vitellina que assimilatur in colore vitellis ouoruz. ⁊ fit ex permixtiõe flegmatis grossi cũ colã. alia aũt est citrina ⁊ est ex ꝑmixtione fl̃atis subtilis cũ colã ⁊ h̃ est calidior vitellina et etiam subtilior. Erunt aũt alie colere preter has que per adustionẽ transeunt versus melancoliam. Item prassina zinaria de quib⁹ prima ꝑmi. ab A. ¶Notandũ scd̃o circa tertiũ dictum ꝙ ex illo aperte apprehenditur formas substantiales humoruz et ꝯñr ꝑprietates specificas insequẽtes formas et cõplexiões eorũ esse causas periodicationis qꝛ emitriteus pendẽs a duobus humoribus qui nõ sunt redacti ad vnã formam. s. a flegmate ⁊ colera facit periodos s̄m illorũ humorum exigentiã. tertiana vero nota pendẽs ab humore genito ex flegmate et colera que sunt redacte ad vnam formã per vnã cõplexionez et ꝯñr habens vnã ꝑprietatẽ specificã facit vnã febrem et hz solum vnũ modũ periodicationis qui est period⁹ colere: eo ꝙ in illa mixtiõe colã vicit saltem ꝟtute. Et si in mixtiõe fl̃atis et colere vinceret fl̃a fieret period⁹ flegmatis sicut in fl̃ate salso.

Cõtra si equaliter miscerẽtur quo ad virtutes. aut nullus ex putredine illi⁹ humoris fieret ꝑoxismus aut duo. ¶Ad hoc d̃r. ꝙ est impossibile sequi quẽlibet sicut est impossibile illos humores equipotẽter concurrere ad mixtionem: ita vt per actionem et passionẽ qualitatũ eorũ equipotenter concurrẽtium gñetur nouus humor qui sit flegma aut colera. multo minus sanguis aut melancolia. ⁊ per equipotentiã nõ solum intelligo equipotentiam qualitatũ ipsorũ humorũ sed equipotentiã oium agentiũ et resistentiũ ex parte vtriusq̄ sicut sunt dispositiones membrorum: influxus celestes et reliqua. hec autem verificare physici est.

Contra quartũ dictũ instat̃ ꝙ tertiana pura non debeat ꝑlongari vsq̄ ad medietatẽ anni cũ terminus flegmatice sit. 64. dies que tñ est ꝓlixior cũ materia sit grossior viscosior ⁊ s̄m plz maioris quãtitatis que faciunt ad ꝑlongationẽ. ¶Preterea videt̃ ꝙ aliqua tertiana nota minus debeat ꝑlongari q̄ tertiana pura oĩ paritate supposita ex parte quãtitatis et reliquorũ. qꝛ cura tertiane pure fit ꝑ ingrossationẽ colẽ pure a q̃ pẽdet. vt est manifestũ

de intẽtione

de intentione oīum p̄terꝙ̄ de intentione Rasis. cuius opinionē reprobauit Auicē. in ca. de curationibus vl'ibus febriū putridarū. ¶ Ponamus ergo ꝙ a col'a pura cū erit digesta sit in duplo grossior aut in qua ꝓportione volueris ꝙ̄ qn̄ erat non digesta. et possibile est reperiri colerā nō purā in eadē ꝓportione que est a colera pura. ergo erit digesta vel magis ꝓpinqua digestioni ꝙ̄ a colera ante digestionē et sic facilius eūabitur ꝙ̄ a colera pura nō digesta. ¶ Et confirmat̄. accipio. c. colerā nō puram nō digestā grossiorem ꝙ̄. b. colera pura digesta in ea ꝓportione in qua ipsa. b. colelera pura digesta: et subtilietur per digestionē sicut deberet fieri donec sit similis in substantia. b. colere pure digeste. ⁊ manifestuȝ est ꝙ tunc. a. b. c. erant sil'es in mō substantie. ergo merito huius eq̄ facil'r eūabiles sed. a. ⁊. b facilius eūantur ꝙ̄ colera pura nō digesta. ergo etiā. c. facilius eūabitur ꝙ̄ colera pura nō digesta. tȝ ꝯña. qꝛ quecūqꝫ se habent in eadē ꝓportione ad tertiū se habēt inter se. primo Euclidis. ¶ Ex quo infert̄ aliquā coleram nō purā minus grossam ꝙ̄ se facilius esse eūabilem ꝙ̄. a. colera pura nō digesta ceteris paribus. ¶ Ad primū r̄ndetur ꝙ terminus cōis flegmatice interpolate est. 64. dies sed terminus cōis tertiane est valde minor. pl'm eñi terminat̄ in. 40. die q̄ est terminus vltimus tropicarū. cuȝ quo tñ stat ꝙ aliqua tertiana ꝓlongat̄ vsqꝫ ad mediū annum sicut aliqua flegmatica terminatur supra annum. ¶ Ad scd̄m nō est facile respondere volenti tenere oppositū eius quare ratio concludit. ⁊ qui aliter sentiūt r̄ndeant. neqꝫ qd̄ ratio cōcludit est ꝯtra experientiā. vidi eñi plures tertianas notas terminari inter quintū diē cū vomitu et secessu magne quantitatis colere citrine et vitelline. verū est contra dicta auctorū. sed sufficit ꝙ vniuersales medicorum verificantur vt in pluribus.

¶ Causon ṽo est de genere ꝯtinue. qm̄ differentia inter ei⁹ vehemētiā ⁊ ei⁹ teporē est insensata et accidētia eius sunt vehemētia.

¶ In parte ista facit qd̄ dictū est. ⁊ p̄io notificat causonem. scd̄o tertianam interpolatā et cōtinuā scd̄a ibi. (Tertiana vero.) P̄ria in duas. nā p̄mo notificat causonē quo ad ꝓprietates et accidentia eius. scd̄o causam reddit. scd̄a ibi. (Et causa.) ¶ In prima parte dicit ꝙ causon est de gn̄e feb. cōtinuarum qm̄ differentia inter eius vehementiaȝ et ipsius teporē ē insensata. i. vix perceptibilis. et accn̄tia eius vehementia maxime que sequunt̄ impressionē caliditatis sicut dolor capitis sitis instantia vigiliarū lingue ariditas nigredo ⁊ sil'ia.

¶ Et causa est acuitas materiei et multitudo cum eius casus sit circa cor et in venis oris stomachi aut in partibus epatis proprie. et ad summum in membris nobilibus vicinis cordi.

¶ In p̄nti pte reddit Aui. cām suarū ꝓprietatū et accidentiū dicens: ꝙ cā est acuitas materie ⁊ multitudo eius. ⁊ tu supple cordi ꝓpinquitas: cū. s. locus eius. s. materia circa cor. i. in venis ⁊ arterijs circūdantibus cor siue sint in cordis superficie: siue cordi intrinsece et etiā cōtinetur in ventriculo dextro. et venis supple et arterijs stomachi que tñ nō sunt valde magne. aut in partibus epatis maxime vena chilis que est in gibbo epatis ꝓprie. qꝛ ibi est frequenter rōne multitudinis colere ⁊ acuitatis materie. tum ꝓpter caliditatē cordis cui vicinat̄. tū ꝓpter caliditatē ep'is. Et ad summū materia cōtinetur in mēbris nobilibus vicinis cordi sicut est pulmo gibbus epatis et os stomachi aut in ipso corde. ¶ Et his possumus elicere descriptionē causonis. Est eñi febris continua accensa valde cuius tepor inter eius excrescentias est occultus pendens a flegmate salso aut colera ebuliente cum putredine aut sine in venis cordis aut dextro eius ventriculo vel in venis membrorū cordi vicinorū sicut pulmonis et oris stō ⁊ gibbi epatis. ⁊ sub venis etiā cōprehendendo arterias. Et ex his apparet ratio quid nominis eius cum causon grece idem sonet quod incendium latine. Causonis descriptio.

¶ In tertiana vero colera est ī carne ⁊ ad partes cutis. et cōtinua est sparsa in venis corporis que elongantur a corde.

¶ In ista parte notificat tertianaȝ interpolatam et cōtinuā dicens ꝙ in tertiana. s. interpolata colera est in carne et in partibus cutis et in cōtinua est ipsa in venis cordis q̄ elōgant̄ a corde. ¶ Pro quo sciendū ꝙ in interpolata colera que est cā cōiuncta est in carne. s. musculosa aut alia: aut in poris cutis. colera vero que est cā āñs est in venis ſm plurimū et maxime in paruis que ad partes exteriores terminant̄. Et paroxismus fit ſm plurimū ex vna parte colere existentis in venis paruis iaȝ dictis que expellitur extra venas ad poros carnis et cutis. et ibi putrens facit paroxismum deinde alia expellitur et facit scd̄m ꝑoxismū. tertio deinceps. Sed in cōtinua ꝓportionali cā cōiuncta faciens excrescentiā cōtinet̄ in venis ꝑuis q̄ ad partes extrinsecas terminant̄: ⁊ ibi putrens facit excrescentiā. deinde alia succedit et facit scd̄am excrescentiā ⁊ sic deinceps. sed in causone materia cōtinetur in partibus superi⁹ dictis. s. cordis ⁊ cordi ꝓpinquis. qꝛ colera putrens de tertio in tertiū extēditur ad venas magis distantes. ⁊ tunc sic apparet aliqua febris remissio lȝ occulta. parua eñi remissio in caliditate magna vix pōt cōprehendi sicut a magna quantitate parua diminutio. Nec potest dici ꝙ excrescentia que tñ est occulta sicut tepor est occultus fiat. qꝛ aliquid expellit̄ de tertio in tertiū de venis magnis distantibus ad venas cordis aut ꝓpinquis cordis: qꝛ natura est magis sollicita de mēbris nobilibus ꝙ̄ de ignobilibus. Itē. qꝛ feb. causon semper esset mortalis: qꝛ hmōi expulsio de mēbris ignobilibus versus cor est pessima ꝑ viā signi ⁊ ꝑ viā cāe. ⁊ si aliqñ fiat: est raro. ⁊ fit qñ hō est debilis ⁊ morti ꝓpinquus.

¶ Et vehementia quideȝ sitis et angustia et inquietudo et impatientia et alienatio ⁊ nausea et amaritudo oris et siccitas labiorum et scissio eorū ⁊ dolor capitis multiplicatur in febribus colericis et est. nā in pluribus eorū ad siccitatē decliuis. qm̄ materiei motus est aut ad superiora aut ad illud quod apparet de corpore et cute.

¶ In parte ista Aui. ponit signa generalia febriuȝ cole. Quorū vnū est vehementia sitis ꝓpter superfluam caliditatem cōsumentem humidū roridum oris stomachi: lȝ etiā possit fieri a membris alijs stō cōicantibus sicut est pulmo et cerebrum cū superflue calefiūt et exiccantur in febrib⁹ colericis. ¶ Scd̄m est angustia per quā intellige aut nocumentum membrorū spūaliū cum anhelitus sit anxius cū suspirijs ꝓpter sup̄fluam caliditatē ⁊ va-

pozes acutos ſpũalia ledentes.aut intellige con/
turbatione et anxietatẽ ſtõꝝ ex defluxu colere ad
ſtõm ab epate ꝛ chiſti fellis.¶ Tertiũ eſt inquietu
do.qꝛ nõ põt dozmire neq3 in vno loco quieſcere.
¶ Quartũ eſt impatientia qꝛ multũ lamẽtaꝛ ꝛ eſt
moleſtus ſibi ꝛ ceteris.tu3 ꝓpter dolozes capitis
et ſimiles.tum qꝛ nõ põt dozmire neq3 quieſcere.
¶ Quintũ eſt alienatio per quã intellige nocumẽ/
tum cuiuſq3 virtutis interiozis.ſ. imaginatiue co/
gitatiue ꝛc.¶ Sextũ erit nauſea.i.iclinatio ad vo
mitũ per quã daꝛ intelligi ſubuerſio ꝛ vomit⁹ pro
pter defluxũ colẽ ad ſtõm. ¶ Septimũ amaritudo
oꝛis vapozib⁹ colĩcis ad linguam peruenĩẽtibus.
¶ Octauu3 ſiccitas labiozũ.¶ Nonũ ſciſſio eoꝝ
ex ſuperflua caliditate et ſiccitate exiccante ꝛ cõti
nuitatẽ eozũ ſoluẽte:eo ꝙ mollia ſunt et facile paſ
ſibilia.¶ Decimũ doloꝛ capitis q̇ multiplicaꝛ in
ipſis ꝓpter ſupfluã caliditate3 ꝛ vapozes acutos
pãniculos cerebꝛi ledentes.¶ Undecimũ vẽter eo
rum plm̃ eſt ſiccus:eo ꝙ materia colerica petit ſu/
periora ſicut caput ꝛ ſtõm ſua lenitate aut moueꝛ
de centro ad circũferẽtiã cũ frequenter ſub forma
ſudoꝛis expellaꝛ aut inſenſibiliter reſoluatur.

Champerius. Signiꝛ tertia/
na ex flaua bi/
le putrida ꝛ cõ
mota et extra
vaſa delata.A
pꝛicipio ſtati3
rigoꝛ non ſe/
gnis iferꝛ. hec
feb. in nõ eſtuã
tem feruozẽ de
finit ad paro/
xiſmũ: totũ tẽ/
pus paroxiſmi
faciẽdo hoꝛis
non pluribus
duodecim. hec
demu3 ſincera
tertiana nomi
natur. Qui ve/
ro diuturniore
tempoze: ꝙ̃ qd
diximus: in pa
roxiſmo oblan
guerit:hanc ꝓ
tenſã appella
mus tertianã.

¶ De tertiana abſolute ꝛ noiaꝛ trite⁹. Ca.xxxv.

Paroxiſmus tertiane incipit in pꝛi
mis cũ hoꝛripilatione vt pũcture
acus.deide infrigidat et incipit fa
cere rigozẽ difficilẽ valde difficilio
re3 reliquis rigozib⁹ nõ frigidũ aut cũ pau
co frigoze.Et nõ ẽ frig⁹ eius niſi ꝓpter ꝓ/
fundationẽ caloꝛis ad interioꝛa ad parte3
materiei et inuenit ſicut puncturas acuu3.
Et hic quidẽ rigoꝛ cũ vehemẽtia ſua eſt ve
locis ſedationis.et tu iam ſciuiſti cãm hu/
ius rigoꝛis.et fit rigoꝛ eius in diebus pꝛi/
mis foꝛtioꝛ et vehemẽtioꝛ.et in q̄rtana ecõ
trario.Et iterũ rigoꝛ incipit cũ foꝛtitudine
deinde lenitur paulatim et minuitur veloci
ter.et in quartana econtrario.

¶ Aui.in pꝛeſenti pte ſpãlius determĩat de feb.co
lericis.ꝛ diuiditur hec ps in duas ptes.in pꝛima
determinat de periodica ꝛ cõtinua ꝓpoꝛtionali.
in ſcõa de cauſone.ſcõa ibi.(Cauſon eſt ſm̃ duos
modos.)pꝛia in duas p̃mo notificat tertianã ab/
ſolute.ſcõo ponit differentiã inter purã tertiana3
periodicã et nõ purã.ſcõa ibi.(Pura ẽ ſubtilioꝛ.)
¶ Hoc caplm̃ pꝛimũ diuidiꝛ in tres ptes.in pꝛia
ponit ſigna feb.tertiane quecunq3 fit. Scõo ꝓ ei⁹
notitia ponit quendã cañ. erroꝛis coꝛrectiuũ.ter/
tio cõplẽdo ponit quedã alia ſigna.ſcõa ibi. (Cũ
ergo cõponunꝛ due tertiane.).tertia ibi. (Et pa/
tientibus tertianã.)Pꝛima diuidiꝛ in ſex partes.
in pꝛima ponit ſigna ſumpta a qualitate ſeu mõ
rigoꝛis.ſcõo ponit ſigna ſumpta a duplici exeũte
ſ.vꝛina et ſudoꝛe.tertio ponit ſigna ſumpta a qua
litate caloꝛis.quarto ponit quedã ſigna ſumpta
ab actione leſa maxime aĩalis ꝟtutis.quinto po/
nit ſigna ſumpta a pulſu.ſexto ponit quedã ſigna
ſumpta ab ãnexis rerũ naturaliũ.ſcõa ibi.(Et ſu
doꝛ multiplicaꝛ in tertiana.)tertia ibi.(Tertiane
caliditas eſt ſaluioꝛ.)quarta ibi.)Accidẽtia q̄ ac
cidunt eis.)quinta ibi.(Pulſus eius eſt acutus.)
ſexta ibi.(Et qm̃ ſignificat eũ.etas.)In pꝛima p/
te dicit quinq3.Pꝛimũ eſt ꝙ paroxiſmus tertiane
in pꝛimis incipit cu3 hoꝛripilatione et punctura
acus:deinde infrigidat et incipit facere rigozem
difficilem valde difficiliozẽ reliquis rigoꝛibus nõ
frigidis aut cũ pauco frigoze.ſcõo cãm reddens:
quare frigus non eſt magnum dicit ꝙ non eſt fri/
gus eius ſcil3 tertiane niſi pꝛopter reuocationem
caloꝛis ad interioꝛa ad ptẽm materiei.i.vbi con/
tineꝛ materia ſicut dictũ eſt in pꝛio ca.huius ſcõi
tractatus.Et ſubdit ꝙ inuenit.i.ſentit.ſ.febꝛiens
pũcturas acuũ ꝓpter materiã ſubtilẽ colericã ve
nientẽ.ad poꝛos lacertoꝝ et cutis.eſt eñi laſſitudo
vlceroſa.Tetio dicit ꝙ hic rigoꝛ:l3 ſit vehemẽs in
tenſus:tñ eſt velocis ſedationis in cõparatiõe ad
rigoꝛes ꝓuenientes a materia frigida aut viſcoſa
et tu iam ſciuiſti.ſ.in cap.de rigoꝛe cãm rigoꝛis et
qualiter fit.Quarto dicit ꝙ i tertiana fit rigoꝛ in
diebus pꝛimis foꝛtioꝛ et vehemẽtioꝛ ꝙ̃ poſtea.ſ3
in quartana eſt ecõtra.qꝛ rigoꝛ fit remiſſioꝛ in die
bus pꝛimis ꝛ poſtea foꝛtioꝛ.Ultimo dicit ꝙ rigoꝛ
incipit cũ foꝛtitudine:deinde lenitur paulatim et
minuitur velociter:ſed in quartana eſt econtra.qꝛ
in pꝛimis icboãte ꝑoxiſmo eſt leuis:deinde in eo/
dem paroxiſmo ꝓcedit augendo ꝛ durat diu.

Pro quoꝛum declaratione pꝛimo no/
tandũ circa pꝛimũ dictũ
ꝙ paroxiſmus tertiane incipit in pꝛimis cũ hoꝛri
pilatione ꝛ nõ cũ rigoꝛe.qꝛ colera cũ in pꝛin.venit
ad mẽbꝛa ſenſibilia eſt pauca poſtea eſt in maiozi
quãtitate.ꝓpterea in initio facit hoꝛripilatione3
deinde rigozẽ.qꝛ hoꝛripilatio fit a minoꝛi cã ꝙ̃ ri/
goꝛ.vt dictũ eſt in ca.ꝓpꝛio.et ex eadẽ.ſ. cã ſunt ſi/
cut puncture acus pauce ꝛ remiſſe in initio deide
in ꝓceſſu plures et intenſioꝛes:quarũ ſenſatio d̄r
laſſitudo vlceroſa poſt hoꝛripilationẽ.ꝛ frig⁹ pa/
rum reuocato caloꝛe interi⁹ eſt rigoꝛ difficilioꝛ ce/
teris rigoꝛibus:l3 ſit breuis plurima colera ad mẽ
bꝛa ſenſibilia veniente ꝙ̃ in pꝛin.¶ Et ex hoc ap/
paret Aui.ſentire intẽſioꝛes rigoꝛes fieri ab hũo/
ribus calidis ꝙ̃ ab hũoꝛibus frigidis l3 bꝛeuioꝛes
de quo fuit dubiũ deciſum in ca.de hoꝛripilatiõe.
¶ Notandũ ſcõo circa ſcõm dictũ ꝙ frig⁹ eſt mi/
nus in tertiana ꝙ̃ i flegmatica aut melĩca.qꝛ in ea
nõ fit frigus niſi ex reuocatione caloꝛis interius.
ſed in feb.pẽdẽtibus a materia frigida fit frigus
ꝓpter reuocationẽ caloꝛis.ꝛ ꝓpter poſitiuam in/
frigidationẽ a materijs frigidis venientibus ad
mẽbꝛa ſenſitiua in pꝛin.paroxiſmoꝛũ.¶ Notandũ
ꝙ hic rigoꝛ in tertiana quãuis ſit intenſus tñ eſt
velocis ſedatiõis.qꝛ pauca eſt materia ꝛ ſubtilis
et parũ viſcoſa.pendẽs aũt a melĩa aut flegmate
eſt longe durationis ex cauſis cõtrarijs.¶ Notan
dũ circa quartũ dictũ ꝙ in pꝛimis paroxiſmis ri/
goꝛ in tertiana eſt foꝛtioꝛ.ſed in ꝑoxiſmis circa ſta
tum materia eſt remiſſioꝛ per digeſtionẽ ingroſſa
ta et infrigidata.vnde nõ venit cu3 tanto impetu
ad membꝛa ſenſibilia ꝛ eſt minus acuta. Econtra
aũt accidit in quartana et flegmatica.qꝛ materia
per digõnẽ ſubtiliaꝛ.ꝛ ſic moueꝛ cũ maioꝛi impe/
tu ad mẽbꝛa ſenſibilia.ꝛ hec eſt cã quã ponit Se/
ra.6° .ſue pꝛactice ca.de tertiana.ꝛ Cõmentatoꝛ
Alexãdrinus ſuper pꝛimo epidimiarũ.ca.ſcõo et
de hoc vt dicit Cõmentatoꝛ Alexãdrinus ydeota
triſtatur et artiſta letatur.¶ Ultimo notandũ cir/
ca vltimũ dictũ ꝙ in tertiana rigoꝛ incipit cũ foꝛti
tudĩe ſatis a p̃ncipio paroxiſmi.l3 tñ vt dictũ fuit
in p̃n.capli hoꝛripilatio pꝛecedit cũ deinde leniꝛ
paulatim et minuiꝛ.i.auferꝛ velociter eo ꝙ totu3
tẽpus rigoꝛis in tertiana.eſt pauce durationis vt
puta a me^a hoꝛa vſq3 ad vnã:ſ3 i q̄rtana ecõtra.qꝛ
rigoꝛ in initio ꝑoxiſmi icipit d̄bil poſtea paulati3
ꝓcedit augẽdo: poſtea decreſcit et tarde auferꝛ.

eius enim

eiꝰ. n. duratio cõiter ē a duabꝰ horis vsqꝫ ad tres.

¶ Et sudor multiplicatur in tertiana cuꝫ dimittit. et fit vrina in ea rubea tendens ad igneam in qua nõ est multa grossitudo aut est nõ pura ⁊ fit vrina eiꝰ cruda aut grossa.

¶ In hac parte ponit signa sumpta ab exeuntibꝰ et dicit ꝙ sudor multiplicatur in tertiana cū paroxismus recedit: cuius causa est subtilitas materie et aptitudo motus eius ad cutim. secundo dicit ꝙ vrina in eo fit rubea tendens ad igneam in qua nõ est multa grossitudo. ⁊ hec vera sunt in tertiana pura. Aut est nõ pura. s. tertiana et fit vrina eius cruda et grossa. cruda quidē et tenuis ꝓpter opilationem sed grossa: q2 aperta opilatione materia aliqua cum vrina permiscetur.

¶ Et tertiane caliditas est saluior caliditate causonidis. et q̄nto ꝓlixius manꝰ tãgit corpus nõ additur inflãmatio: immo quã doqꝫ minuitur inflãmatio eius et in causonide additur inflammatio.

¶ Ponit tertium signū sumptū a caliditate dicꝰ ꝙ caliditas tertiane est saluior caliditate causõis. i. minus mordax ⁊ acuta. ⁊ quanto ꝓlixius manus tangit corpus nõ additur inflãmatio: immo quãdoqꝫ minuitur. sed in causone est ecõtrario. tota cã huius est multitudo vaporis ꝑuenientis ad tangentē in causone ꝓpter multitudinem materie. Ecõtra paucitas vaporis peruenietis ad tangētem in tertiana ꝓpter paucitatem materie. vñ facile resoluit̄ ⁊ calor apparet minor mordacitas eius caloris sequitur intensionem et multitudinē eius et siccitatem sibi cõiunctam.

¶ Et accidentia q̄ accidūt eis in tertiana sunt vigilie sine grauitate in capite nisi in quibusdam non puris et sitis et furor ⁊ ira et odium locutionis.

¶ Ponit quartum signū dicēs ꝙ in tertiana. s. pura sunt vigilie sine grauitate in capite ꝓpter paucitatem et subtilitatem materie et vaporū nisi in quibusdã non puris: quarum materie sunt grosse multe: ideo in eis adest dolor cū grauitate multis grossis vaporibus ad caput peruenietibus et grauantibus. et per hoc forte fit in eis aliq̄s somnus et de hoc loquitur Gale. in lib. de caumate. Et sitis furor et ira quorū cause sunt note. et odiū locutionis. q2 spūs cõmotus loquendo aut audiendo acuit coleram et vapores eius. aut q2 habēt organum auditus valde mundū cõsumpta hūitate auditum obtundente: ideo sonus imprimit multum in auditum et valde tympaniꝫat sicut tãgibile in organū tactus neruo discooperto.

¶ Et est pulsus eius acutus velox per cõparationem ad reliquas febres. et non est equalis constrictionis. quoniam humor debilitat eum et addit ei diuersitatem apud statum. et diuersitas in eo est sub ea que est in alijs cum duritie et est pulsus fortior in ea: immo diuersitas non est in eo ꝫm plurimum nisi diuersitas propria cum febre et alijs. Et in principio quidem est necessarium vt coaretur pulsus vsqꝫ ad horam dilatationis febris. et tunc confortatur: ⁊ fit velox ⁊ frequēs ⁊ eius diuersitas nõ est multum superflua.

¶ Hic ponit quintum signum seu genus signoruꝫ et dicit quatuor. Primū ꝙ pulsus eius. s. ꝓpatiētis tertianã ē acutus. i. magnus velox per cõparationem ad reliquas feb. s. que nõ sunt colerice ⁊ non est equalis cõstrictionis et dilatationis. q2 dyastoles nõ equatur sistoli. q2 humor debilitat eum. s. pulsum. i. virtutem pulsatilē. ⁊ addit ei diuersitatē apud statum. i. vsqꝫ ad statū inclusiue. ¶ Scõo dicit ꝙ si diuersitas a qua fit in statu est magis ratione feb. q̄ rõne humoris. ⁊ tñ diuersitas est in eo sub ea que in reliquis fe. humorosis. s. minor ea diuersitate que est in alijs cū duritie ꝓpter caliditateꝫ exiccantē materiã. ¶ Tertio dicit ꝙ est pulsus fortior in ea q̄ in alijs humoralibus rõne sue materie subtilis nõ tñ opprimētis virtutem: immo diuersitas nõ in eo supple notabilis ꝫm plurimum nisi diuersitas ꝓpria cū febre inquantū feb. est et alijs. s. causis naturalibus et preternaturalibus q̄ diuersificant pulsum preter feb. et causas fe. Sūt enī aliqui qui naturalr̄ habēt pulsum diuersum: ⁊ in aliq̄bꝰ diuersificat̄ pulsus ꝓpter aliquas cãs distinctas a fe. et a cãis fe. de quibꝰ sepe dictū est. ¶ Quarto dicit ꝙ est necessariū vt in prin. coartetur pulsus vsqꝫ ad horã dilatationis feb. i. vsqꝫ ad augmentū cõfortatur pulsus et fit velox et freq̄ns scꝫ. magis q̄ antea et eius diuersitas nõ est superflua. s. in comparatione ad alias feb.

Dubitatur vtrum in statu paroxismi tertiane pulsus sit magis diuersus q̄ in tꝑibus precedētibus. Et videt̄ ꝙ sic. q2 A. affirmat hoc dicens ꝙ hūor debilitat eum ⁊ addit ei diuersitatem apud statum et parū infra: immo nõ est diuersitas in eo ꝫm plurimū nisi diuersitas ꝓpria cum feb. et alijs. ¶ Amplius in statu est maior debilitas. q2 maior calor. ⁊ sic pulsus ē magis diuersus. ¶ Preterea in statu est maior pugna q̄ in alijs tēporibus ergo pulsus magis diuersus. ¶ In oppositū est Gal. scõo de differentijs feb. capitulo de signis tertiane vbi dicit in illa ipsa iaꝫ signum est magne putredinis. s. diuersitas pulsus et multo magis inuadēte paroxismo. ⁊ multo magis ascendente in statū. in hoc aūt statu minus q̄ ꝫm ascensionē et augmentū. Et idem ponit Gal. lib. prio ca. de signis fe. putridaꝝ. minor itaqꝫ diuersitas pulsus ꝫm Gal. est in statu tertiane q̄ in ꝓncipio et minor in principio q̄ in augmento.

Pro solutione dubij sciendū triplicē esse diuersitatem pulsus vnam que sequitur oppressionē calidi naturalis sub materia. et hec ē in prin. Secūdã sequentē diuersitatem in dispositione materie. vñ fit diuersitas in mõ caloris. et hec est in augmento. Tertiam sequentē debilitatē per viã resolutiõis spūs et hec est maior in statu q̄ in alio tempore. q2 tunc est maior caliditas ac maior spūum resolutio.

Sed contra hec est maior in d̄clinatione. q2 tūc de spiritibꝰ plus est resolutum. ¶ Rñr ꝙ de declinatione salubri cū fit caloris remissio et ꝓprie per resolutionem vaporum putridorū fit aliqua virtutis cõfortatio. etiã declinatione existente mortali. dicit Gētilis de intentione Gal. in cõmento pulsuū ꝙ ipse casus virtutis nõ facit diuersitatem in pulsu. s. manifestam q̄ ꝓprie d̄r diuersitas nisi aliqua pugna coniungat̄. ⁊ intellexit hoc Auic. paucis verbis li. prio. fen scõa cū dixit. Causa diuersitatis pulsus cum debilitate virtutis est pugna inter egritudi- Gentilis.

nem et virtutē. in statu aūt paroxismi est maior excitatio et violentia ad pugnā. et ideo virtus deficit et pulsus tendit ad vermicularē et formicantem ſm ordinem caude soricine finientis: nō tñ est ppter hoc diversus. s. notabil'r. si aūt sit ad bonū certum est q nō sit diversus ppter cām dictam. Et ex his manifesta est concordia Gal. cū Avicen. nā de diversitate pulsus sequēte resolutionē spūs que magis est in statu loquit Avi. de reliqs duabus loquitur Gale. ¶ Nō si querat que istarū diversitatū est absolute minor. Rñr q ſm plurimū illa que est in augmento: deinde que est in prin. est minor. et adhuc minor que est in statu. et adhuc minor q̄ est in declinatione salubri. Invenies tñ oppositū qnq ſm diversitatē quarūdā cōditionū individualium. Si tñ cōparemus pulsum tertiane ad pulsum aliarū febriū paroxismantiū certū est pulsum in alijs febribus esse magis diversum. tū ppter grossitudinem et multitudinē materie magis opprimentem virtutē et feb. cū cā eius necnō ppter debilitatem maiorem per viā resolutionis et aggravationis. ¶ Et ex his pz solutio ad rōnes adductas in pn. suadentes cōtrariū huius determinatiōis. ¶ Ad primā pz solutio per expositionem textus. ¶ Ad scdam negetur illa pña. est maior debilitas in statu. ergo maior diver sitas in pulsu. nam diversitas in pulsu nō solum sequitur debilitatem: sed multo magis pugnā: que est maior in augmento q in statu. et ex his patet respōsio ad tertium.

¶ Et quandoq significant ipsam etas et consuetudo et regio et ars et forma et tēpus et multitudo eventus tertiane in illa hora.

¶ Hic ponit sextum genus signorū dicens. q qnq tertiana significatur per etatē. s. iuvētutis in qua colera multiplicat magis q in alijs etatib' et cōsuetudinem patiēdi tertianā superiori tpe. et per artē. s. multiplicantē colerā et inflāmantem: sicut ars fabrilis. et per formā. i. habitudinē macilentā cū citrinitate coloris et similibus q̄ est habitudo colericorū. et per tps anni. s. estatē et per regionem scz ad calīm declinantē et p multitudinē event' tertiane in anno illo que multitudo sequit aliquam cām cōem: sicut influxus astrorum. vt puta dominium martis aut declinationem anni illius ad superfluam caliditatem et siccitatem.

¶ Cum ergo componuntur due tertiane sunt paroxismi evenietes omni die. Qui ergo considerat tertianam per paroxismum errat in ea: immo opz vt attendantur significationes alie quas dicemus.

dum ꝙ lȝ opilatio siue in poris siue in venis ꝓhi-
bendo vaporꝝ transpirationē et calidi euētationē
posset esse cā feb.caliditatē intēdēdo:tamē si esset
fortis et extrema posset calorē absq̧ feb. in paruo
tꝑe extinguere.et hoc dicere possum⁹ de intentiōe
Gal.scđo de accidēti.de causis morbi frigidi: po-
test tamen sanguis intendi ab alijs cāis. ita vt fa-
ciat febrē absq̧ eo ꝙ opilatio sit causa incēsiōis.

¶ Et ē de sūma feb.q̄ sūt iter febres putre-
dinis ⁊ febres effi.q̄ differt a febrib⁹ effi.ꝓ-
pterea ꝙ calefactū p̄mū i ea ē hūor.et dif-
fert a febrib⁹ putredis:qm̄ nō ē ei putredo
et ē feb.acuta:nō feb.effi.neq̧ febris ethi-
ca:neq̧ feb.putredis.Et multotiēs q̄dē ꝑ-
mutat̄ ad fe.putredis:aut fe.ethicā.Et mł-
totiēs q̄dē facit eā currere ga.cursu fe.diei
¶ Nunc facit qđ dictum est.et dicit hanc febrē esse

de summa.i.de numero febriū mediantiū inter pu
tridas ⁊ effimeras differentē ab effimera: quia in
illa primū calefactū.i.imediatū qđ est causa con/
iuncta feb.hūoralis est tam humor quā vapor: sʒ
humor nō est primū calefactū nec causa coniūcta
effimere:immo spūs.differētē vero a putridis: q̇a
in ea non est putredo:sed est feb.acuta:q: est seuo/
rum accidentiū et cite terminationis et nō est effi
mera neqꝫ ethica:quia ethica est caliditas facta:
sinocha vero fiēs. Ultimo dicit ꝙ multotiēs per/
mutatur ad putridā aut ethicā.et hoc est clarū. Et
Galenus, multotiēs Gal.numerat eā īter effimeras. ¶ Pri/
mo notandū ꝙ sinocha sine putredine ē media in/
ter effimeras et putridas.per abnegationē vt de/
Auicēna, clarat Auicē.in textu.et est aliquo modo media p
participationē.nam cōicat aliquo modo cum effi
mera:quia causa coniuncta eius est vapor sangui
nis nō putridus.et similiter causa effimere est spi
ritus qui est vapor sanguinis.aut saltem genitus
ex parte subtilissima sanguinis existens sicut va/
por eius. Et propter hanc causam Gal.viij.et.ix.
terapeū.numerat eā inter effimeras sicut hic dicit
Galenus, Auiceū. Cōmunicat etiā cū putridis: q: causa ei⁹
coniūcta est humor sicut est putridarum.

Dubitatur vtrum feb. sanguinea putri/
da necessario sequat sangui/
neam non putridam. ¶ Et videtur ꝙ sic.quia san/
guis calefit antequā putreat.ergo prius accendi/
tur sanguis sine putrere anteꝙ̄ putreat. ¶ Tenen/
dum est ꝙ licet scđm plurimum ante febrē sangui
neam putridā feb.sanguinea non putrida prece/
dat aut neutralitas eius. Est tamē possibile ante
sinocham putridā non precedere nō putridā sino
cham neqꝫ eius neutralitatē. ¶ Primā partem hu
ius conclusionis probat ratio adducta in princi/
pio dubij. Scđa vero pars probatur:q: poēe est ꝙ
parua pars sanguinis incipiat putrere distanter
a corde ita vt vapor eius non posset cordi cōicari.
et postea putrēte per partē post partē magna par
te sanguinis icipiat neutralitas feb. putride nul
la febre nō putrida aut neutralitate ei⁹ p̄cedēte.
¶ Si autē queratur vtrum sinocha putrida posset
conuerti in sinocham nō putridam. ¶ Dicendum
illud non esse possibile nisi sanguis leuissime pu/
treret in quo casu reductionem recipere posset de
intētione Gal.scđa afforismoꝝ.affo.xvij.

¶ Et videtur gal.ꝙ feb.sanguinis nō cō/
ponitur cum reliquis febribus: quoniā pu
tredo in sanguine est cōmunis omni humo
ri. Et in hoc est contradictio quibusdaʒ in/
tentionibus suis in quo nō est necesse plon
gare sermonem: quoniam non iuuatur cuʒ
eo medicus.

¶ In presenti parte notificat sanguineā putridā
et primo facit hoc cōparādo hanc febrē ad alias
febres.secundo explicando causas eius.tertio po
nendo conditiones eius.secunda ibi. (Et cā q̇deʒ
huius febris.) tertia ibi. (Et hec quidem.) Dicit
ergo in p̄ma parte videri Gal.febrem sanguinis
nō componi cū alijs febribus:quia putredo san/
Galenus, guinis est:cōmunis omni humori. Dicit secundo
ꝙ inter hoc dictum et quedam alia dicta Gal.est
contradictio in qua contradictione ostendēda nō
oportet prolongare sermonē.quia per hmōi ostē/
sionem nō iuuatur medicus:imo potius impedit
sicut dicit Auiceū.in primo cap.huius prime feū.
¶ Primo notādū ꝙ hoc dictum Gal.s.ꝙ feb.san/
guinis non componitur cū alijs febribus elicitur
ex dictis eius.scđo de differētijs feb.ca.x°. Reuer/
ti igitur est tēpus dum dicebat eam que est in san
guine febrem simpliciorē his que in alijs sunt hu/
moribus proportionabiliter. ¶ Secundo notan/
dum ꝙ hic sermo putredo sanguinis est cōmunis
omni humori potestītelligi dupliciter. Primo ꝙ
sanguis per putrefactionem ad vniuscuiusqꝫ triū
humoꝝ naturā et febrē ꝑueniat in canticis.lxviij.
Et videtur Gal.ꝙ feb.generata ex sanguīe putre/
facto fit de genere colerice. Probabilius tamen ē
ꝙ cū putrefit sanguis et egreditur ab equalitate
sua:ita.s.ꝙ augeatur calor et fortificet siccitas ra
tione augmēti super ipsum genereturi inde feb.de
colera citrina. Si vero augeatur et fortificet hu/
miditas et frigiditas ratione augmenti flegma/
tis in eo generatur inde feb.flegmatica.et si.ipsi⁹
frigiditas et siccitas intendātur ratione melanco
lie aucte in eodem cōtingit inde feb. melancolica
hec Auerroys.et penes Auerroym vera sunt siue
sanguis mutet specieʒ siue remaneat in specie.se/
cundo intelligere possumus putredinē sanguinis
esse cōmunē omni humori: quia sanguis sit pur⁹
et solus in venis.et alij humores nō sunt actu:sed
potentia in venis.vt videtur velle Auerroys.secū
do colliget ad principiū. et ꝙ per putrefactioneʒ
tamen in tres humores et eorum naturam perue/
niat cum in sanguine sit cuiqꝫ humori pars ꝓpor
tionata. ¶ Aut si monachi viā teneremus esset di/
cendū sanguinē esse illam tertiam substantiā hu/
moralem sub certa et debita proportiōe quā pro/
portioneʒ per putrefactionē mutando in illā tri/
plicem substantiā humoralē manifeste. ¶ Tertio
notandū.ꝙ hec ꝯsequētia.putredo sanguinis est
cōmunis omni humori.ergo feb.sanguinea nō cō
ponitur cū alijs humoribus valet penes Galenū
iuxta primū et scđm modū.quia si sanguis per pu
tredinem acquirendo caliditatem et siccitatē ver/
titur in colerā.tunc fit ꝑiodicatio de tertio in ter/
tium proportionata colere. et tūc non periodicat
alia febris cum nō ꝯuertatur ad naturam alteri⁹
humoris facientis febrem aliam. Nam si permu/
tatur in coleram non permutatur in flegma neqꝫ
in melancoliam. cum exigant dispositiones con/
trarias.scđo penes modum Auerroys et philoso
phorū ponentiū ꝙ tantū sanguis in actu in venis
contineatur et reliqui humores sint in potentia. ⁊
penes modū monachi tenentis esse illam tertiaʒ
substantiam debita proportione seruata. Et quia
sanguis variatur in alios humores proportione
variata per putrefactionem valet hec consequen
tia.putredo sanguinis est cōmunis omni humori
ergo feb.sanguinea non cōponitur cum aliq̄ alia
febre cuius humor non prefuerit saltem in poten/
tia tam scđm philosophos quā scđm monachuʒ.
¶ Quarto notandū dictum Gal.primo de differē
tijs febriū contradicere dicto eiusdem scđo de dif
ferentijs febriū.capitulo scđo. et capitulo penul/
timo.quare nota de his. In primo nāqꝫ loco dicit
febrem sanguineam non componi cum alijs febri
bus. In scđo loco dicit eaʒ cum alijs febrib⁹ posse
cōponi. Dicit enim ad litteram. Si vero imbecil/
lis facta fuerit hec causa constituetur ei vt non so
lum superfluitates: sed ipse sanguis corrumpat
et putrefiat et sanguis accendatur. ¶ Sed Conci
liator differentia nonagesima. tollit hanc contra
dictionem.d.ꝙ in primo loco locutus est de febri
bus sanguinis putrētis intra venas. in scđo loco
de febribus sanguinis ap̄antis. ¶ Sed ne in alijs
sermonem

sermonē prolōgemus: quia hoc prohibet Auicen. tenendū est febrē sanguineā tam sine putredine q̃ cū putrediē: siue illa putredo sit ī venis siue in apostemate posse coniūgi cū alijs febrib⁹ humoralibus et cum ethica et cū effimera antecedēte eam. licet nō cum effimera subsequēte eam vt declaratuz est superius in dubio. vtrū effimera possit coniūgi cum putrida. ¶ Unde dicendū est sicut dicit Gen. ꝙ licꝫ posset coniūgi cum alijs febribus: illa tamē cōpositio non manifeste cōprehēditur: qꝛ feb. sanguinis obūbrat alias. vt dicit Isaac quito febriū. ¶ Ego tamē credo quod si textus ille scd̄o de differentijs febriū bene pōderetur non sonet qd̄ febris sanguinis nunq̃ cōponatur cum alijs febribus: sꝫ ꝙ rarius cōponatur quā alie febres inter se. dicit enim febrē sanguīs simpliciorē esse febre alioꝝ humorū. ꝛ nō dixit eā nunquā cōponi cum alijs.

¶ Et causa quidem huius febris est repletio et opilatio: et multitudo exercitij: et proprie non consueti: et dimissio euacuatiōis: deinde vsus exercitij laboriosi: et quādoqꝫ facit putredinem in eo multam: aquositas sanguinis ex comestione fructuum aquosorum: quare conuertitur ad putredinem. Et multitudo humoris crudi in ea est propinqua: quare preparat ipsum ad putredinem sicut qui generatꝛ ex cucumere et alhethed et piris ꝛ similibus.

¶ In presenti parte ponens causam eius dicit primo causam eius esse opilationē siue intrinsecā siue extrinsecā. et secūdo repletionem tam quo ad vasa q̃ quo ad virtutē: tertio multū. i. longū ꝛ vehemens idest intensum exercitium: et proprie cum corpus non fuerit consuetum. quarto dimissio euacuationis consuete: et post ipsam vsus exercitij laboriosi non consueti. Quinto in causa quādoqꝫ est aquositas sanguinis ex comestione fructuum aquosoruꝫ sicut cerasorū persicorū ꝛ similium: quorum aquositas nō separatur neqꝫ in prima neqꝫ in secūda digestione. quare conuertitur sanguis ad putredinē. sexta multitudo humoris crudi grossi flegmatici cum sanguine mixti sicut qui generatur ex cucumere alhethed: idest citrullis et piris: scꝫ habentibus humidum male digestum et his similibus sicut sorbe est causa propinqua preparans ad putredineꝫ sanguinis cui admiscetur.

¶ Et hec quidem febris est continua que non tepescit propter cōmunitatem materiei et eius adherentiam vsqꝫ ad crisim aut mortem.

¶ Ponit conditiones huius febris dicens quod febris est continua: quia nō tepescit tepore manifesto neqꝫ occulto vsqꝫ ad crisim: idest eius bonaꝫ terminationē vel ad mortem propter cōmunitatem materie. idest multitudinē eius omnibus venis cōmunem et adherētiam: idest cōtinuitatē eius in venis omnibus. Est enim sanguis in maiori quantitate et magis ꝯtinuus in venis quā alius humor et per hoc differt ab alijs febrib⁹ hūoralibus que habent teporem manifestum sicut cōtinue proportionales: aut occultum: sicut causon ad aliquam diem. Et si instetur de febre vnius paroxismi dicitꝛ quod licet non habeat teporem neqꝫ excrescentiaꝫ actu scd̄m analogiam ad aliquā diem: habet tamē vtrūqꝫ aptitudinaliter propter ꝓprietatē inexistētem cuicūqꝫ humori. cap. de febrib⁹ apostematū.

Hic sum excusatus a determinatione hui⁹ dubij. vtrum posset sanguis periodicare secundū analogiam ad aliquā diem. nam superius dixi de hoc quantum est opportunū in questiōe prolixa de periodicatione que in hoc volumine est incerta. Hic tamen memorandū est secundū plurimū hanc febrem esse continuam non habētem analogiam ad aliquam diem. Primo propter multitudinem replētem omnes venas: et etiam ipsum cor. Secūdo propter continuitatem partium sanguinis inter se. Tertio propter caliditatem et humiditatem eius que disponunt ad putredinē sicut econtra frigiditas et siccitas resistunt putrefactioni. Quarto propter proprietatem eius inter omnes proprietates humorū minime resistentem. quare cum incipit scd̄m aliquā partē inflāmari aut putrefieri facile inflammatio et putrefactio procedit in totuꝫ et facit ꝯtinuā vniformē vsqꝫ ad crisim vel ad mortem. ¶ Secūdo dicēdum ꝙ est possibile de sanguine fieri febrem habentē periodum. nam possibile est aliquā partem sanguinis solitam euacuari per fluxum emorroidarū retineri ꝛ retentam putrefieri et facere vnum paroxismuꝫ: et postea illa parte per putrefactionē consumpta alteram similiter reaggregari et facere scd̄m paroxismum. et sic deinceps. ¶ Preterea ad quemcunqꝫ locum sanguinis posset expelli naturaliter ad eundem potest expelli preternaturaliter. Cum ergo sanguis conuersus in secundas humiditates posset expelli extra venas naturaliter posset expelli ꝑternaturaliter sub forma sanguinis qui retentus in poris et putrefactus poterit facere vnum paroxismū. et postea secundo iterum expulsus faciet aliū: ꝛ de hac materia dictum est alibi quantū est oportunū.

¶ Et eius species sunt tres. quarū saluior est epigmasticus: quoniaꝫ resolutio in eo est maior quam putrefactio incipiens cum difficultate: et non cessat diminui. Deinde est omotenus. et fortasse assimilatur septē diebus: et nequior eorū est augmasticus: quoniam resolutio in eo est minor quam putrefactio. Et eius crisis est vsqꝫ ad septimū secundum plurimum.

In presenti parte primo ponit tres species sinochi minus generales. Secundo tempus durationis eius. scd̄a ibi. (Et eius crisis.) In prima parte dicit quod sinochi tres sunt species: quarum saluior est epigmasticus incipiens cum difficultate ꝛ procedit minuēdo vsqꝫ ad finem. Uidetur enim totus declinatio et huius diminutiōis causa est: quoniā resolutio vaporis putridi a corde ꝛ corpore est maior quam eiusdem in eis multiplicatio. Deinde: idest secunda species est omotem⁹ qui fortasse similatur septeꝫ diebus: scilicet in seuitate accidentiū vnde videtꝛ totus status. Cuius causa est: quia tanta est vaporis putridi resolutio quantum eiusdem in corde vel corpore multiplicatio. Et tertia species nequior: idest malignior est augmasticus qui procedit augendo: ꝛ videtꝛ totus esse augmentum: cuius causa est: quia vaporis putridi resolutio est minor quā eius multiplicatio. In alia parte dicit quod eius: scilicet sinochi crisis et terminatio scd̄ꝫ plurimū est vsqꝫ ad septimū: idest non transit septimum. ¶ Primo notanduꝫ. ꝙ licet has tres species Aui. attribuat sanguinee putride possunt tamē attribui sanguinee nō putride. vt voluit Gale. nono Galenus.

terapẽ.Possunt enim plus de vaporibus non pu/
tridis a corpore resolui quã de eisdẽ multiplicari
et econtra et equaliter.¶Secundo notandũ quod
licet augmasticus absolute:et secundũ plurimum
sit nequior quã omotenus:et omotenus quã epig
masticus:quia absolute ceteris paribus eo dete/
rius per viam signi et per viam cause plus multi/
plicari de vapore putrido in corpore et corde quã
sit illud quod resoluit̃ in secundo loco tantũ mul/
tiplicari quantum ab eo resoluitur:attamen aug/
masticus terminatus secundũ sui extremuꝫ inten/
sius ad gradũ omoteni est minus malus quã omo
tenus.⁊ similiter si terminetur secundũ idem extre
mum ad finem epigmastici est minus malus quaꝫ
epigmasticus vt patet. ¶Tertio notandum quod
licet epigmasticus non videatur habere nisi decli
nationem omotenus' solum statum augmasticus
solum augmentum.omnes tamen incipiẽtes post
principia generationis ad salutem terminãdi ha/
bent quattuor tempora penes accidentia cõdistin
cta.reliqua autẽ tempora propter breuitatẽ latẽt.

Sed dubitatur de epigmastica. naꝫ
si illõ quod de vapo/
re putrido resoluitur plus est quã illud quod de va
pore putrido multiplicat̃.sequitur quod epigma/
sticus non duraret nisi per vnum instans aut nũq̃
fieret.secundum est contra mentem autorũ: sed pri
mum est impossibile:quia si sic est epigmasticus
sensibiliter ledit.et cum sensibilis lesio nec subito
acquiratur nec subito deperdatur. sequitur quod
per tempus ante hoc fuit et per tempus post hoc
erit.¶Sed probatur quod non duret nisi per in/
stans.naꝫ quãdo prio est:est maior resolutio vapo
ris putridi a corpore et corde quã eius multipli/
catio a materia putrente.ergo quãdo prio est desi
nit esse et sic nõ durat nisi per instans.¶Dicenduꝫ
quod ad hoc ꝙ sit principium epigmastici est ne/
cessarium vt sit maior in corde et toto corpore va/
poris multiplicatio quã resolutio. ad hoc multo
maior vt sit status ergo necessariũ est vt procedat
augendo vsq; ad statum inclusiue:sed hec tempo/
ra nõ manifesta sunt propter breuitatem.sola aũt
declinatio cõprehenditur in qua fit maior resolu/
tio vaporis putridi quã eius mltiplicatio sicut in
declinationibus reliquarũ febriũ materialiũ: nec
est necessarium quod declinatio subito tollatur:
quia quãuis fiat maior resolutio vaporis quã eius
multiplicatio.tamen tm̃ de eo multiplicat̃ vt suf/
ficiet feb.conseruare.Utrum autẽ sit possibile feb.
durare per instans nõ intendo ad presens deter/
minare:sed apud tenẽtes dari vltimũ neutralita/
tis decidẽtie et nõ primũ egritudinis sicut cõmu/
niter tenetur tenẽda est pars negatiua questionis.
Apud vero tenẽtes dari primum egritudinis te/
nenda est pars affirmatiua: nec propter hoc sequi
tur vltimã latitudinẽ realem subito acquiri aut de
perdi:sed solum latitudinẽ denominationis.¶Si
vero querat̃ vtrũ ex aliquo hũore preter sanguinẽ
possent fieri tres spẽs dicte scꝫ augmastic⁹ epig/
mastic⁹ ⁊ omoten⁹.tenẽda est pars affirmatiua.nã
potest esse causon augmastica ĩ qua plus de vapo
ribus putridis aut nõ putridis multiplicat̃ in cor
de et corpore quam illi qui resoluuntur:et causon
in qua res se habeat ecõtra:et causon in qua equa
liter.Et ita occultabuntur tempora aliqua scdꝫ ꝙ
dictum est in sanguinea.licet etiã sanguinea putri
da nõ semper se habeat cõformiter:sed in alijs fe/
bribus:scilicꝫ interpolatis ⁊ continuis proportio
nalibus non sunt hmõi species attendẽde cum in
ipsis tpa appareant manifeste distincta.

Sed contra dictũ huius partis instat̃
quia tertiana ꝯtinua ter/
minatur in.vij.vt notat Gal.in cõmento illus affo
rismi.tertiana vera septẽ iudicat̃ periodis lõgissi
ma.⁊.iij.pnosticoꝝ:sꝫ ꝑpter subtilitatẽ ⁊ paucita
tem materie citius quã sanguinea cuꝫ sanguis sit
grossior colera et maioris quãtitatis q̃ duo faciũt
ad prolõgationẽ feb.¶Dõm ꝙ lꝫ sanguis sit gros
sior colera et maioris quãtitatis:põt tamẽ sangui
nea eque cito terminari cũ tertiana ꝯtinua: q: san
guis est benignior ⁊ facilius obedit ṽtuti digerẽti
et euacuãti.Et scda causa:q: tertiana ꝯtinua ha/
bet tepores:neq; etiã virtus tantũ irritat̃ ad expel
lendũ tpm.¶Preterea causon est breuior quã ter/
tiana continua ⁊ quã sit nota.¶Nota tamẽ ꝙ di/
xit ẜm plurimũ.q: quãdoq; sanguinea prolongat̃
supra decimũquartũ cũ sanguis est grossus crud⁹
sicut est tertiana pẽdens a colera grossa.

¶Et eius consumptio est cum euacuatio/
ne:aut sensata:aut insensata.Et quandoq;
permutatur ad causonidem et ad sirsen: et
quandoq; permutatur cum infrigidatione
plurima ad litargiã:et quandoq; permuta
tur ad variolas et morbillum. Et quãdoq;
accidit in ea profunditas somni et inflatio
ventris ex qua prouenit sicut vox timpani:
et non deponit eam ventris solutio cum ra/
rificatione.Et quando solutio ventris non
valet:deinde egreditur asaf viridis lata ꝓ/
prie est de signis mortis.

¶In presenti parte ponit duos modos termina/
tionis sanguinee.Prim⁹ modus est cũ euacuatiõe
sensata sicut ꝑ fluxũ sanguinis mẽstrualis emorroi/
dalis narium per fluxũ vẽtris vomitũ per sudoreꝫ
siue sanguis sub propria forma expellatur aut in
alios humores trãsmutet̃.quãdoq; cũ euacuatio/
ne insensata.idest quia sanguis in vapores cõuer/
sus resoluitur.Secũdo quãdoq; permutat̃ ad cau
sonidem sanguie in colerã trãsmutato.⁊ ad sirsen:
idest apostema capitis colericũ.licꝫ etiã posset fie
ri apostema sanguineũ dictũ ab Auicẽ. flegmõ in
cerebro.Tertio quãdoq; permutat̃ ꝑpter nimiam
infrigidationẽ ad litargiã.i.ad apã flegmaticum
in cerebro q̃ infrigidatio põt seq̇ potũ aque frigi/
de ⁊ silia.Quarto qñq; ad variolas ⁊ morbillos ꝑ
mutãtur ⁊ nota sunt.Et hec permutatio accidit fre
quẽter in pueris.Quinto quãdoq; accidit in ea ꝓ/
funditas somni dicti subeth ꝑpter mltitudinẽ san
guinis aut vaporũ opilãtiuꝫ arterias subethicas
et rethe mirabile inflatio ventris ex qua prouenit
vox sicut timpani:scꝫ cum venter percutit̃. Est eñ
hec dispositio timpanites sequẽs vẽtositatẽ et va
pores grossos ꝑpter actionẽ caliditatis extranee
conuertẽtis humores in vẽtositatẽ ⁊ vapores ⁊ nõ
potẽtis ipsos resoluere cũ maior sit humorũ in illa
cõuersio quã illorũ resolutio ꝑpter virtutis debi/
litatẽ ad que adiuuat error digestiue epatis et sto
machi:et nõ deponit eam ventris solutio cũ rari/
ficatione.idest resolutiõe facta:scꝫ cum his que vẽ
tri applicãtur sicut sunt vnctiones fomentationes
sacculi vaporis et vẽtositatis resolutiua: deinde
egreditur asaf.idest morbillus viridis et proprie
quãdo est latus ⁊ est de signis mortis. significatur
enim per hoc debilitas ṽtutis et malignitas mor
bi.nam morbillus ille qui est pustula quedã signi/
ficat sua viriditate malignam materiam putredi
dinem in

Duo modi terminatiõis sanguinee.

dinem in cupū cum materia faciēs illā sit calida. ¶Et nota quod secundū plurimū hec materia nō est solum vna pustula: sed plures. et hec pustula simul cum alijs iam dictis est de signis mortis.

¶Signa. Cap.xliij.



Signa febris sanguinee sunt adherentia feb. et rubedo faciei et oculorum. et inflatio venarū et temporum et repletio cōpleta absq; rigore ⁊ non est sudor nisi apud crisim. et multotiens associatur ei pruritus in naso et in loco colli in quo ponuntur ventose: et constrictio in anhelitu. et multotiēs accidit eis profunditas somni et difficultas sermonis et est malum. et similiter apostema gutturis et duarum amigdalarū et vue et cursus lachrimarum. et caliditas eius est plurima propter humiditatem vaporosam et lacunalem non exiccatam sicut in causonide. et pulsus eius est magnꝰ leuis plenus velox frequens valde diuersus nō plurime diuersitatis et est minoris diuersitatis et velocitatis quam in causonide: et non est caliditas eius in termino causonidis et tertiane fortis.

¶Hoc capitulū habet tres partes. in prima ponit signa febris sanguinee. in secunda signa permutationis eius. in tertia signa prolongationis eius ex quibus dantur intelligi breuitates eius. scd̄a ibi. (Signa aūt permutatiōis). tertia ibi. (Signa vero longitudinis). prima in duas. in prima ponit signa cōmunia febri sanguinee. in secunda signa propria speciebus eius. scd̄a ibi. (Illius que ex ea est). Prima posset diuidi in tot partes quot sunt signa. partes patebunt legendo textum. Primum est adherentia: idest continuitas feb. absq; tepore manifesto vel occulto scd̄z proportionē ad aliquā diem. et per hoc differt a reliquis febribus humoralibus. Secundū est rubedo faciei et oculorum: ⁊ causa nota est. Tertium est inflatio venarū totius scilicet et temporū: idest venarum et arteriarū que sunt in temporibus propter multitudinē sanguis extendentē simul cum vaporibus eius. Quartum repletio cōpleta: idest cōmunis toti corpori. Quintum non est rigor: quia materia non egreditur venas. Sextum nō est sudor nisi dum fit crisis: scilicz per sudorem: quia sanguis non est aptus faciliter educi sua grossitie: et etiam dum fit crisis per sudorem rarissime fit euacuatio sanguīs sub forma ꝓpria. Septimū multotiens associatur patiēti eam pruritus in naso et in loco colli in quo cōsueuerūt poni ventose: quia natura tentat euacuationē per illas vias sibi ꝯsuetas. Octauū profunditas somni et difficultas sermonis et est malum. vtrū enim istorum sequitur opilationē in arterijs subetbicis et est dispositio in apoplexiā. est enim prima tertij vnus modus apoplexie propter earum opilationem. Nonum est apostema gutturis et est squinantia et duarum amigdalarum et est proprie sinanchia et vue propter multitudinē venarum in illis partibus existentium de quibus sanguis apostemans illas partes egreditur frequenter. Decimuz cursus lachrimarū propter multitudinez humiditatis et caliditatē dilatātem meatus per quos lachrime expelluntur. Undecimuz caliditas eius est plurima propter multitudinē vaporum eleuatorū ab humiditate sanguinea vaporosa lacunari. id est se habentē in moduz lacune aque calide. est enī caliditas eius humiditati coniūcta: ⁊ nō est caliditas sicca nec aspera sicut caliditas causonis. Duodecimum pulsus eius est magnus: quia virtus fortis. necessitas magna. instrumentū obediēs leuis quia non coartatus sicut in principijs paroxismorum. Aliter leuis: quia non durus propter humiditatem. plenus propter multitudinem sanguinis ⁊ vaporum contentam in venis et arterijs velox et frequens cum nō possit satisfieri per solaz magnitudinem. valde. i. notabiliter diuersus: non tamen plurime diuersitatis ⁊ velocitatis ꝙ in causone.

Contra. quia sanguis est grossior magis opprimens virtutez quā colera. ergo pulsus debet eē magis diuersus quā in causone. ¶Respōdetur negando consequētiam. quia licet ratione maioris grossitiei sanguinis quā colere deberet fieri in sinocha pulsus magis diuersus quā in causone. attamē ratione intēsionis caloris et magis acuti in causone quā in sinocha: et quia colera est magis horrida quaz sanguis ex quibus magis deijcitur virtus in causone est magis in eo pulsus diuersus quam in sinocha. Secūdo non est sinoche caliditas ita intensa aut acuta sicut caliditas causonis et tertiane: quia colera est calidior quā sanguis. licet propter maiorē multitudinē vaporuz in sinocha quam in causone possit esse in eo plus de caliditate.

¶Et illius que ex ea est a putredine caliditas et accidentia sunt vehementiora: et cura eius est difficilior et magis similis cum causonide. At vero subtilitas sanguinis et grossitudo cognoscuntur propter illud qd̄ egreditur de eo.

¶In presenti parte ponit signa primarū specierū sinoche. et habet tres partes. In pria ponit signa sinoche putride. In alia ponitꝰ signa subtilitatis et grossitiei sanguinis. In tertia signa sinoche putride addens aliquid de putrida. secunda ibi. (At vero subtilitas). tertia ibi. (Et sinocha feruida). In prima parte dicit quod sinoche putride accidentia sunt vehementiora: scilicet acuitas caliditatis sitis dolor capitis et similia cum vapores putridi sint acutiores nō putridis: et cura est difficilior cum in cura non putride frequenter sufficiat sola flobotomia et regimen infrigidans. in putrida vero preter has multe intētiones: scilicet digestio mundificatio ⁊ alie de quibus agitur in sequēti capitulo. Assimilatur enim cure causonis cūꝰ per putredinem sanguis scd̄m aliquā partem in coleram conuertatur. In secunda parte dicit quod subtilitas et grossites sanguinis cognoscitꝰ per illud quod egreditur: scilicet de sanguīe siue spōte egrediatur siue per flobotomiā aut aliter egrediatur. ¶Et nota huiusmodi notitiā esse medico necessariam vt sciat remedias scd̄z exigētia exhibere. grossus enim debet equari per subtiliantia ⁊ viscosus per incidentia. et contrarie dispositus per contraria his grossities sanguinis cognoscitur primo qꝛ nō potest exire sine foramine lato. scd̄o ex colore. tēdit enim in nigrum. vel si tendit in album per admixtionem flegmatis grossi vides manifeste flegma grossum minuiscatum cum eo. Tertio quia quando colligitur in aliquo vase lato habente funduz planum frustū eius coagulatum est altum. Quar-

to quia si frustum sanguinis suspendatur stilo in eo infixo stat suspēsum stilo et non scinditur. Item quia difficile est scindere ipm cum re habente acutiem obtusam. Quinto ex cōplexione habitudine et regimine precedente illius a quo sanguis ille extractus est. Et contrarijs modis cognoscitur sanguinis subtilitas: et tunc etiam interest cognoscere an declinet ad colericam propter multitudinez colere sibi admixtam: et quia rubedo sua tendit in citrinitatē sicut melācolicus in nigredinez et flegmaticus in albedinez cum admixtione flegmatis grossi aut aquositatis. et putridus tendit in fuscedinem et viriditatē cum pallore.

¶ Et sinocha feruida est res magis similis in principio sui febri effimere: verum caliditas eius est parue mordicationis et lesionis. et inuenit ex ea inflammationem et disniam. et est plurimū impressionis eius prope cor. putrida vero est equalis ⁊ silis equali secundū plurimum.

¶ Hic ponit signa propria sinoche feruide que dicitur feruida: quia in sanguine est feruor absq̧ putredine. ⁊ nō dicitur feruida: quia sit feruidior sinocha putrida. Dicit ergo quod est res magis similis in principio sui febri effimere: qꝛ habet in principio caliditatē mitiorem similataz caliditati effimere: sed in processu acutiorē: cum sit facta intensior. verum caliditas sua est pauce mordicationis et lesionis: scilicet ī cōparatione ad sinochā putridam et inuenit patiēs in ea inflāmationē ⁊ disniā idest anhelitus constrictionē propter mltitudinez sanguinis ebulientis et vaporū eius in venis cordis in dextro ventriculo eius in vena chili et in arteria adorti proximis cordi. putrida vero est equalis et similis equali scđm plurimū in modo afflictionis: non equidez in comparatione ad sinochā sine putredine. illa enim est equalior: sed in cōparatione ad alias putridas in quibus sunt maiores diuersitates in modo afflictionis vt ptz ex sepe dictis. Aliter est equalis. i. media inter feruorem sinoche nō putride et feruorem causonis.

¶ Signa vero permutatiōis eius sunt cuiusq̧ eorum ad quod permutatur vt prefocationis et apostematū gutturis et duaruz amigdalarum. et tu iam sciuisti ea. et signa variolarum scies. et signa sirsen: et doloris capitis: et permixtionis mentis et aliorum iam sciuisti.

¶ Nunc Auicēna ponit signa permutationis eius dicens quod signa permutatiōis huius febris: scz ad alium morbum sunt signa cuiuscunq̧ ad quod permutatur: idest signa cuiuscunq̧ morbi in quem fit hec permutatio vt prefocationis quādo scilicz permutatur ad pulmonem opilans viam anhelitus cum apostemate aut sine apostemate: vel squinantie: idest apostematū gutturis. sunt enim squinantie apostemata gutturis et duarū amigdalarum que apostemata dicuntur proprie squinatie⁊ curam sciuisti: scilicet nona tertij ⁊. x. tertij: ⁊ signa variolarum scies: quarto tractatu hu⁹ prime fen. quarti. ⁊ sirsen: idest apostematis capitis et dolor eius et permixtionis mentis et aliarum passionū capitis iam sciuisti. prima tertij. ¶ Pro qua parte notandum permutationē hu⁹ febris ad istos morbos vel accidentia posse intelligi vel permanente febre parte aliqua materie ad hec membra quib⁹ iste egritudines appropriātur ꝑmutata ꝙ pluries accidit: vl̓ qꝛ fiat cretica febre recedēte vl̓ ꝺclināte.

¶ Signa vero longitudinis eius sicut iam sciuisti sunt ex postpositione signorum digestionis et tornalitate faciei: et diuersitate dispositionis eius in spatio suo ex additione et statione et diminutione: ita vt sit quasi ipsa sit tepida. Illud eñi significat ꝙ sanguis est plenus humore crudo.

¶ In parte presenti ponit signa lōgitudinis ⁊ breuitatis huius feb. Secūdo infert dies creticos in quibus terminatur. ibi scđa. (Spaciū vero crisis) Dicit primo quod signa longitudinis et breuitatis sumuntur ex postpositiōe: idest tarditate signorum digestionis. et tu supple ex velocitate eorum quia si tardantur prolongatur egritudo. si vero velocitātur breuiatur egritudo. Secundo ex tornalitate et extenuatione faciei et eius contrario. quorū primū significat breuitatez significādo humores subtiles. Scđm ꝑlongationē significādo hūores grossos. Et pro isto facit affotismus secunde particule. Febricitantibus nō omnino ⁊c. Tertio ex diuersitate dispositiōis in spacio suo: idest in sua duratione ex additione: scz in augmastica. ⁊ statione scz in omotena. et declinatione scz in epigmastica. Nam additio si morb⁹ mortalis sit significat breuitatem. Si vero salubris significat longitudinez significādo multitudinē materie. Diminutio vero in epigmastica que cōmuniter est salubris si sequatur paucitatem materie significat breuitatem. Si vero grossitiem et tarditatem inflāmationis significat longitudinem. in omotena vero iudicium est medium ⁊ propterea loquendo de epigmastica dixit. Et diminutione ita vt sit quasi tepida. Aliter ⁊ melius possumus hunc textum adaptare cuilibet istarum ita vt sit sensus quod quelibet istarum cognoscitur ex dispositionis eius diuersitate et vniformitate. nam si in augmastica sit vniformis additio et in omotena vniformis statio ⁊ in epigmastica vniformis declinatio. hec vniformitas significat breuitatē. si vero in augmastica sit difformis additio: ita vt nunc magis velocitet nūc minus faciat additionem hoc significat diuersitatem materie: et sic etherogeneitatem: et sic longitudinem. Similiter in epigmastica si fiat difformis diminutio. similiter ī omotena si fiat difformis statio. hec enim difformitas significat tepiditatem: et quod quasi sanguis sit plenus humore crudo.

¶ Spacium vero crisis eius significat apparitio signorum digestionis que si tardatur vsq̧ post tertium et quartum non fit crisis in septimo. Et multotiens quidē fit crisis eius in quarto.

¶ In parte presenti ponit signa velocitatis et tarditatis crisis in hac febre dicens. spacium crisis idest propinquitatem vel distantiam eius significat apparitio digestionis que apparitio digestionis si tardatur vsq̧ post tertium vel quartuz nō fit crisis in septima. immo tardius quā in septima. et multotiēs fit crisis in quarto. ⁊ tunc apparēt signa digōnis in prima vel scđa die. ⁊ hāc sniam habes scđa affo. xxiiij. septimam quarta manifestat.

Cura febrium sanguinis. Ca. xlv.

Intentio in curatiōe febris sanguinis est euacuatio plurimi vsq̧ ad sincopim et ingrossatio substantie sanguinis si

guis si fuerit subtilis valde aquosus et colericus. Et infrigidatio eius et mundificatio et subtiliatio ipsius si fuerit grossus et sumpserit eger prius generatiua sanguis grossi et generatiua humoris crudi ⁊ digestio materiei facientis febrē: et eius resolutio.

¶ Primo ponit intentiones curatiuas febris sanguinee. Secundo illas exequitur. Tertio ponit cibaria conuenientia. Quarto pro cura accidentiuꝫ remittit nos ad capitula supra scripta. scd̄a ibi. (euacuatio autem). tertia ibi. (cibi vero). quarta ibi. (Et si accidat.) ¶ Primo notandum quod iste intentiones posite hic ab Auicēna sunt sex. prima euacuatio. scd̄a substantie sanguinis equatio. tertia infrigidatio. quarta est mūdificatio. quinta digestio. sexta est resolutio. ¶ Secundo notādum qd̄ licet euacuatio mundificatio et resolutio aliquo modo conueniant: quia per quālibet aliquid euacuatur differunt tamen quia euacuatio est materie proprie febris eductio: scꝫ sanguinis. sed mundificatio est humorū qui sanguini immixti sunt eductio siue illi humores fuerint ante febrem siue sint geniti post febrē sicut cum sanguis scd̄m aliquam eius partem in alium humorem trāsmutatur per putrefactionem. Resolutio vero est vaporum qui sunt in venis eductio. hi enim humores ⁊ vapores licet non sint materia propria feb. sanguinee: sunt tamen apti fouere ipsam. Similiter licet equatio substantie et digestio ꝯueniāt: quia vnaqueqꝫ preparat humorē ad expulsionē aut ad hoc vt reducatur ad benignū: tamen digestio respicit humorem putrentē: et proprie opponitur putredini cum faciat cessare putredinem manente substantia. Tertio tegni. sed equatio substantie respicit vtraqꝫ. scꝫ putrentē et non putrentem. ¶ Tertio notanduꝫ ꝙ iste intentiones sumuntur ab essentia febris sanguinee. Sunt em̄ in ea sex. Primū est impletio cui opponitur euacuatio. Scd̄m est sanguinis replētis subtilitas vel grossities cui opponit̄ equatio subtilis per ingrossationem: et grossi per subtiliationem. Tertium est caliditas membroꝝ que est febris vel caliditas sanguinis: et ei opponitur infrigidatio. Quartuꝫ sunt materie corrupte q̄ sanguinem inficiunt. huic opponitur mūdificatio. Quintum est sanguinis putrefactio. huic opponitur digestio. Sextum est vaporū multitudo opilatiōe retentorū: et sibi opponitur resolutio. vbi etiā includitur opilationis apertio.

¶ Euacuatio autem nō est aliqua sicut flebotomia ex manu in quacūqꝫ hora accidat Et non expectatur crisis neqꝫ digestio: nisi sit repletio nauseatiua. tunc enim caue eam et remoue ipsam. quod si febris perseuerauerit tunc flebotoma. Et non cesses flebotomare donec eger appropinquet sincopi: aut cadat in sincopim si corpus fuerit forte.

¶ In hac parte prosequitur curam scd̄m has intētiones. et primo vsqꝫ ad declinationē. secundo in declinatione. scd̄a ibi. (Et in fine eius.) prima in quattuor. Primo ponit curam per euacuationem Secundo per equationem substantie. Tertio per infrigidationem. Quarto per mundificationē. secunda ibi. (Sanguis vero.) tertia ibi. (Eius vero) quarta ibi. (mudificatio aūt.) Dimittit curaꝫ per digestionem. quia intelligit̄ per equationē substātie. nam quādo sanguis rectificat̄ in substātia cū rebus proprijs ꝯtra putredinē q̄ scd̄ꝫ plurimū debent esse frigida sicca et acetosa tunc digerit̄. Cura aūt per resolutionē que cōpletur subtiliādo poros aperiendo ⁊ vapores transpirare faciendo est nota in capitulo de effimeris: ⁊ in cap̄. de cura putridarū in generali. ad illam em̄ iuuant fricatiōes et similia. prima in tres. Primo ponit curā principaliter intentam. Scd̄o ponit euacuationeꝫ ante hanc premittendā. Tertio ostendit quid faciendū sit si iste euacuationes nō possint fieri. secūda ibi. (Oportet.) tertia ibi. (Quod si dispositio.) prima in duas. primo premittit. secūdo probat. secunda ibi. (Sincopis nāqꝫ.) ¶ In prima parte dicit tria. primū quod non est aliqua euacuatio prestantior quā flebotomia ex manu. i. ex brachio in quacūqꝫ hora accidit: idest quā primū occurrit patienti. nō enim dāde sunt indutie in flebotomādo. Secūdo dicit quod nō expectetur: scꝫ quod natura faciat crisim nec digestio cuꝫ opus sit festinātia. neqꝫ etiā pro facienda flebotomia est opus digestione sicut in euacuatione aliorū humoruꝫ cum solutiuis nisi sit repletio nauseatiua. tunc enim caue eam: scꝫ flebotomiā et remoue ipsam. scꝫ nauseatiuā satietatem anteqꝫ flebotomes ne chilus corrupt⁹ ad epar tractus corrumpat humores epatis ⁊ venarū. quo modo auteꝫ corrigenda sit dictum est in cap̄. de effimera ex nauseatiua satietate. Tertio dicit qd̄ forte virtute existēte forti fiat flebotomia donec eger appropinquet sincopi aut cadat in sincopim si corpus sit forte abūdans in multo sanguine.

Dubitatur vtrum in sinocha solū debeat fieri flebotomia in principio ꝙ sic. pbat̄ per Azarauiū dicentē tam ī ca. de sinocha nō putrida. ꝙ ēt in ca. de sinocha putrida ꝙ si eger priuat⁹ fuerit extractiōe sanguis in pricip. caue ip̄ꝫ penit⁹ extrahere apud augmētū ⁊ in ei⁹ statu et si virtus sit fortis. Idem sentit Isaac in cap̄. de sinocha cum putredine. ¶ In cōtrariū est Auic. di. ꝙ si feb. perseuerauerit tunc flebotoma. ¶ Dicendū cum Gal. nono terapentice quod conseruata virtute in sinocha nō solum post tres dies sed vltra eos etiā est flebotomandū. ¶ Ad Azarauiū ⁊ Isaac dicendū eos male sensisse. sed si volumus eos saluare dicamus eos voluisse nō esse faciendā tantā flebotomiam in processu quāta est in principio.

¶ Sincopis nanqꝫ infrigidat complexionem forteꝫ. et scias qd̄ flebotoma et sumere in potu aquā frigidaꝫ quādoqꝫ excusant ab infrigidatione alia.

¶ In parte presenti probat esse faciendā flebotomiam vsqꝫ ad sincopim duabus rationibus sumptis a Galeno nono terapentice. Prima. flebotomia vsqꝫ ad sincopim infrigidat cōplexionē forteꝫ idest fortem caliditatē febrilem vel fortem complexionem: idest hominē habentē complexionē forteꝫ cum abundātia plurimi sanguinis ⁊ sp̄ūs patientem sinochā remittendo simul caliditatē eius naturalem et preternaturalē. ergo conuenit cum hoc quod sit cura sinoche. Secunda ratio. hec flebotomia et potus aque frigide excusat ab aliqua cura. ergo est faciēda. q. d. ꝙ aque frigide exhibitio neqꝫ alia fortis infrigidatio est facienda stāte repletione superflua.

¶ Et partitio quidem in ea est melior si nō fuerit quod necessariā faciat festinationeꝫ. nam fortasse erit in ea q̄ est infra appropinquationem sincopis vltimatio.

¶ Hic respōdet vni tacite questioni. posset em̄ queri an flebotomia infra sincopim sit p̄stantior. R̄ndet ꝙ partitio in flebotomia est melior ꝙ̄ vnica flebotomia copiosa ducēs ad sincopim. Si v̄o fuerit qđ necessariā faciat festinationē sicut ē timor festine suffocationis aut aduētus: apatis in aliquo mēbro nobili. nā fortasse in flebotomia q̄ est infra sincopim erit vltimatio vel sufficientia. i. subsidiū vltimū in bonitate sufficiens ad curam.

¶ Et fortasse sequet̄ flōmiā vltimam statī fluxus vētris colericus ꝛ sudor quē opꝫ omni hora abstergere donec cōtinuetur. fortasse enim saluabitur cum eo.

¶ Tertia ratio. illa euacuatio est faciēda ad quam statim seq̄tur fluxus coleric⁹: ꝛ sudor quē opꝫ omni hora abstergere donec ꝯtinuet̄ ad quos aliq̄n seq̄tur sanitas: sed hanc flebotomiā ducentē ad sincopim sequūtur hmōi euacuatiōes aliq̄n ducētes ad sanitatē. ergo est faciēda. Causa v̄o quare sequunt̄ hmōi eūones est ꝙ natura cōfortata per deonerationē a tanta repletiōe ꝛ equatiōe ꝯplexiōis mouetur cōtra has materias sanguini imixtas ꝛ eas expellit. ¶ Notate tn̄ ꝙ eēt difficile vt fieret simul fluxus vētris ꝛ sudor: cū sint euacuatiōes cōtrarie et aliq̄n fit vnus aliquando alter.

¶ Et succurratur ei qđ accidit ei de debilitate et sincopi cum cibo subtili ꝛ quiete.

¶ Hic docet succurrere debilitati q̄ seq̄tur hanc flebotomiā dicēs. ꝙ ei succurrēdum est cū cibo subtili. i. velocis ꝯuersionis ꝛ penetratiōis ꝛ pauce q̄ntitatis sicut aqua carnis vinū limphatū subtile boni odoris ꝛ q̇ete. opꝫ em̄ ꝙ sincopizātes sint quieti animo ꝛ corpe ita vt stent supini ꝛ nō moueātur immo non loquātur: nō tamen debēt dormire. Dicit em̄ Aui. xi. tertij. precipiātur vigilare et dimittere locutionem.

¶ Et oportet vt premittatur lenificatio nature cum illis que sciuntur de illis que sunt sicut duorum granatoruꝫ aqua: scꝫ dulcis ꝛ muzi vsqꝫ ad terminuꝫ. et siracost ꝛ tamarindi et colliria leuia de quib⁹ dixim⁹. Et q̄nqꝫ est necessariū apud digestionē euacuare cū eis que sunt sicut mirabolani et fumus terre et cassiafistula et his silia de illis que sciuisti.

¶ In p̄te p̄nti ponit euacuationē quā opꝫ frequenter p̄mittere flebotomie. Dicit ergo ꝙ opꝫ vt p̄mittatur lenificatio ventris cū eis q̄ sciunt̄. s. in ca. generali curatiōis feb. putri. ꝛ succus duorū granatorū: scꝫ dulcis et muzi vsqꝫ ad tantū. i. dosim sufficiētem que est circa vi. ℥. ꝛ dulcoret̄ cū. ℥. i. zucca. optimi. ꝛ scđm lenitiuū est hmōi. ℞. tamarindorū. ℥. ij infundātur p̄ icisionē in. vi. ℥. aque per. vi. horas et aqua illa coletur exprimendo cui⁹. ℥. iiij. misceat̄. ℥. i. ß. māne. ¶ Et colliria. i. clisteria bona leuia sūt cōueniētia. de quib⁹ in capl'is p̄cedētib⁹. Et q̄nqꝫ est necessaria eūare apud digōnem. i. digesta materia cū hmōi. ℞. corticū mirabolanorū citrinoꝝ. ℥. i. fumiterre. M. i. bulliāt in. i. lib. aque ad medietatis ꝯsumptionē. ꝛ colētur exprimēdo: cū cuius decoctiōis. ℥. iij. misceat̄ floris cassie. ℥. i. lenit em̄ vētrē ꝛ sanguinē mūdificat a colera et hūoribus salsis. ¶ Pro quo notandū ꝙ materie corrupte q̄ febri associātur sanguinee quādoqꝫ sunt circa p̄tes stomachi ꝛ intestinorū ꝛ meseraicarū. ꝛ ante flebotomiam educēde sunt cū lenētibus prius positis ne materia illa corrupta ad venas trahat̄. et possibile est ꝙ clisteria lenitiua sufficiāt maxīe si sint solū in intestinis. aliquādo sunt in venis et post flebotomiā educēde sunt cū hac medicina vltimo posita. licet etiam ante flebotomiā cum hac medicina posset vtraqꝫ materia educi.

¶ Qđ si dispō nō tolerat flōmiaꝫ in manu flebotomet̄ vena q̄ est in cornu frontis aut ponātur ventose. Si aūt nō p̄parat̄ aliquid eorū et hoc ꝓpter accn̄s qđ ꝓhibet: tūc fac solutionē vētris scđm modū qui est in causonide. et regimē fit in eis que aperiūt ꝛ incidūt et sedant ebulitionē. Et si acciderit ex flebotomia sincopis ciba cuꝫ pane et aqua aggreste. Quod si accidit flux⁹ sanguis narium per se non abscindatur nisi cum appropinquauerit sincopis.

¶ Ponit quid faciendū sit cū flōmia nō possit fieri ex brachio: qđ forte est: q2 vena illa nō repit̄: aut q2 eger ē debilis: et vult ꝙ flōmet̄ vena frontis. nā ista imediate cōfert grauitati capitis ꝛ mediate a toto pōt eūare. ꝛ minus debilitat ꝙ̄ vena manus: et ponātur vētose. s. in spatulis aut natib⁹ cū scarificatiōe. Si aūt nō pōt fieri aliqđ horū ꝓpter aliqđ accn̄s qđ ꝓhibet: aut q2 nō vult tūc fiat solutio vētris cū his q̄ dicta sunt in causonide eūantibus hūorē sanguini admixtum sicut est decoctio tamarindorū cū māna aut cassia. q̇bus aliquid qđ electiue eūet hūorē peccātē cū sanguīe posset addi. sꝫ de his infra. Regimē fit cū his q̄ ap̄iunt incidūt ꝛ sedāt ebulitionē sicut est sirupus acetosus simplex aut oxizacara cū aq̄ endiuie capillorum ve. vsqꝫ ad aquā feniculi maxīe q̄n sanguis fuerit ingrossat⁹ p̄ flegmatis grossi admixtionē. aut cuꝫ aq̄ endiuie detur sirup⁹ acetosus cōpositus q̄ apud Mesue numerat̄ inter sirupos fridos. Et si acciderit ex flebotomia sincopis ciba eū cū pane infuso in aq̄ agreste: ꝛ hoc maxīe cōpetit an̄ sincopī ad ꝓhibēdū ipsam stōm ꝯfortādo ꝛ post sincopim ꝯuenit ad ꝓhibēdū iterationē ei⁹. Qđ si acciderit flux⁹ sanguis p̄ se. i. a natura nō abscindatur nisi cū appropinq̄t sincopis. ¶ Pro quo notādū ꝙ ꝓhibet sincopin in fluxu sanguis ab arte. i. flōtomia. eo ꝙ in fluxu sanguinis a natura non fit sincopis nisi valde sup̄fluēte eūone: cū natura eligēdo eūat sanguinē min⁹ cōuenietē. sꝫ cū minori eūone p̄ artē seq̄tur sincopis.

¶ Sāguinis vero ingrossatio fiat cum eis q̄ sunt sicut rob. iuiubarū. ꝛ ēvt decoquātur c. iuiube cū lib. v. aq̄ donec remaneat tertia ꝛ inspisset̄ cū zucca. ꝛ q̄nto plus miorat̄ zuccarū tāto ē melius. Et lētes iterū ꝓprie preparate cū aceto acetoso forti sunt hui⁹ generis. Et caue ne des in potu rob iuiubarū aut corpus lētiū materia exn̄te grossa.

¶ Hic curat sinochā p̄ sanguinis eq̄tionē q̄ fuit secūda intētio. Et dicit ꝙ ingrossatio sanguīs si fuerit nimis subtilis fiat cū eis q̄ sunt sicut rob iuiubarū. sꝫ q̄nto plus minoratur zuccarū tāto est melius: cū zuccarū inflāmet ꝛ in colerā cōuertat̄. sufficiet ergo intātū zuccari ꝙ aq̄ illa fiat dulcis. Et lentes ꝛ proprie earū lrist abiecta prima aqua conuenit cōditū cū aceto de vino notabiliter acuto qđ exiccat ꝛ notabil'r infrīdat se ꝓfundādo in substātiam sang. ꝛ acuitatē suā ꝛ p̄tes subtiles resoluendo ingrossat. subtiliat enī ꝛ mollificat dura ꝛ grossa et subtilia

sa ⁊ subtilia ⁊ mollia ingrossat ⁊ indurat. sicut est videre in auibus q̄ ponūtur in aceto quarū carnes indurat ossa mollificat. Caue tñ ne det̄ i potu rob iuiubarū aut corpus lētiū materia existēte grossa: imo ḡrātur subtiliātia q̄ dicaȝ cū ordiabo curā.

¶ Eius vero īfrigidatio fit cum eis q̄ sunt sicut aqua lentiū infrigidata ⁊ aqua lactuce infrīdata: ⁊ sumere in potu aquā frigidā si nō fuerit qđ prohibeat. ⁊ fortasse sumitur in potu donec tremere faciat ⁊ saciet. et forsitā.n.sanat eū ⁊ q̄nq̧ pmutatur febꝛ. ad flegmaticā. ⁊ curatur cū troscicis de rosis ⁊ sīlibus. ⁊ hec quidē cura est quorūdaȝ antiquorū ⁊ secuti sunt eā q̄dā modernorū. Dare aūt in potu aquā ordei est curatio cōferēs eisȝ cū lenitate nature. Et melior horarum ad hoc est hora vehemētis ebulitionis ⁊ angustie ⁊ inflāmationis et frequētie pulsus cordis.

¶ In pte pn̄ti curat sinochā p tertiā intētionē dicēs: ꝙ infrigidatio fiat cū aqua lentiū infrigidata actu ⁊ cū aqua lactuce simil'r infrigidata ⁊ cū aqua frida sumpta in potu si nō fuerit aliq̄d pꝛhibens. ⁊ fortasse.i.aliq̄n sumitur in potu donec tremere i.rigere faciat ⁊ satiet ita vt nō sitiat. cōceditur em̄ de aqua quantū potest bibere quando adsunt omnes aut plures cōditiōes suadētes potū aq̄ frigide. sed de hac re dictū est sufficiēter in cap̄. de cura putridarū in generali. ¶ Naȝ hec aqua sumpta sanat precipue sinochā non putridā sanguinē ad benignum reducendo. et fortasse mutat hanc febrem in flegmaticā non quia sanguis ꝯuertatur in flegma sed infrigidatur. et ingrossatur ita vt faciat febrem remissam sicut est flegmatica. ⁊ potest esse qđ sanguis reducatur ad benignū sed propter nimiā infrigidationē flegma putreat nimio frigore. ⁊ accendat flegmaticā quam medicus magis eligat ꝙ moriatur ex sanguinea nimio eius caumate sicut hoc modo Auerrois. vij. colliget. permutat causonem in cronicā cum aqua angurie et curatur cū trocis. de roſ. hec flegmatica in quā facta est permutatio non quideȝ in principio permutationis sed magis in processu. vł aliter curatur sed sanguinea cum trocis. de rosis in declinatiōe sicut p̄cipit Rasis. xvij. cōtinētis: et hic est ille de antiquis de quo loquitur Auicen. qui vero sunt moderni deus scit. multi enim erant medici tempore Auicē. quorū noticia nō peruenit ad nos. Dari autē in potu aquā ordei confert sed cum lenitate nature. idest ventre non existente valde stiptico ⁊ pleno fecibus. aliter sed cum lenitate nature. idest quia lenit ventrē cuȝ non sit valde stipticus. omne enim absterſiuum est ventris lenitiuum. scđo canone cap̄. quarto. Et melior quidem horarum ad exhibendum aquam ordei aut aquā frigidā est hora vehementis ebulitionis: idest caliditatis ingentis et angustie: scilicet cum eger nō potest quiescere et permutat̄ de figura in figurā ob ingentem caliditatem circa precordia. et tunc est frequentia pulsus cordis. huiusmodi autem infrigidatia magis necessaria sunt ⁊ minus sunt apta nocere propter caliditatis magne resistentiam.

¶ Et scias quod esse contentus infrigidatione et dimittere flebotomiam et vētris solutionem addit in opilatione. et coartatiōe quare additur putredo et caliditas in reliqua dispositiōe.

¶ In presenti parte admonet nos non debere esse contentos sola infrigidatione sed premittendum esse flebotomiam et solutionem ventris ante infrigidantia fortia interius sumpta siue exterius applicita. quia huiusmodi addunt in opilatione: scilicet attenuatoria. et coartatione: idest opilatione coartatoria: quare crescit putredo et caliditas in reliqua dispositiōe: idest in putredine hūoris preexistente et caliditate febrili preexistente per additionem noue putredinis et noue febris que erunt maiores tempore sequenti quam fuerint in precedenti. et forte accendetur putredo in aliquo humore et fiet noua febris.

¶ Mūdificatio enim fiat cum eis que sunt sicut soluentia coleram secundū responsionem necessitatis virtutis et debilitatis cum digerentibus humorē crude. quoniam fortasse ipa est causa in putrefactiōe sanguis.

¶ Hic exequitur quartam intentionem et est euacuatio humorum qui admiscentur sanguini. ⁊ dicit quod mundificatio sanguinis ab humoribus sibi admixtis fiat cum soluentibus coleram secundum exigentiam necessitatis et tolerantiam virtutis: et fiat cum digerentibus humorem crudū sanguini ad mixtū qui est cā putrefactionis sanguis. ¶ Pro quo notanduȝ quod in sinocha semp opus est euacuatione. tum quia sanguis per putredineȝ satis cito in coleram conuertitur. tum quia aliquādo preest in sanguine disponens ipsum ad putredinem. Aliquando est opus euacuatione humoris crudi flegmatici grossi aut subtilis qui preexistens in sanguine disponit ipsum ad putredinem sed innuit Auicenna hunc digerendum esse primo. non autem sic dicit de colera sed solum ipsam esse euacuandā: eo qđ ipsa paratior est euacuationi ꝙ flegma. Cū quibus autem hec intentio debeat cōpleri videbitur in ordinatione cure.

¶ Et in fine eius da ei in potu que sunt sicut trocis. de camphora ⁊ trocisci de spodio et da ei in potu.

¶ Isti etiaȝ trocisci sunt boni. Recipe spodij. ʒ. tres. seminis. portulace. ʒ. quinq̧ semi. cucume. ʒ. quattuor se. cucurbite. ʒ. sex gummi. et dragan. et amili omnium ana. ʒ. tres. suc. liquiri. pondus. ʒ. septē. fiant ex eis trocisci. ¶ Descriptio alia et proprie apud debilitatē epatis. Recipe rosaruȝ. ʒ. tres. succi berberis. ʒ. duas se. cucumeris et melonis. et citrulli. et portula. et spodij omniuȝ ana pondus. ʒ. vni⁹ gummi et draganti: et amili omnium ana. ʒ. semis. rauedseni. et croci et camphore. omniū ana. pondus quarte partis vnius. fiant trocisci.

¶ In presenti parte curat sinocham in declinatione dando trocis. de camphora et trocis. de spodio secundo describit quosdam trociscos. Prima descriptio est ista. Recipe spodij. ʒ. iij. semi. portulace. ʒ. quinq̧ semi. cucumeris. ʒ. quattuor. se. cucurbite. ʒ. sex gummi draganti amili ana. ʒ. iiij. liquiritie. ʒ. septem. fiant ex eis trocisci incorporādo cum aliquo liquore sicut aqua rosaꝝ. aut aqua acetose. ¶ Descriptio alia proprie ad debilitatem epatis.

Recipe ros.ʒ.iij. succi berberis.ʒ.ij.seminis cucumeris:melonis:citrulli:portula.spo.ana.ʒ.ſ. gummi arabici amili dragãti ana.ʒ.ß. reubarba. croci.campbore ana. quartã.ʒ.ſ.fiant trocisci. hos dicit valere ad debilitatẽ epatis ꝑpter reubarbarũ. ¶ Pro qua parte notandũ hos trociscos conuenire in declinatione iam precedentibus euacuatiõibus:tum ad extinguendũ caliditatẽ:tum ad vniendum substantiã membrorũ nobilium et ea confortandum.datur autem conuenienter de eis.ʒ.ſ.cum aqua ro.aut acetose et similibus ita vt bibi possit.

¶ Cibi vero sint illi qui fiunt ex iuiubis: et illi qui fiunt ex lentibus cum aceto ⁊ granatis et sumach.Et si sit aliquid eorum cõstrictio cuius timeatur frangatur cum siracost et prunis et cum eo quod fit de cucurbita ⁊ cum herba acetosa. et eius fructus sint pira de seni et granata et mala de seni. et eius olera sint cucumeres et cucurbite ⁊ allzehe ted et endiuia et olus benedictũ et acetosa et coriandruz et que sunt eis similia.

¶ In presenti parte curãs per dietam dicit cibos conuenientes illis qui fiunt ex iuiubis et qui fiũt ex lentibus conditis cum aceto et cum granatis et cum sumach et omnes infrigidant ⁊ ingrossant.et omnes conueniunt sanguine existente subtili ⁊ hec sanguine existente grosso sunt vitanda. ¶ Secũdo dicit quod si ex aliquo istorũ timeamus cõstrictionem meatuum siue opilationẽ aut constrictionem ventris frangantur cum siracost et manna aut prunis miscendo illa cum suprascriptis ⁊ dando post illa.Item nutriatur cum solo cibo facto ex cucurbita.Itẽ acetosa et eius fructus sunt pira de seni.i. de regione illa et granata et proprie muza acetosa.et mala de seni et eius olera sint cucurbita cucumeres allzebeted.i.citrulli endiuia olus bñdictũ.i. portulaca ⁊ acetosa et coriandrũ et silia frigida.

¶ Et si accidat dolor capitis aut pulsus cordis:aut vigilie:aut profunditas somni: aut fluxus sanguinis nariũ superfluus destruens virtutẽ et alia de accidentibus suis cura cum eis que docuimus te in loco suo.

¶ Hic procura accidentium remittit nos ad capitula suprascripta in hac fen.in quibus omniuz horum ponitur curatio. ¶ Dicit tamen fluxus sanguinis destruens virtutem.qꝛ fluxus sanguis creticus nõ est restringẽdus nisi manifeste debilitet ꝟtutẽ.

Dubitatur vtrum liceat in sinocha flebotomare vsqꝫ ad sincopim. negatiue arguitur primo per Rasim decimoseptimo continentis dicentem.dico magne sagacitatis est non subtrahere sanguinẽ subito vsqꝫ ad sincopim sed trahere prima vice medietatẽ. Et idẽ dicit Auicenna in hoc capitu. Et partitio in ea ⁊c.Et Galenus secundo terapẽtice di.duos flebotomatos vsqꝫ ad sincopim mortuos fuisse.nullum tamen dicit flebotomatũ citra sincopim mortuum fuisse.ergo nõ videtur esse flebotomãdũ vsqꝫ ad sincopim inclusiue.tertio sincopis est accidens seuissimũ maxime vitandum.ergo per flebotomiã nemo debet duci ad sincopim.quarto quecunqꝫ nocumenta vitantur et quecũqꝫ iuuamẽta sequũtur flebotomãdo ad sincopim ⁊vitãtur ⁊ sequũtur nõ flebotomãdo vsqꝫ ad sincopim.ergo non est faciẽda flebotomia vsqꝫ ad sincopim.ptꝫ ꝯña:et antecedẽs probatur.quia diuidẽdo flebotomiã in modico tempore vtputa in spacio vnius hore aut duarũ:poterit eadem quãtitas extrahi vtputa due libre absqꝫ hoc quod sequatur sincopis que due libre extracte continue facerent sincopim et vtrobiqꝫ eadẽ iuuamenta sequũtur et eadem nocumẽta vitantur. ergo ⁊c. ¶ Et confirmatur.qꝛ flebotomia tarde quãuis cõtinue sanguinẽ educendo minus debilitat quã flebotomia velociter et cõtinue tantundẽ de sanguine educens.Sit ergo ꝙ in duplo minus et pono quod vna lib.sanguis continue et velociter per flebotomiã extracti precise inducat sincopim in for. tunc arguit̃ sic.Flõmia educẽs tarde sanguinẽ q̃ sit a.in duplo min⁹ debilitat quã flõmia velociter educens:q̃ sit.b.g̊ in duplo plus de sanguĩe extractũ ꝑ flõmiã precise ducit for.ad sincopim:⁊ min⁹ eo nõ ducit fortez ad sincopĩ:vt exempli gratia extrahẽs in sexquilatera plus ⁊ hec que sit.c.que faciet iuuamenta et vitabit eadem nocumenta que facit et vitabit.b.et hec est infra sincopim.b.ꝟo ad sincopĩ. ergo ⁊c. ¶ Preterea arguit̃ rationib⁹ Auer. septio colliget.cõtra Gal.quarũ prima est ista. illa euacuatio nõ est faciẽda q̃ est inartificialis:sꝫ euõ vsqꝫ ad sincopĩ est inartificialis.g̊ nõ est faciẽda.tenet ꝯña⁊ maior est manifesta: sꝫ minor ꝑbat̃.illa euacuatio est inartificialis que est cõtraria operationi nature:sed euacuatio vsqꝫ ad sincopim est contraria operationi nature cuꝫ natura nõ faciat euacuationẽ vsqꝫ ad sincopim nisi in crisibus mortalibus. ¶ Secunda intentio euacuationis est euacuare superflua seruata tanta quantitate spiritus et humorum quod virtus non cadat: sed in flebotomia vsqꝫ ad sincopim virtus cadit.ergo non debet esse intentio ad faciendũ eam. ¶ Tertio si esset facienda flebotomia vsqꝫ ad sincopim maxime esset quoniam infrigidat malam complexionem fortẽ: sed istud iuuamentũ non est conueniens cum sit de per accidens.sequitur enim paucitatem sanguis et spiritus quod est nociuuꝫ. ¶ Quarto minus malum est quod post euacuationẽ aliquid superfluuꝫ maneat et cum hoc notabiliter de calore naturali quam quod totum superfluũ remoueat̃ cum maxima paucificatiõe caloris naturalis: ita vt cadat virtus:sed primũ fit per flebotomiam citra sincopim.Secundũ ꝟo per flebotomiam vsqꝫ ad sincopim.ergo pria faciẽda est:⁊ nõ scda. ¶ Quinto ſm plurimũ in sinocha hũores sunt superflui sanguini admixti apti ad putredinez qui per diminutionem caloris per flebotomiã vsqꝫ ad sincopim putrefient et facient aliam feb. cum calor naturalis diminutus nõ posset se a putredine tueri. ergo incõueniens est flebotomare vsqꝫ ad sincopim.

In oppositum est Galen⁹ nono terapentice. et Auicenna in parte presenti:quod si febres perseuerauerit tũc flõma ⁊ nõ cesses flõmare donec appropĩquet sincopi aut cadat in sincopim si corp⁹ forte fuerit.

Inter illos duos autores et Auer.,non oportet in ponendo concordiam elaborare sicut quidam tentauerunt cum a proposito sint discordes.Videamus ergo cuius rationes sunt fortiores et illum sequamur. ¶ Rões Auer.iam dicte sunt.audiamus rões pro opinione Gal.In primis Azarauius et Auẽzoar quibus Rasis maxie credit quos putat prestãtiores medicos quã Gal.sunt ꝯtra Auer.ĩ hoc ca. ¶ Ampli⁹ cõuenĩetius ẽ mai⁹ periculũ euitari minori periculo sed in flõmia facta vsqꝫ ad sincopim maius periculum euitam⁹.s.mortẽ paruo ꝑiculo.s.sincopi a q̃ homo resurget aspersiõe aque frigide. periculum autẽ qꝺ

aūt qd̄ euitatur ē mors festina p viā suffocatiōis et quādoq₃ ꝑpter apā alicuꝰ membri ꝓncipalis. ¶ Tertio si fiat flōmia vsq₃ ad sincopim ī sinocha nō putrida tollitur fe. et si fiat citra nō tollit feb. immo multotiēs ad putridā permutat q̄ multotiens ducit ad interitū: quare ꝛc. ¶ Quarto in infrigidādo est timor et minor quā euacuādo apud Auer. vij. colliget. sed vltimam infrigidationē concedit Auer. in sinocha. ergo vltimā euacuationem ꝓcedere potest. et iste sunt ratiōes medicoꝝ quoꝝ sciētie ꝛ experiētie credere debemꝰ. ¶ Et si q̄ratur an in sinocha putrida sit ducenduȝ vsq₃ ad sincopim p flōmiā sicut in sinocha nō putrida. ¶ Dicēdū ꝙ sic: quādo. s. egritudo nō dat indutias. ¶ Dicendū tamē ꝙ minorē flōmiā debemꝰ facere ī putrida ꝙ̄ in non putrida. vt dicit Gal. xjº. terapeū. v. ca. et hoc q₂ virtus in ea est minus fortis et sanguis sic nō est aptus eūoni. et tertio q₂ non posset feb. cessare per hanc flōmiā. quia in sanguine putrido nō posset subito fieri equatio cōplexionis ꝛ cessatio. Itē oportet cōseruare virtutē in putrida ad alias crises quare minus est extrahendū ꝙ̄ in nō putrida. licet vtrobiq₃ vt dictū est sit ducēduȝ vsq₃ ad sincopim. minor tamen flōmia in putrida ducit ad sincopim quā in nō putrida ꝑpter maiorem debilitatem virtutis et maiorem malitiam materie.

His ita determinatis respōdēdum ē ad ratiōes ꝯtrariū suadētes. Ad rationē Ras ꝛ Aui. dicendū est, ꝙ ptitio est melior si nō fuerit ꝙ necessariā faciat festinationē. sed vbi timeat mors festina que aliquādo accidit in. xij. horis potius eligēda est flōmia vsq₃ ad sincopim. ¶ Ad scd̄am rationē de duobus flōmatis vsq₃ ad sincopim mortuis ꝛc. Dicendū est illos mortuos fuisse: quia nō fuerūt seruate debite circūstātie nec tenor ꝟtutis eoꝝ. Et quāuis nō recitet ibi aliquos flōmatos infra sincopim mortuos fuisse vi sincopis: fuerūt tamen mortui vi egritudinis ducētis ad prefocationē vel ad apā mēbri nobilis. ¶ Ad tertiū dicit ꝙ sincopis est accidens seuissimū ꝛ maxime vitandum quātum est possibile nec medicus flōmans intendit ꝓncipaliter sincopim. immo vitat quātū est ei possibile cū remedijs opportunis. sed hn̄ statuit in mente sua tantam sanguis quātitatē haurire etiā si esset casurus in sincopim vt vitent maiora pericula. ¶ Ad quartā rationē negat añs. et quāuis diuidat flōmia in modico tēpore in duas partes: illa tamē nō poterit ꝓhibere nocumentū mortis festinū sicut ꝓhibet continua eiusdē quātitatis extractio. ꝛ ad confirmationē forte negatur suppositum.

Contra pro ipso est expientia. nā sanguis egrediens paulatim ex naribus minus debilitat quū si egrederet velociter et cōtinue. et est idē iudiciū de sanguine mēstruali et emorroydali. ergo simile erit de sanguie extracto p flōmiā. ¶ Preterea aqua ydropicoruȝ et santes empicorum paulatim et successiue educta minus debilitat. immo cum paulatina et successiua euacuatione liberatur ydropicus extrahēdo totā aquositatē. et silr empicus attrahēdo totā materiā in pectore contentā: et vtraq₃ istarū velociter educta anteq̄ꝫ totaliter extrahat interficit debilitādo ꝟtutē. Et hec iuuamēta sunt. vj. afforismoꝝ. affo. xxviij. Quicūq₃ empici aut ydropici incidunt aut vrunt. Idē sanie paulatim et successiue ex apate magno educta. quare suppositū nō pōt negari. ¶ Rn̄r ꝯcedēdo suppositū ꝛ admittēdo casum et tūc dicit ꝙ. c. flōmia extrahēs sanguinē in sexq̄latera plus nō facit eadē iuuamēta nec vitat eadē nocumēta. nō eñ vitabit festinā suffocationē: neq₃ apā qd̄ vitabit p miorē quātitatē sanguinis. ideo ī his casibꝰ extremis faciēda ē flōmia lata satis de sanguie in puo tp̄e educēs. ¶ Ad pmaȝ rationē Auer. ꝙ nō tantū illa eūatio ē naturalis q̄ imit at naturā: imo qn̄q₃ illa q̄ est opatiōi nature ꝯtraria: sicut qn̄ natura mutat materiā ad aliquod mēbrū qd̄ apābit et medicꝰ ꝓhibȝ cū repcussiuis. Itē illa q̄ supplet defectū nature vbi deficit sicut cū ars abscīdit mēbrū putridū qd̄ natura nō facit. et sic in ꝓposito ars supplet opationē nature. ¶ Ad scd̄ȝ dr̄ ꝙ intētio eūonis ē educere superflua ꝓuata ꝟtute a casu a quo nō possȝ releuari. sȝ ꝙ notabilr̄ ꝟtꝰ debilitet hoc nō intēdit eūo. ¶ Ad tertiū dr̄ ꝙ multa iuuamēta de p accn̄s sunt cōueniētia sicut infrigidatio corpis febriētis p exhibitionē scamomee. ꝛ sicut curatio tetani cuȝ balneo aq̄. vij. affo. ¶ Ad aliaȝ negat maior. nā casus ille ꝟtutis facile remouebit sed fe. remanēs facile trāsibit in putridā et forte seq̄tur egri festina mors. ¶ Ad vltimum dicitur ꝙ virtus deonerata leuata a sincopi deonerata sanguine superfluo mouebitur contra humores illos et expellet: quos non expulisset nisi fuisset facta tanta sanguinis eūatio: qd̄ affirmat Aui c. d. Et fortasse seq̄tur flōmiā vltimā statim fluxus colicꝰ et sudor quē opȝ oī hora abstergere donec ꝯtinuet ꝛ fortasse sanabitur.

¶ Cura fe. sanguinee nouē exigit ītētiōes. pma est debitū regimē sex reꝝ. scd̄a ē eūo. tertia ē calitatis extictio. q̄rta ē digō. q̇nta mūdificatio. sexta ē vrie ꝓuocatio. septia resolo. octaua cordis ꝛ mēbrorū ꝯfortatio. nona accn̄tiū correctio. ¶ Regimē sex rerū dȝ eē frm̄ sȝ mlto magis ī sinocha nō putrida ꝛ in sinocha sili causoni. ī sinocho ꝟo ī quo ē putrefactio ab hūore crudo grosso vl aquoso nō ē necesse ī fridare mltū. ꝛ dieta dȝ eē subtilis. sȝ subtilior in sinocha nō putrida ꝛ sinocha sili causoni ī q̄bꝰ Aui. laudat iuiubas: sȝ deberēt decoq̄ ī aq̄ post earū incisionē. ꝛ ius eaꝝ siue ipsaꝝ hrīst ꝯuēit. īfrīdat eñ et ingrossat. Silr ꝯfert hrīst lentiū abiecta prima aq̄ ꝯditis cū aceto granatoꝝ vel sumach. Itē laudat cucurbitas acetosam. portulacā. lactucas endiuiā. cucumeres. pruna. pira. poma. q̄ oīa coquētur vt decet. Silr laudat acetositas citri. arancij: limonis. cerasa acria. berberis agresta et vinū granatoꝝ cū aq̄ sit potꝰ eoꝝ. ī sinocho ꝟo qn̄q₃ oȝ dietare dieta grossa ꝛ restauratiā: et conari sūmopere vt comedāt sicu ī pestilētialibꝰ. cuius cā est vt sanguis bonꝰ restauret cū p̄exn̄s sit corruptꝰ: et in hoc sinocho opȝ cū cibis miscere cala vel frīda sȝ gradū egritudinis ꝛ causam eiꝰ prohibētia putredinē. Frigida vero q̄ miscētur sunt scd̄m plurimū acetū ꝛ reliqua acetosa. Itē sandali: coralli: margarite et similia. calida vero sunt cinamomum gariof. et similia boni odoris cōuenientia quādo humores frigidi sunt admixti faciētes sanguinē putrere et tunc conueniunt abstersiua subtiliatiua īcisiua quādo humores admixti sunt crudi grossi. Si vero sunt crudi aquosi huiusmodi declinēt ad siccum cum pauca incisione et abstersione. et tunc milium et pannicum et far essent conuenientia. vinum carnes et oua non conueniunt nisi in declinatione aut nisi timetur casus virtutis. ¶ Secunda intentio scilicet euacuatio perficienda est flebotbomia quam cito ē possibile. ventre tamē existente pleno fecibus, premittatur clistere lenitiuū

gorum q̄ sunt in sto eductiuū.et post eorum eductionez q̄ cito est possibile flomet ex venis brachij ex qb⁹ eligat basilica sanguie multū īflāmato circa spiritualia ⁊ epar peccāte.nigra vo pctō exñte ī toto. si vero in casu fuerit retētio emorroydarū aut mēstruorum premittat flōmia saphenarum:deinde flōmētur vene manus.et nō est in hac febre expectanda digō q̄ expectat ī alijs febrib⁹ a b alijs hūorib⁹ pēdētib⁹ pcipue ī sinocha. In sinocha vo vbi eēt admixtio multi fl'atis grossi cū sanguine:⁊ nō esset opus magna festinātia pmissa flōmia minoratiua ante scdaz flōmiā pmitte digestiuū.⁊ si nō possent flōmari manus vene flōment alie vene ppinque his in iuuādo. Et A.mēorat flōmiā vene frōtis aut apponātur vētose cū scarificatiōe aut sanguisuge in natibus ⁊ in spatulis.et si nihil horum fieri posset soluat venter scdm exigentiā humorū peccantium.et hec flebothomia de qua supra esse copiosa ⁊ magis in sinocha q̄ in sinocho. Et minori etiā flōmia sincopizat patiēs sinochū q̄ sinocham. Et ne decipiaris nota q̄ non debet esse tua intētio vt eger cadat in sincopim:immo debes illam phibere quātū est possibile. Sed intētio tua debet esse vt extrahat tāta quātitas sanguis que sufficiat ad curā etiā si p eā duceret ad sincopim. Quātitas aūt sufficiēs ē cōiter ab.j.lib. et.ß. vsq ad.ij.Sed cū extraxerit lib.j.si superuenit sincopis dimitte p tūc. et ipo releuato a sincopi cum remedijs opportunis extrahe residuū. Est tamē meli⁹ si egritudo dat idutias partiri flōmiā. nā his aut ter poteris iterare flōmiā in die naturali:imo in 12.horis. ¶ Tertia intētio ē extinctio caliditatis diuersimode perficiēda.in sinocha eñi ⁊ sinocho assimilato causoni cū vehemēter extinctiuis sicut cū aqua ordei infrigidata in magna quātitate. Itez cū aqua portulace acetose vino granatorum oxizachara et similibus frigidis actu et potētia et etiā cū exterius applicitis.et his nō sufficiētibus cuz potu aque frigide vsq ad satietatē quādo adsunt oēs vel plures cōditiōes suadētes potū aq̄ frigide.Sed si nō sit tanta caliditas qz forte sanguini est mixtus humor grossus crudus aut subtilis nō est opus tanta infridatione. sed sanguine existēte grosso crudo dent subtiliātia sicut sirupus acetosus simplex aut oxizachara cū aqua endiuie ⁊ filiibus.et ipso existente subtili aq̄ iuiubarū et filiuz. ¶ Et nota q̄ exhibitio horū infrigidantiū nō premissis oibus opportunis multo magis noceret q̄ iuuaret.quapropter procedendū est scdm intētiones pdictas. ¶ Quarta intētio est digestio in qua intēdunt duo.vnū est eq̄tio substātie grosse p subtiliantia sicut est sirupus acetosus oxizachara.aq̄ endiuie ordei et similia.et subtilis p ingrossantia sicut est aq̄ iuiubarū lentiū et similiū.Alterū ē phibitio putredinis ad quā phibendā cōfert acetum et acetosa.acetosa itaq sunt cibis et rebus medicinalibus īmiscēda sicut acetū agresta. vinū granatorum.acetositas citri et similia. ¶ Quinta intentio.s.mūdificatio fiat cū soluētibus hūores sanguini admixtos:colerā quidē cū aqua fructuū cui aliquid modicum diaprunis solutiui et electuarij succi ros.addi pōt.Flegma quoq aquosum cum cassia dissoluta cū decoctione turbith sine admixtione.zinzi.sed flegma grossum cū aqua dissoluta cū decoctione turbith correcti cū.zinzi.agarico et similib⁹.melācolia vero cuz aq̄ lactis sene et epithimo. ¶ Sexta est vrine puocatio cum decoctione se.fri.cū sirupo acetoso composito dissoluto cum aqua sparagorum. ¶ Septima intentio que est resolutio cōpletur cum fricationibus et cū prouocatione sudoris ad quē puocandū iuuat aqua ordei cū pauco vini subtilis. Itē suffumigatio cū aqua calida super lateribus aspsa ipso iacente in lecto et pannis debite cooperto. ¶ Octaua intentio.s.membrorū nobilium confortatio perficitur cū trociscis de cāpho.trocis.de spodio sandalis ⁊ similibus. ¶ Nona intētio.s.accidentiū correctio perficitur scdm eorum exigentiam.

¶ De feb.flegmatica. Ca.xlvj.



Sciuisti qd feb.putredinis flegmatis quādoq est paroxisinalis. et quādoq est inseparabilis.⁊ sciuisti causam in hoc.

¶ Superius egit de febribus colericis ⁊ sanguineis:hic agit de flegmaticis. Hz hec pars ptes tres.in pma agit de his fe.in gnali.in scda in speciali ponēdo signa.in tertia curā.scda ibi. (In illa quidē.)tertia ibi.(Cura huius egritudinis diuersificatur).Primā partē seu pmū capitulum in qnq partes diuido.in pma diuidit feb.fl'aticam in duas pmas species.in scda ponit tpa eius ipa adinuicē cōparando.in tertia ponit ei⁹ causas.in quarta q̄ corpa sint ad eā magis disposita. in q̄nta ponit duos canones.secūda ibi.(Et sunt ei hore.)tertia ibi.(Et flegma q̄dē putridū.) q̄rta ibi.(Et plurimū quidē.)quinta ibi.(Et parū quidez euacuatur. ¶ In prima pte dicit. Sciuisti.s.in ca. de putredine q̄ feb.putredinis flegmatis quandoq est paroxismalis.i.interpolata. quandoq ē inseparabilis.i.continua. Sciuisti causam eius. fit eñi interpolata ex materia putrente extra venas.et continua ex materia putrente intra venas aut ex apate flegmatico intrinseco.

¶ Et sunt ei hore sicut in reliquis febrib⁹. Et minor horarum sui principij scdm plurimū est.xviij.dierum.et eius eradicatio in pluribus est intra.lxiiij.dies. Et saluior eorum est illa que est mundorū tēporū.et precipue illa que ē mlti sudoris.significat eñi subtilitatem materiei et paucitatem eius ⁊ raritatem corporis. Longior ergo partiū huius egritudinis est augmentuz: quāuis eius declinatio iterum sit longior declinatione tertiane plurimum.

¶ In hac scda parte dicit:qd hec feb.habet tēpora tam vniuersalia quā particularia sicut relique fe.scdo dicit qd ad minus suū principiū vniuersale durat.xviij.dieb⁹.Dicit tertio q̄ huius feb.eradicatio est scdm plurimū intra.xliiij.dies.quarto dicit quod illa feb. flegmatica est saluior que est mūdorum teporum.alias.temporū precipue illa q̄ est multi sudoris .significat eñi mult⁹ sudor paucitatem materie:subtilitatem eius et raritatē corporis.quinto dicit q̄ longior partiū huius egritudinis est augmentū quāuis eius declinatio sit longior declinatione tertiane vt plurimum.

Contra.secundū dictū instat.si pncipiū durat.xviij. dieb⁹ et tota.feb.durat.xliiij.ergo tpa reliq̄ eēnt minora diuidēdo residuū in tres ptes.pñs est cōtra auctoritatē Aui.dicentē q̄ augmētum est longi⁹ tēpus hui⁹ egritudis. ¶ Dicit.Gē.q̄ pncipiū i fl'atica ē lōgi⁹.qz hūor frid⁹ ⁊ viscosus tardat accēssionē ⁊ appitionē digōis:sz q̄ hec lōgitudo fit 18.di.nō possz pbari:sz stat expimto ⁊ testificatiōi auctorū

Champerius. Amphemerin⁹ febris vocitata est: qd diei noctisq spacia aliq̄ obtineat:i naturis magis pituitosis residet: et hiberno tpe: senesq et pueros magis infestat ppter edacitates ⁊ pcipue ī hūidis fridisq locis degētib⁹:et vitis segnib⁹ cuz saturitate:et magis cū in cibis ptinue sese lauerint:ac mlto magis cum ipa cibaria natura suapte sūt magis pituitosa:et manifesto inordinata.incipit non cū rigore statim primo die iuadit: sed frigiditate circūcepti magis difficilē calorem habent.

auctorũ. nõ eñi est dubiũ qõ in febrib⁹ fl'aticis tã ɔtinuis q̃ interpolatis diu stat cruditas in vrina anteq̃ appeat signũ digõnis manifestũ: ideo pñcipiũ est longũ. ¶ Sed ad rõnẽ in ɔtrariũ dicẽdũ pmo q̃ p pñcipiũ hic nõ intelligim⁹ pñcipiũ ppe sumptũ distinctũ ɔtra totũ augmẽtũ qõ excludit signa digestionis manifesta. sed intelligẽdũ ẽ pñcipiũ includẽs ptẽ augmẽti. s. vsq3 ad apparitionẽ manifestoꝝ signoꝝ digõnis q̃ si icipiãt apparere vsq3 ad. 20. dies erit terminus circa. 40. aut xliiij. scõm gñales sermones Ga. i cõ. affo. quarte pticule. Quibuscũq3 in feb. in. vij. termiat aut i. ix. Tadeo tñ visum ẽ qõ text⁹ debeat dicere eradicatio ẽ intra. lxiiij. dies. Et forte sermo ei⁹ est ver⁹ in fl'atica iterpolata. sed in fl'atica ɔtinua põt terminari ifra. xliiij. dies. ceteris eñi pib⁹ ɔtinuũ ẽ breuius suo iterpolato apõ Gal'. et fm Tadeũ ratio nihil cõcludit. attribuem⁹ eñi pñcipio. xviij. dies. augmẽto. xx. statui. 10. Est eñi ceteris breuior declinatiõi. xvj. et summa erit. lxiiij. ¶ Notandum p declaratiõe q̃rti dicti. qõ si text⁹ dicit mũdorũ teporũ est clar⁹. illa eñi fl'atica q̃ h3 tepores magis mũdos. i. magis primos ṽe q̃eti est magis salua. significat eñi hũorẽ putrentẽ eẽ pauciorẽ minus grossum ⁊ min⁹ viscosum ⁊ maiorẽ pportionẽ ṽtutis, supra morbũ vel ad materiã. Ille aũt tepor de quo ẽ hic sermo est q̃ durat. vj. horis. et i ɔtinua ẽ remissior fe. q̃ in tpe pcedẽti. sed in iterpolata nõ est fe. sed neutralitas fe. Si vero text⁹ dicat tẽpoꝝ verus ẽ. illa eñi febris q̃ h3 tpa magis mũda. i. minus ɔfusa ẽ salutior. et tpa dicũtur mũda q̃ nõ confundũtur. et illa immũda q̃ cõfundũtur. Nã aliqñ in his febrib⁹ post statũ vr̃ redire pñcipiũ pp difformitatẽ materie. q2 aliqñ post manifesta signa digestiõis appebit in vrina cruditas moto hũore grossiori ⁊ viscosiori ⁊ faciẽte nouam opilationẽ. Ita etiã in pñcipijs particl'arib⁹ vr̃ aliqñ post statum redire augmẽtu3 pp difformitatẽ materie. et hoc significat lõgitudinẽ: et q̃nq3 malã morbi terminationẽ. vbi ecõtra mũdicies de q̃ supra significãdo materie vniformitatẽ et pportionẽ ṽtutis ad ipam significat salutẽ et breuitatẽ. ¶ Scdo notandũ q̃ fl'atica ẽ salutior q̃ est multi sudoris si ille sudor sit fact⁹ in pcessu iã apparẽtib⁹ signis digestionis. significat eñi obedientiã materie et pportionẽ virtutis ad eã. Si ṽo fiat mult⁹ sudor a pñcipio nõ significat salutẽ: sed magis longitudinẽ ṽndo materiã illã expelli ppter multitudinẽ et non ppter digestionẽ. ¶ Tertio notandũ q̃ sudor multus nõ significat paucitatẽ materie absolute: imo potius multitudinẽ: significat tamẽ paucitatẽ materie in ɔparatiõe ad illã que esset tãta q̃ suffocãdo calorẽ innatũ faceret ipm impotentẽ ad ei⁹ expulsionẽ. Aliter significat paucitatẽ materie et q̃ materia paucificat̃. ⁊ ɔñr breuitatẽ egritudinis pcipue si paroxismi sequẽtes minorẽtur. ¶ Ultimo notandũ q̃ vltimũ dictũ huius partis põt dupliciter itelligi. Primo q̃ scõm pl'm declinatio flegmatice est longior declinatiõe tertiane non semp cũ interdu3 reperiat̃ flegmatica vnius aut duorũ dierũ. Secundo q̃ declinatio flegmatice est plurimũ. i. valde lõgior declinatiõe tertiane ceteris paribus: et est notum.

¶ Et flegma quidẽ putridu3 quãdoq3 est vitreũ. et quãdoq3 est acetosum. ⁊ quãdoq3 est dulce. et quãdoq3 est salsum. et tu iã sciuisti quomodo ex salso fit causon.

¶ In parte psenti ponit causas flegmatice dicẽs qõ flegma putridũ faciẽs flegmaticã q̃nq3 est vitreũ. q̃nq3 est acetosum. q̃nq3 dulce. q̃nq3 salsum. Et dicit q̃ tu iã sciuisti. s. in ca. de causone quõ ex flegmate salso fiat causon. ¶ Cõtra pmũ dictum instat̃ arguẽdo Auicẽ. de insufficiẽtia. natura pter hos modos fl'atis repitur flegma crudũ. flegma mucillaginosum. fl'a insipidũ. fl'a aquosum põticum ⁊ gipseũ. Respõdet̃ qõ gipseũ nõ facit febrẽ sed crudũ et mucillaginosum dant̃ intelligi p vitreũ. sed insipidũ et aquosum ɔprehendunt̃ p fl'a dulce. põticũ vero p acetosum. ¶ Pro notitia scdi dicti hui⁹ partis notãdũ qõ fl'a salsum putrẽs in corde aut locis sibi ppinq̃s facit causonẽ. putrẽs vero in venis puis: facit ɔtinuã exacerbantẽ quotidie. putrẽs vero extra venas facit quotidianã interpolatam.

¶ Et plurimũ q̃dẽ accidit feb. flegmatica humidis et quietis et senibus et infantib⁹ et patientibus nauseatiuam satietatẽ: ⁊ exercitãtibus et balneãtibus se super repletionẽ. ⁊ habẽtibus eructuationẽ acetosa3: et habẽtibus repletionẽ: ⁊ patientibus descensum humoris et fit catarrus ad stomachum qui putrefit in eo.

¶ In hac pte ostẽdit corpa pata ad hãc febrẽ di. q̃ pl'm accidit hũidis. s. q̃ sunt fl'atici nõ aũt hũidis sanguineis et q̃etis. multiplicãt eñi fl'a ⁊ senibus et pprie decrepitis et infantibus pp humiditatẽ et multã comestionẽ et patiẽtibus nauseatiuã satietatẽ. s. cũ corruptiõe ad acetosum et exercitantibus et balneãtibus se post repletionẽ. s. cibi. quia nõ fit bona digestio spiritib⁹ distractis a stõ ad istrumẽta motus et ad circũferẽtiã. et habentibus eructuationẽ acetosa3. q2 causat et significat multitudinẽ fl'atis et habẽtib⁹ repletionẽ fl'atũ et patiẽtibus discrasiã humorũ et catarrũ ad stom qui putrefit i eo. Est eñi catarrus scd3 plurimũ fl'aticus. q̃nta tertij. Raro vero accidit iuuenibus ⁊ colericis. Unde Gal'. in terapentica ad Glauconem nunq̃ vidit adolescentẽ colericu3 captum a febre flegmatica.

¶ Et parum quidem euacuatur a lesione in ore stomachi.

¶ In pte psenti põit duos canões. Prim⁹. patiẽs fl'aticã raro euat̃ a lesiõe oris stõi. q2 stõach⁹ ẽ minera fl'atis. iõ fl'atica nocet stõ sicut t̃tiana felli et epati. et q̃rtana spleni. vt Rasis. xvj. continentis.

¶ Et scias q̃ cũ omni feb. cũ qua ẽ frigus constringitur pulsus et minoratur.

¶ Hic ponit scõm canonẽ. in oi feb. cũ q̃ est frigus stringit̃ pulsus quãtũ ad vnã dimẽsionẽ q̃ est latitudo. Et fit puns quãtũ ad oẽm sequẽdo vocabl'a Gal'. in li. de dr̃ijs feb. et cã nota ẽ ex sepe dictis.

¶ De signis flegmatice periodice. Cap. xlvij.



IN illa quidẽ in qua cã est flegma vitreũ aut acetosu3 frigus multiplicat̃ valde. et rigor in vitreo est vehemẽtior. At frigus non incipit in ea subito: immo paulatim in extremitatibus. deinde perueniunt ad hoc vt fiant sicut nix: que nõ calefiũt nisi cũ difficultate: neq3 calefiũt subito neq3 scõm gradationẽ continuã: imo paulatim cum reditu frigoris. et fortasse cõmi

scetur frigori ei⁹ in principio rigor. Fit ergo frigus propter illud q̄d non putruit. et horripilatio propter illud q̄d iam putruit. ꝛ maius frigus eius et ipsius rigor sunt in periodis status.

¶ Hic ponit signa febrium flegmaticarum. et primo earū q̄ cōiter eueniūt. scdo raro euenientium q̄ scd̄m plurimū sunt flegmatice. scd̄a ibi. (Et sunt feb.) prima in duas. in p̄ma ponit signa flegmatice interpolate. in scd̄a ꝯtinue. scd̄a in sequētis capituli principio. (Sunt sicut reliq̄ signa.) p̄ma iterū in duas. nā in prima ponit signa flegmatice interpolate ꝓpria scd̄m causas eius. in scd̄a ponit signa flegmatice continua omni speciei eius. scd̄a ibi. (Et plurimi quidez ꝑiodi.) p̄ma in tres. in p̄ma ponit signa facte a flegmate vitreo et acetoso. in scd̄a facte a flegmate salso. in tertia facte a flegmate dulci. scd̄a ibi. (Illa vero.) tertia ibi. (Illam autē.) Prima in duas. nā in prima ponit signa dicta. in scd̄a īmiscet quedā signa cōia flegmatice. scd̄a ibi. (Et hec q̄dez feb.) ¶ In p̄ma ꝑte dicit ꝙ in illa in qua cā est flegma vitreū aut acetosum frigus multiplicat̄ valde. et rigor in vitreo est vehemētior. s. quo ad durationē licet nō necessario quo ad intēsionē. ¶ Scd̄o dicit: q̄d frigus nō incipit in ea subito. i. q̄d in paruo t̄pe notabiliter intendatur: immo paulatim in extremitatibus. et deinde paulatim perueniūt ad hoc vt fiant sicut nix qui nō calefiūt nisi cū difficultate nec calefiūt subito. nec scd̄m gradationē cōtinuā. immo paulatim cū reditu frigoris. s. postq̄ inceperunt calefieri. ¶ Tertio dicit q̄d fortasse. i. aliquādo admiscetur frigori rigor in principio scz particulari. fit ergo frig⁹ ꝓpter illō fl'a q̄d nō putruit: ꝛ horripilatio siue rigor ꝑꝑ illud q̄d iam putruit. ¶ Ultimo dicit: q̄d maius frigus et maior rigor ī sunt periodis status. ¶ Primo notādū pro noticia primi dicti. q̄d causa multiplicatiōis frigoris ī flegmatica vitrea ꝛ acetosa ē quia illa flegmata sunt valde frigida et frigidiora quā reliqua flegmata nostri corꝑis. certū tamen est q̄d flegma vitreū est magis fr̄m quā acetosum. Unde Ras. xvi. cōtinētis. In vitreo est frigus forte. nam ipsum est ceteris frigidius licet aliquādo acetosum magis infrigidet quā vitreū propter subtilitatem substantie sue potēs magis in profundū penetrare. est tamen ceteris paribus frigus sequens flegma vitreum longioris durationis quā frigus sequēs flegma acetosum: lz illud possit esse intēsius. et causa sumitur ex mō substātie vtriusq̄. similiter rigor est vehemētior in vitrea. i. longior: lz in acetosa sit intensior. qꝛ flegma acetosuz subtilitate sue substātie velocius mouetur ad mēbra sensibilia. et cum hoc sua punctiōe magis stimulat expulsiuā. ¶ Secundo notandū ꝓ notitia scd̄i dictū. ꝙ licet tam ī vitrea quā in acetosa frigus paulatim intendat̄ ī extremitatib⁹. et lz extremitates postq̄ sunt infrigidate nō calefiāt subito nec scd̄m gradationem cōtinuā: īmo tarde et cū reditu frigoris.. hec tamē tardatio et difformitas infrigidatiōis et calefactionis est magis in vitrea quā in acetosa ꝓpter maiorem grossitiē et difformitatem flegmatis vitrei quā acetosi. ¶ Tertio notandū pro notitia tertij dicti. ꝙ rigor admiscet̄ frigori in principio paroxismi siue rigorē accipiam⁹ ꝓprie siue cōiter. s. vt est cōis ad rigorē ꝓprie sumptū ꝛ horripilationem. et rigor magis seq̄tur flegma putrēs. qꝛ magis subtiliatū est ꝛ veloci⁹ mouet̄ ad mēbra sensibilia. et ecōtra frigus magis seq̄tur fl'a nō putridū. qꝛ sua intēsa fr̄itate ē magis aptū infrigidare. ¶ Ultimo notādū pro declaratiōe vltimi dicti frigus eē duplex. est eñ q̄dā positiuū: et illud ceteris paribus ē magis ī p̄ncipio vl'i q̄ in statu cū in statu materia hec sit magis calefacta q̄ ī p̄ncipio. Est aūt aliud frig⁹ p̄uatiuū sequēs reuocationez caloris ad ītra. ꝛ illud potest esse magis ī statu q̄ in p̄ncipio sicut ꝛ rigor ē maior siue ꝓprie accept⁹ siue cōiter ꝓpter velociorē motū humoris ad membra sensibilia in statu q̄ in p̄ncipio cū sit magis subtiliat⁹. ¶ Et nota sicut bn̄ dicit Gētilis. ꝙ Auicen. ꝛ alij auctores multuz abutunt̄ his terminis frigus rigor horripilatio: vnū pro alio accipientes: īmo aliquādo vnū istorū accipiendo tanq̄ sinonymū huic termino typus qui est cōmunis ad hec tria proprie sumpta.

¶ Et hec quidē feb. nō est ex materia que faciat punctionem ita vt sit causa rigoris ī via expulsionis. putredo nāq̄ eius est putredo rei lenis et incipit cū grauitate ꝛ profunditate somni. Et multotiens incipit in paroxismis primis sine frigore et neq̄ ē rigor: immo postponitur vsq̄ ad tēpus ꝛ fortasse erit frigus et non erit rigor. et multotiens incipit cū sincopi et nō fit. Et in hac quidem egritudine multiplicatur sincopis propter debilitatē oris stomachi et calum appetit⁹ ꝛ priuationē alistimbre q̄ est fundamentum materiei nutrimēti et virtutis.

¶ In ꝑte p̄senti īmiscet q̄dā signa cōia fere oī speciei fl'atice. min⁹ tñ ꝯueniūt pēdenti a fl'ate salso. Et p̄mo dicit: ꝙ hec fe. nō ē ex materia que faciat pūctionē: ita vt sit cā rigoris ī via expulsiōis. i. cū materia expellit̄ ad mēbra sensibilia. putredo eñ eius ē putredo rei lenis. i. non acute nisi sit fl'a salsum. Et ī summa vult hic dr̄e ꝙ hec fe. p̄m pl'm incipit sine rigore. Et ꝑꝑea cū dictū sit supi⁹ eā incipere cū rigore ꝑ rigorē ītellige rigorē cōiter sumptū cōem ad horripilationē et rigorē ꝓprie sumptū. freq̄nter eñ īcipiūt ꝑoxismi ei⁹ sine rigore ꝓprie sumpto. ¶ Scd̄m signū. ꝙ īcipit cū grauitate capitis et totius corꝑis ꝑꝑ m'ltitudinē materie ꝛ vapoꝝ. ¶ Tertiū signū. ꝙ īcipit cū ꝓfunditate sōni ꝑꝑ m'ltitudinē grossitiē et viscositatē materie ꝛ vapoꝝ. ¶ Quartū signū ꝙ multotiēs īcipit in primis. i. in p̄ncipijs vl'ib⁹ ꝑoxism⁹ sine frigore ꝛ sine rigore: īmo postponit̄. s. frigus ꝛ rigor vsq̄ ad tēpus ī quo materia erit subtiliata ꝑ actionē caloris. tunc eñ mota veloci⁹ ad mēbra sensibilia faciet maiorē rigorē ipsorū ꝟtutē magis stimulādo ꝛ ꝯ̄r faciet mat⁹ frig⁹ nō q̄dē positiuū qꝛ tūc erit calior. s; p̄uatiuū reuocādo cal'm ītert⁹. Et subdit ꝙ fortasse. i. aliq̄n erit frig⁹ ꝛ nō erit rigor ꝛ maxīe ī p̄ncipio vl'i q̄n materia ē grossior ꝛ fridior ꝛ tardi⁹ mota sup̱ mēbra sensibilia. ¶ Quintū signū. et multotiēs erit cū sincopi ꝛ nō fit sincopis. s. sēꝑ. s; maxīe fit ī p̄ncipijs ꝑoxismorū. ꝛ ī illa q̄ pēdet ab hūore valde frido ꝛ m'lto. Ar erit cū sincopi. i. dispōe ad sincopim q̄ dicit̄ lipotomia et nō fit sincopis. s. ꝯpleta. Et subdit ꝙ ī hac febre multiplicat̄ sincopis ꝓpter tria. s. propter debilitatē et nocumētū oris stōi cui cor facile ꝯpatit̄. scd̄o ꝑꝑ casuz appetit⁹. tertio ꝑꝑ p̄uatiōe digestionis q̄ ē fundamētū. i. cā p̄ncipalis materiei nutrimenti. i. sanguis q̄ dz ꝯuerti in sp̄ūs et substātiā corꝑis. ꝛ cōsequenter supple

sequenter supple, est fundamentū virtutis naturalis vitalis et animalis. deficiente nāq; appetitiua non sumitur cibus et deficiēte digestiua nō digeritur. quare sequitur defectus cuiuscunq; virtutis ad quem sequitur sincopis.

¶ Illam vero que est ex flegmate salso sequitur horripilatio et nō fit vehemens frigus eius.

¶ Signa flegmatice pendentis ex flegmate salso ponit dicens ꝙ ad ipsam sequitur horripilatio et non fit frigus vehemens. scʒ positiuum. quia flegma salsum est calidum pungens membra sensibilia: et sic causans rigorem et horripilationem nō positiue infrigidans.

¶ Illam autē que est ex flegmate dulci raro antecedit in principio vsq; ad plurimos paroxismos horripilatio; neq; frigus. neq; rigor.

¶ Ponit signa pendentia a flegmate dulci dicēs: qd̄ raro in pͥncipio. s. vniuersali vsq; ad plures paroxismos antecedit horripilatio frigus aut rigor: eo qd̄ materia est satis grossa et benigna et male mota super mēbra sensibilia. sed postea subtiliata et calefacta a calore naturali digerente et a calore putredinali. et mota velocius super membra sensibilia causat aliquem typum.

¶ Et plurimi quidem periodi febris flegmatis incipiunt cum sincopi.

¶ In pte p̄senti ponit signa cōia cuicunq; speciei flegmatice. Et diuidit̄ i. xij. ptes scd̄m qd̄ sunt. xij. genera signorū. partes patebūt discurrendo per textum. Primū genus signorū est qd̄ plurimi periodi febris flegmatice incipiūt cum sincopi: ⁊ cā nota est ex superius dictis.

¶ Et iam apparet in ea ī principijs calor vehementior. et in postremis minoratur illud. Et est simile vt causa in hoc qm̄ putredo antecedit prius ad magis dulce et magis salsuʒ et magis subtile. deinde ad grossius et frigidius.

¶ Scd̄m genus signorum sumitur a calore. et habet quinq; partes scd̄m ꝙ quinq; ponit signa a calore. scd̄a ibi. (Et tactus caliditatis.) tertia ibi. (Verūtamē non.) quarta ibi. (Et qualitercunq; fit.) quinta ibi. (Et multotiens quidem.) Primū signum est hoc. In paroxismis primis calor apparet vehemētior et in postremis apparet minor. Et est simile. i. verisimile vt sit causa i hoc qm̄ pri⁹ icipit putrefieri magis dulce magis salsum et magis subtile. ⁊ supple magis calidum. deinde grossius et frigidius. sed humor magis subtilis ⁊ magis calidus est aptus cum putret magis calefacere quā humor grossior et frigidior. ¶ Notandum qd̄ sermo iste est verus in paroxismis habentibus pro causa antecedente vnum cumulū materie sufficientis ad plures paroxismos. nam tunc de illo cumulo pars mobilior citi⁹ mouebitur. s. dulcior salsior et subtilior. ideo paroxismi principij erūt maioris caloris. posterius autē mouebitur pars grossior frigidior et ad motum pigrior. vnde fient paroxismi minoris caloris. Sed cum paroxismi nō fient ex materia huius cumuli: sed ex ea que de nouo generatur talis erit calor huius paroxismi qualē cōtingit generari materiā q̄ prius nō erat.

Sed contra quia statim oppositū dictum fuit superius in flegmatica pendēte a flegmate dulci ꝙ paroxismi in primis non incipiunt cū typo. et in processu incipiunt cum typo materia magis subtiliata et propter subtiliationē mota veloci⁹ super mēbra sensibilia. ¶ Amplius oppositū dictū fuit superius de intentione cōmenta. Alexandrini super primo epidimiarū qd̄ in feb. de materia frigida ꝑoxismi status fiunt de materia subtiliori et velocius mota. vnde rigores paroxismorum in statu quartane sunt fortiores quā in eius principio econtra ī tertiana. et hic dicit Auicen̄. qd̄ flegma faciens posteriores paroxismos ē grossius. ¶ Ad hoc respōdetur. qd̄ sermo Auicen̄. in parte p̄cedenti et commenta. Alexandrini intelligit̄ in materia vniformi in modo substantie. sed sermo Auicen̄. hic intelligitur in materia difformi. Et ex his sequitur qd̄ aliquādo materia flegmatica mota in statu ē subtilior certa data mota in principio. aliquādo grossior: aliquando equalis scd̄m maiorē aut minorem acquisitionem subtilitatis per actionē caloris digerentis. ¶ Secūdo. et melius dici potest qd̄ semꝑ materia flegmatica posterius mota est subtilior sibi simili mota in principio cum digestio in flegmate procedat subtiliando. et hoc voluit Auicen̄. in parte precedenti. et Cōmenta. Alexandrinus: cum quo tamē stat qd̄ mota posterius: quāuis subtiliata per digestionē fit grossior certa data indigesta mota in principio. Sunt et alie solutiones quas omitto vt breuitati indulgeam.

¶ Et tactus caliditatis eius in primis ē debilis et vaporosus. deinde cum prolōgatur positio man⁹ super mēbrum sentit manus acuitatem ⁊ mordicationem.

¶ Hoc est scd̄m signū sumptū a caloris modo. et ē qd̄ tactus caliditatis eius. s. flegmatice est in primis. ideo primo occursu debilis et vaporosus. sed cum prolongatur positio manus super membruʒ sentit membrū acuitatem et mordicationem. Huius causa est: quia vapor flegmaticus perueniens ad manum in primis est paucus et tardus ꝑ grossitiem: sed postea cumulatus sub manu in magna quātitate facit impressionem fortem.

¶ Verūtamen nō est similis neq; equalis in omnibus super que cadit manus: immo est diuersa: quoniā inuenit in loco vno asperitatem: et in loco alio lenitatē. et est quasi caliditas colere post rem cribellatam: qm̄ flegma viscosum ē. quare diuersificatur ei⁹ passio a caliditate sicut accidit ī reliquis viscosis cum ebuliunt. ipsa enim disrumpuntur in quibusdam locis et non disrumpunt̄ in locis alijs.

¶ Hoc est tertium signum sumptum a modo caloris. et est quod caliditas non est equalis in oībus partibus super que cadit manus: īmo est diuersa quoniā in vno loco representatur aspera siue acuta et in alio loco lenis: et est quasi caliditas colere per cribellum. et est vt sit manus super cribellū et perueniat caliditas ad manum per foramina cribelli. in partibus enim manus que obuiabunt foraminibus cribelli sentietur caliditas acuta. in reliq̄s partibus mitis. Ita apparet tangenti mēbrum patientis flegmaticam: qm̄ flegma est viscosum: quare diuersificatur eius passio a caliditate sicut accidit reliquis viscosis cum buliunt. ipsa enim disrumpuntur in quibusdam locis et

nō in alijs. et a locis in quibus fit disruptio egreditur vapor calidus multum imprimēs in manuz a reliquis partibus.

¶Et qualiscūq; sit caliditas eius scđz plurimū minor est quā vt inflāmet. ⁊ angustiā faciat et magnificet desiderium aeris frigidi et aque frigide: et inspissationis et rarificationis anhelitus magni et exufflantis.

¶Hoc est quartū signū a modo caloris sumptuz. et dicit qđ q̄litercūq; sit. i. siue sint semꝑ vera ea q̄ statim dicta sunt siue nō. q2 possibile ē q nō sit ita licet eñ ꝑtes viscosi flegmatis sint diuerse ī euaporatione. tamē illi vapores venītes versus cutim possunt vniformiter ꝑ cutim disꝑgi ⁊ fiet representatio eq̄lis oībus ꝑtibus manus tangētis tamē hoc est verū scđm plurimū. q2 calor flegmatice nō est ꝑueniēs ad hoc vt inflāmet et faciat angustiā circa ꝑcordia ⁊ magnificet desideriū aeris frigidi: qđ maxime cognoscit̄ ꝑ anhelitū magnū velocē et frequentē et desideriū aque frigide: quia nō valde sitiūt. et desideriū inspissatiōis. i. discoperiendi se: ad quā sequit̄ inspissatio pororum: ⁊ rarificatiōis. s. post coopertionē. patiētes eñ febres acutas nūc se discooperiūt. et postea se cooperiūt. nō ita faciūt patientes febres flegmaticas. stant eñ scđm plurimū coopti cū nō habeāt magnū incendiū: et nō habēt etiā anhelitum magnū et exufflationē. i. valde velocē in cōstrictione et minus in dilatatione. nā quāuis sit multo maior necessitas constrictionis pulsus et anhelitus: quā dilatationis propter multitudinē vaporum tamen quia vapores illi non sunt valde calidi nō est magna necessitas constrictionis neq; dilatationis in comparatione ad febres acutas.

¶Et multotiens quidē accidit caliditati eius vt sedeat tēpore quo habet quātitatē hore vnius aut duarum horarū. quare estimatur q ipsa iam peruenit ad statum cum ipsa adhuc sit in augmento. videbis eñ eā iam incipere augmentari. et similiter sunt ei in declinatione stationes.

¶Hoc est q̄ntū signū a caliditate sumptū. Et dicit qđ multotiēs accidit caliditati flegmatice vt sedeat. i. stet in eodē gradu vna hora aut duabus. quare estimat̄ qđ iam sit ꝑuentū ad statū paroxismi cū ipsa adhuc sit in augmēto paroxismi. nā post illam stationem videbis eā incipe augmētari. et similiter sunt ei in declinatione particulari stationes quia nō delinat vniformiter postq̄ īcepit declinare. et hoc totū prouenit ex difformitate flegmatis. cum eñ eius effumat pars grossior stat calor in eodē gradu aliquāto tēpore nō sic est in terciana pura propter vniformitatē colere.

¶Et febres quidē flegmatis sunt multe opilationis ꝓpter multitudinē humiditatis et vaporis sui pauci sudoris ꝓpter viscositatē humoris. Et cum sudare facit est res non exuberans. et de proprioribus significationibus eius est paucitas sudoris et priuatio eius.

¶Hoc est tertium genus signorū et est q feb. flegmatice sunt multe opilationis. propter multitudinem humiditatis. s. flegmatice. que cum sit multa etiam grossa est et viscosa et vapores sui similiter grossi et viscosi. ¶Notandum qđ iste opilationes non apparent omnes in vrina sed solum ille que sunt in vijs vrine. s. epatis et partium ꝓpinquarum in quibus cū est opilatio est vrina subtilis. ille tamē que sunt in poris mēbrorū et in paruis venis ad mēbra terminatis nō sunt causa qđ vrina subtilietur sed potius impedirent sudorem et sunt pauci sudoris. i. raro sudant propter viscositatem humorū. ⁊ cū fit sudor est paucus. Et subdit qđ paucitas sudoris et priuatio ei9 est de proprioribus signis ipsius.

¶Et sitis quidem minoratur in febribus flegmatis nisi propter causam salsedinis aut causam vehemētie putredinis eius. et cum hoc est minor sitis que est in alijs.

¶Hoc est quartum genus signorum et est qđ sitis minoratur in febrib9 flegmaticis nisi quādo pendent a flegmate salso aut a flegmate qđ vehemēter putret. intensa eñ putredo est caliditas putredinalis intensa que exiccando facit multā sitim.

¶Et inflatio laterum multiplicatur ī eis et quandoq; accidit cuti lateris vt subtilietur cum tensione.

¶Hoc est quintū genus signorū. ⁊ est qđ inflatio laterū et totius ventris inferioris multiplicat̄ in patientibus flegmaticam. quia calor factus debilis est potens ad conuertendū humores inventositates et vapores grossos et non est potens ad illos resoluendum. ¶Secūdo dicit qđ quandoq; accidit cuti lateris vt subtilietur cum tensione. i. propter tensionem factam a vaporibus et ventositatibus. quando eñ aliquid extēditur scđm vnā dimensionem opus est qđ minoretur scđam alteram. Et nota qđ iste est quidā modus cazesie ⁊ dispositionis ad timpanitem ad quam forte adiuuat error digestiue stomachi et epatis.

¶Color autem patientium flegmatis febrem est decliuis ad viriditatem et citrinitatem currentes in albedinem ita vt sit illud quod aggregatum est sicut color plūbi vsq; in statu. Et raro quidem rubet color in eo cuius rubedo sit rubedo ī statu reliquarum febrium.

¶Hoc est sextum genus signorum. et est q color patientium flegmaticam tendit ad viriditatem ⁊ citrinitatem currentes ad albedinem quasi color sit mixtus ex viridi citrino et albo qui est sicut color plumbi vsq; in statum. s. particularem exclusiue. Secundo dicit quod raro rubet color in patiēte flegmaticam in statu cuius rubedo sit tanta quanta est in statu. scz particulari reliquarum febrium. s. calidarum. ¶Notandum quod calor tendit in viriditatem propter frigiditatem flegmatis et aliqualem mortificationem caloris innati. est eñ viriditas via in fuscedinem et mortificationem caloris innati. tendit enim in citrinitatē propter aliquale incendium scđm aliquam partem conuertens sanguinem ad naturam colere. Tendit enim in albedinem propter albedinem flegmatis et cutis. sed color aggregatus ex his trib9 est color plumbeus. et hic calor est vsq; ad statum particularem exclusiue. sed in statu facies aliqualiter rubet licet remisse.

¶Pulsus vero eius ē pulsus paruus submersus debilis rarus in primis: deinde fit frequens in fine.

¶Hoc ē septimū

¶ Hoc est septimū genus signoꝝ sumptū a pulsu et habet hec pars quatuoꝛ ptes. In pꝛima ponit quasdā differētias pulsus flegmatice. In scđa cōparat has differētias pulsus flegmatice ad differētias pulsus aliaꝝ fe. In tertia pte subdit alias differētias pulsus flegmatice. In quarta pte extollit hoc signū sumptū a pulsu. scđa ibi. (Et frequentia quidē eius.) tertia ibi. (Et est vehemētis diuersitatis.) quarta ibi. (Et significatiōes qdē) In pꝛima pte dicit ꝙ pulsus flegmatice ē paruus demissus. i. submersus debilis rarus in pꝛimis. i. in principijs particularibꝰ que oīa sequūtur debilitatē virtutis suffocate in pꝛincipijs particularibus a materia flegmatica multa grossa viscosa. Est autem rarus nondū flegmate ꝑ putrefactionem sufficiēter inflāmato. deinde fit freqns ī fine idest in ꝓcessu et maxime in statu particulari: flegmate tunc magis per putrefactionē inflāmato et potente coꝛ magis calefacere. et tunc fit maioꝛ velocioꝛ et foꝛtioꝛ et minus submersus.

¶ Et frequentia quidem eius. et eius paruitas vehementioꝛ est quā frequētia quartane et tertiane. et eiꝰ paruitas et vehementia frequentie eius est propter vehementiā paruitatis ipsius.

¶ Pꝛimo facit hanc cōparationē. scđo reddit causam dicti. tertio ponit aliā cōparationē. scđa ibi. (Et vehemētia frequētie.) tertia ibi. (Uerum nō est velocioꝛ.) In pꝛima pte dicit duo. pꝛimū ꝙ frequentia pulsus flegmatice est vehementioꝛ. i. maioꝛ quā frequētia pulsus q̄rtane et tertiane. In secunda parte reddens causam dicit ꝙ vehementia frequentie eius. s. pulsus flegmatice est ꝓpter vehementiam paruitatis ipsius vt per frequentiam restauret illud qđ deficit ex magnitudine.

Dubitatur vtrum pulsus flegmatice sit minoꝛ pulsu melancolice. nā qđ sit minoꝛ ꝗ pulsus melācolice nō est dubium. Et arguitur pmo ꝙ pulsus melācolice sit minoꝛ ꝑ Gal. scđo de crisi. ca. de quartana dicētē qđ quartana fe. in pncipio ꝑoxismi pōit pulsum in dispositiōe paruitatis quā nō seq̄tur egritudo p̄ter eā. ergo flegmatica nō habet tātā paruitatē pulsus quātam habet quartana. ¶ Itē Auer. iiij. collig et cap. de quartana dicit. pulsus q̄rtane est paruioꝛ plus quā sit in flegmatica.

Galenus.

¶ In parte presenti declarat qđ statim dixit nisi accidat cā fortis valde.Et etiaꝫ dicit ꝙ qn̄qꝫ vna causa est cā ethice sup.et non effi.et qn̄qꝫ est effi.et nō ethice ſm ꝙ forte imitatur et agit supple:aut debiliter.et ſm debilitatem suspensionis.i.fixionis sue.i.ſm ꝙ facile figitur aut difficulter.et declarans in exēplo dicit:sicut ignis.nā ipse obuiat lignis ſm duos modos:quorū vnus est ꝙ ipse calefacit ea et firmat in eis:et facit ea firmare et nō inflāmatur.scđs modus est ſm semitā inflāmationis.i.ꝙ ligna inflāmant̄:et remanet flāma in eis in absentia ignis inflāmātis.¶ Pro cuius declaratione sciendū primo:ꝙ q2 nō erat ita difficile ꝙ vna cā inflāmans possit facere ethicā et nō putridam:q2 putrefactio est passio determinati modi que nō est apta fieri a quocunqꝫ inflāmāte:immo interdū per cām valde calefacientē ꝓhibet̄:sicut est difficile ab aliqua cā inflāmante fieri ethicam et nō effimerā.Auic.hic specificauit cām aliquaꝫ inflāmantem posse facere ethicā et nō effimeram derelinquens quasi notū ꝙ possit facere ethicam

et non

et non putridaz.immo etiā difficilius est posse facere ethicā et nō effimerā q̄ ethi.⁊ nō humoralē sine putredie. ¶ Sciēdū scḋo q̄ ad esse cuiuscūq̃ fe. requiritur q̄ calefactū esse.i.q̄ caliditas sit fixa in aliquo subiecto nostri corpis.s.aut in mēbris quo ad ethicas:aut in spiritibus quo ad effi.aut in humore vel vapore quo ad humorales.nō em̄ sufficit sola caliditas fiens.nam sic vno febriente vno genere febriuz febriret quocunq̃ genere febrium. ¶ His ita premissis dicendū est q̄ cā aliqua fortiter calefaciens occurrens alicui corpori sicut sol:aut balneū calidū valde quāuis calefaciat membra humores et spūs:pōt tm̄ infigere caliditatem in mēbris et nō in humoribus neq̃ spiritib⁹.tum qz mēbra forte erūt arefacta paratissima ad ethicam.tum qz sunt dense substantie facile retinētia caliditatē sibi impressam in absentia agētis:non aūt sic humorales:aut spūs merito tenuitatis sue substantie:immo in absentia agentis remouet̄ caliditas sibi impressa ⁊ redeūt ad dispositionē sibi naturalem:sicut in exemplo de fulgure dictuz est. ¶ Et ita ex eodē fundamento dicendū est aliquaz cām inflāmantem posse facere humoralē ⁊ nō effimeram.Causa aūt leuiter inflāmans faceret effimeram et nō humoralē neq̃ ethicam:lz tanta posset esse dispositio passi q̄ ipsa citius faceret ethicam q̄ humoralem et humoralē q̄ effimeram.De causis aūt cōiter occurentibus corpori hūano fm plurimū effimera ē apta p̄cedere hūoralē:⁊ hūoralis ethicā:⁊ sic ethica rarissime fit incipiendo.

¶ Et fe.quidē putredinis et apatis pmutatur multotiens ad ethicam ppter vehementiam febris.et vehementiam subtiliationis cibi in ea et phibitionem aque frigide:⁊ paucitatem obseruatiōis lateris cordis cum vnctionib⁹ et emplastris et epithimatibus et pprie in egritudinibus membrorum vicinorū cordi:sicut dyafragmatis Et multotiens facit cadere in eam necessitas medicorū ppter casum virtutis et frequentiā sincopis ad dandū in potu vinum et aquam carnis et medicinam de musco et his similia.

¶ Hic cōplens causas dicit q̄ ethica aliquādo sequitur putridas nō apōsas ppter vehementiā earum.Itē ex errore medicorū cuz nimis subtiliant dietam ⁊ phibent aquā frigidam:⁊ nō infrigidāt regionem cordis pprie in egritudinibus membrorum vicinorum cordi.s.dyfragmatis:qn̄.s.apatur apate calido:et multotiens facit cadere in ethicā necessitas medicorū quādo cogūtur dare in potu vinū et aquam carnis dyamuscum et similia calida propter casum virtutis et frequentiā sincopis.

¶ Et quādo cōponitur ethica cū fe.putredinis et apatum:et ethica quidē in principio rei est difficilis cognitionis et facilis curationis:et in fine sui est facilis cognitiōis et difficilis curationis:et finis adubul non recipit curationem penitus.

¶ Hic ponit tres can̄.primus q̄ quādoq̃ cōponitur ethica cū fe.putredinis:et fe. apatum. scḋs q̄ ethica in principio sui est difficilis cognitiōis.qz parū permutat corpus a dispositione sua naturali.et est facilis curationis.qz corpus est facile tolerans infrigidationez.sed in pcessu suo est facilis cognitionis corpore multū permutato.sed difficilis curationis:cū virtus sit facta debilis:⁊ multum humidū sit depditum qḋ difficile est restaurare.Tertius canon:q̄ finis adubul.i.scḋe speciei non curatur propter nimiam consumptionem:et nimiam virtutis debilitatem.

¶ Signa. Capitulum. ij.



Pulsus quidē est minut⁹ durus frequens debilis fixus fm habitudinem vnam.

¶ Primo ponit signa ethice absolute lz multum accōmodent̄ prime speciei.scḋo ponit signa scḋe spēi.scḋa ibi.(Signa vero adubul.)prima in tres.prīo ponit signa ipsius fm se.scḋo ponit signa transitus ex effi.tertio signa eius cōposite cū putrida. scḋa ibi. (Et de significationibus permutationis.)tertia ibi.(Et de significationibus cōpositiōis.)Prima hz tot partes quot sunt signa primum signuz sumitur a pulsu:qz est minutus.i.paruus ppter debilitatem virtutis.dur⁹ ppter exiccationem arterie.et in his est gradus debilitatis:et duriciei.manifestior est eniz virtutis debilitas et duricies in processu maior q̄ in principio frequens vt recuperet defectum magnitudinis.debilis fixus fm vnā habitudinē.i.dispositionem:qz nō hz paroxismos neq̃ tm̄ est fixus fm habitudinē vnā quin permutetur in cibo potu et similibus et somno et vigilia.

¶ In tactu vero est illud quod sentitur de caliditate min⁹ caliditate sinochi:et ei similium inflāmatarum in materia:et in pncipio dum tangit̄ est magis suauis:et cum remanet super eū manus hora.j. apparet cum fortitudine et mordicatione:⁊ nō cessat augmentari:et est calidius quod est in eo locus venarum et arteriarum.Et est eorum caliditas similis nō em̄ minuitur verū ipsa quando superuenit ei cibus augmētatur velociter:et fit fortis pulsus valde:⁊ incipit magnificari.Et propter illud accidit stultis medicorum q̄ phibent eis cibū propter illud qḋ accidit eis de eo ex accidentibus quare perdūt eos:sicut augmentatur flāma ppter iniectionē olei et sartago cū effunditur aqua super eam.Et iste quidem significationes eius sunt fortes.Et cib⁹ in reliquis quidē febribus pculdubio nō incendit hac incensione sicut inuenitur huic: quāuis necessario faciat diuersitatem per mot⁹ nature:et hec inflāmatio nō est sicut incensio reliquarū feb.post coartationem neq̃ fm periodos notas:imo cū comedunt et in q̄cunq̃ hora sit.Et est habēs egritudinem nō vehementer discernens illud qḋ est in eodē de caliditate:qn̄ facta est complexio membro conueniens:et iam sciuisti in libro primo qualitatem dispositionis in huiusmodi:veruz ipsa apparet apud susceptionem alicuius ciborum propter vehementiam suam.

¶ Hoc est scḋm signum sumptum a tactu.⁊ primo dicit q̄ caliditas sua ad tactū apparet minor ca-

liditate sinocbi:⁊ ei similium inflāmatarū in materia pendentiū a materia calida:sicut tertiana causon et similes. ſcd̄o dicit ꝙ in principio dū tāgitur.caliditas eius est magis suauis. sed cū retinetur manus super etbicaꝫ aliquādo apparet calor fortis et mordicans:⁊ augendo ꝓcedit. tertio dicit ꝙ locus calidior in eo est locus venarū et arteriaꝝ.quarto dicit ꝙ eorū caliditas est similis:qꝛ nō augeꝉ neqꝫ minuiꝉ:sicut paroxismales nisi propter aliquā cām primitiuā.iō subdit ꝙ qn̄ cibanꝉ augmentatur velociter.i.notabilr̄ crescit in ꝑuo tpe:et fit fortis pulsus valde saltē appꝑenter:et incipit magnificari:et ꝓpter hoc stulti medicorū ꝓbibent eis cibū:qꝛ vident post cibū eius accn̄tia augeri:quare interficiunt eos.nā ꝓpter abstinentiā a cibis quā faciūt augeꝉ fe.et exiccatio:⁊ post ea qn̄ cibant eos per cibū assumptū calor eorum augmentaꝉ:sicut augmentaꝉ flāma cū oleū poniꝉ in lucerna:⁊ sartago augmentaꝉ in caliditate:qn̄ effunditur aqua suꝑ eā calefactā:qꝛ sentimus eaꝫ stridere et fumare.⁊ iste sunt significationes fortes eiꝰ .s.etbice.et cibus quidē in reliquis feb.proculdubio nō incendiꝉ tanta incensione ꝙ̄ta videꝉ incendi in hac feb.quāuis necessario in quacunqꝫ feb. faciat diuersitatem quandam:qꝛ aliqualiter incendiꝉ ꝓpter motuꝫ nature.i.caloris naturalis quinto dicit ꝙ inflāmatio nō est sicut incēsio reliquarū post coartationē.s. pulsus.nec ſm ꝑiodos notas.s.quotidie:aut de tertio in tertiū:aut de 4° in quartū.immo dū comedūt excrescit calor ī quacunqꝫ hora sint.sexto dicit ꝙ etbicus nō discernit caliditatem eius.qꝛ etbica est facta cōplexio mēbro cōueniens.Et iā sciuisti prīo lib .fen.ſcd̄a ca. de causis dolorū .qualitateꝫ dispositionis in his. i.quare nō sentiāt caliditatē suā.verū appꝑet.i.sentitur ab eis cū sumūt aliquem cibum propter vehementiam suam.i.quia excrescit.

Primo notandū ꝓ declaratione p̄mi dicti et vt soluaꝉ dubiū solitū queri q̄s calor est maior an etbice:an feb.ex qua facta est etbica:ꝙ calor feb.hūoralis ex quo facta est etbica est maior quātitatiue.qꝛ pendet a pl'i humido vaporoso. vn̄ primo de differētijs fe.sinocbe habēt flāmam obuiantē manibus tangētis :ſm vero etbicas feb.neqꝫ multitudo obuiat calori. Ex quo apparet ꝙ in etbicis remanēte manu plus apparet calor qui statiꝫ nō appꝑuit defectu vapoꝝ multoꝝ oppositum aūt cōtingit in humorali. ¶ Scd̄o dicendum ꝙ calor etbice in nulla ꝓportione est intēsior aut remissior ꝙ̄ calor feb .ex qua imediate est genitꝰ cū nulla latitudo subito acq̄ri possit aut deꝑdi. ¶ Tertio dicendū ꝙ calor etbice in ꝓcessu minuiꝉ gradualiter ⁊ quātitatiue ꝓpter defectū humidi:⁊ ꝓpԏe cū deuenitur ad finem secunde speciei:et per totam tertiam speciem.

Pro notitia tertij dicti premittendū est ꝙ loca arteriaꝝ sunt illa in quibus sunt arterie magne.ibi etiā sunt vene notabiles cū ſm plurimū vena supponaꝉ arterie:sicut in manibus pedibus et timporibꝰ:vbi manifeste pulsus sentitur.hec eñ loca appꝑent calidiora ꝙ̄ relique ꝑtes extrinsece nō arteriose:tn̄ qꝛ in veritate sunt calidiora sicut cor etiā est alijs partibus intrīsecis calidiꝰ a quo arterie oriūtur. ¶ Premittendum ſcd̄o.ꝙ lꝫ in feb.putridis hec loca sint calidiora ꝙ̄ relique partes extrinsece nō arteriose tn̄ in etbicis caliditas locorū arteriosorū manifestius excedit caliditatē locoꝝ nō arteriosorū ꝙ̄ in putridis. qꝛ in putridis vapores putridi sparsi ꝑ vniuersum corpus faciunt apparere in oībus partibus ingentē caliditatē.sed in etbicis in quibus alie partes nō sunt calide ex presentia vaporū putridorū apparet excessus caliditatis harū partiū manifestior ꝙ̄ in putridis:ad qd̄ adiuuat ꝙ caliditas arida in etbicis facit sanguinē arterialem et venalē:cuius multa est quātitas in locis dictis euaporare magis ꝙ̄ in putridis:in quibus caliditas nō est ita arida. Et quibꝰ appꝑet in illis partibus excessum caliditatis suꝑ aliarū ꝑtiū caliditatē esse manifestiorē ꝙ̄ in putridis. ¶ Tertio notandum hūc excessum caliditatis locorū arteriosorū supra caliditatem aliarū partiū nō arteriosarum nō solū apparere in etbicis:immo in spasmatis et litargicis:vt sumiꝉ tertio canone.fen.ſcd̄a cap. de spasmo.et in cō.pulsuum.c.de pulsu litargicorum. Ideo. G. de d̄ntijs caute dixit hoc accidens nō inueniri ſm alias fe.et nō dixit ſm alias egritudines. sed cā quare h̄ appꝑet in spasmate est:qꝛ ꝓpter tensionē arteriarū nō fit debita euentatio propterea in arterijs calitas excrescit magis ꝙ̄ in alijs ꝑtibus:sed in litargicis hoc accidit.silr̄ in cōgelatis:qꝛ ꝑꝑ hūores frigidos ꝑtes vbi nō ē multus calor infrigidanꝉ:sicut ꝑtes non venose neqꝫ arteriose.sed loca venarū ⁊ arteriarū ꝓpter pn̄tiā sanguis et spūs nō pn̄t ita infrigidari. q̄re in cōparatione ad alias notabiliter apparent calide et hec eadem ratio pōt accōmodari spasmo pendenti a materia frigida.

Pro notitia quarti dicti notandū:ꝙ lꝫ cibꝰ in alijs fe. incēdat aliqua incēsiōe ꝑꝑ motū caloris naturalis q̇ prīo est suffocatiuus:deinde dilatatiuꝰ cū vapores cibales ꝑ corpus sparguntꝉ.tn̄ ceteris ꝑibus nō incendit tanta incēsione in alijs feb.ꝙ̄ta incēdit in etbica.in oī itaqꝫ fe. fit ex cibo aliqua caloris cōfortatio ⁊ augmentū:nisi hō sit in dispōne valde extranea:aut morti ꝓpinqua. ¶ Scd̄o notandū ꝙ īflāmatio q̄ fit in etbico a cibo nō est inflāmatio paroxismalis:aut exacerbatiua.ꝙ̄uis.n.in p̄n. sumpto cibo calor aliqualr̄ suffoceꝉ:sicut suppositꝰ lignis postea dilateꝉ et amplieꝉ cibo calefctō:⁊ ſm aliquā ꝑtē in vapores cōuerso.tn̄ hoc nō est ſm proportionē ad aliquē diē sicut in feb.ꝑiodicis. sed h̄ fit qn̄cunqꝫ sumiꝉ cibus. ¶ Tertio notandū. ꝙ̄uis sit cōe oī febri suꝑcalefieri a cibo:tn̄ hoc signū appropriaꝉ etbice:ꝑ qd̄ ab alijs distinguiꝉ febribꝰ primo qꝛ ceteris ꝑibus etbicus magis suꝑcalefit ex cibo ꝙ̄ alij febriētes:ꝑꝑ suā calitatē aridā faciētē cibū magis euaporare ceteris ꝑibus ꝙ̄ calitas aliorū febriētiū:q̄ nō est sic arida.ſcd̄o qꝛ dato ꝙ equalr̄ suꝑcalefieret ex cibo cū alijs febrientibus immo magis:tn̄ hoc signū etbicis appropriaꝉ.qꝛ mutanꝉ de nō sentiēdo calitatē ad sentiēdū ipam notabilr̄:sed alij febrientes nō sic mutanꝉ.qꝛ prīo sentiebāt suā calitatē:etbici vero nō.qꝛ etbica est facta cōplexio mēbro cōueniēs. Cōueniēs quideꝫ qꝛ nō sentit etbicus imp̄ssionē caliditatis etbice. est eñ fctā et sibi cōsueta.quare nō sentiꝉ:sed alie feb.sentiunꝉ q̄ sunt fiētes nondū ꝯsuete. ¶ Ex his inferꝉ ꝙ̄ calitas in etbico reꝑta postꝙ̄ est inflāmatus a cibo exn̄s in eodē subiecto adequato est cōposita ex duabꝰ ꝑtibus incēsiuis:quarū vna est facta.s.preexn̄s:altera fiens.s.de nouo inducta a cibo. Ex quo sequiꝉ ꝙ aliq̇s effectus puta īmutatio tactus ꝓuenit ab vno gradu caliditatis qui nō ꝓuenit ab altero secū in eodē subiecto coextenso ꝯ supꝑius determinata in qōne. vtrū febris sit calor additus.ibi.n.determinatū est febrē esse totū calorem in

lorem in febriēte reptū: ⁊ ꝙ nō est effectus q̄ ꝑueniat ab vno gradu caloris q̄ nō ꝑueniat ab vnoq̄ secū in eodē subiecto extenso. ¶ Forte dr̄ ꝙ ꝑ additionē huius noue ca̾litatis a cibo caliditas preexistens actuatur ⁊ permutatur: ab esse insensibili ad esse sensibile: vnde vtraq̄ immutat tactum. ¶ Contra sequeretur ꝙ eadem caliditas numero ẜm eandem partem incēssiuam sepe esset facta: et sepe fiēs in ꝑuo tempore: ⁊ sepe dependēs ⁊ sepe indepēdens. ⁊ ꝯñr ꝙ habit⁹ est qualitas de facili mobilis: hec sunt incōuenientia. Quapropter dictū est ꝙ sola caliditas de nouo īducta a cibo sentitur. cā aūt quare ꝑexñs nō sentit̄ nō est ex ꝑte sui cū oēm calefactionē quā inducit ca̾litas de nouo inducta: inducat etiā ca̾litas ꝑexñs tanq̄ ꝑticula reagens: sed defect⁹ est ex ꝑte organi cui ca̾litas preexñs est assueta. oīs ergo effect⁹ q̄ ꝑ se inducit̄ ab vna: inducit̄ ab altera ꝑ se. i. quātū est rōne sui ¶ Et ꝯñr dicēdū ē ꝙ nō tota calefactio sua sentit̄ ab eo. q̄uis tñ sensatio calefactionis sensui cōmuni vel cogitatiue ꝑtineat cuius organum pōt esse assuefactum illi calefactioni.

Hic Gētilis mouet duo dubia. Primū quō ethi. pōt fieri mēbro cōueniens. Et in summa dicit ẜm communem modum causam huius esse quia est facta: ⁊ eius non sentitur impressio ab ethico sicut a mala cōplexione fiēte. Et dicit quod quousq̄ ex forma que erat in subiecto: ⁊ illa que acquiritur non fit vna forma est complexio fiens et est extranea: ⁊ stat actio et passio. qñ aūt illa q̄ acq̄rit̄: ⁊ illa q̄ est ī subto faciūt vnā formā: tūc illa extranea fctā ē ꝯueniēs q̄ est fctā vna nūero cū illa que erat cōueniēs. ſʒ dicit ꝙ hec dicta sunt ꝯfusa. ¶ Cōtra hāc opinionē nolo instare ne ꝓlixus sim. Sed breuiter dico ꝓ nūc ꝙ calor ethicus q̄ prio erat fiens ⁊ dependens: et nō aptus ex se cōseruari: imo deducta cā cōseruāte q̄ ꝓmū incipit tēdere ad nō esse nunc est factus q̄ fixus ⁊ habituatus taliter ꝙ deducta quacunq̄ causa conseruante seipso in subiecto poterit conseruari. ⁊ quando sic est calor ille taliter membro consuetus dicit̄ complexio corpori conueniens. q̄ quanuis corpus sit sensibile ⁊ ledatur notabiliter ab ea: nō sentit̄ nocumentum eius: sed mala complexio fiens non dicitur corpi conueniens: q̄ sentitur nocumētum ⁊ eius impressio. sed de hac materia alias dicet̄ vberius.

Secundū dum: quare ethicus sup̄calefit a cibo: ⁊ q̄s est cib⁹ q̄ ethicū supercalefacit. ¶ Pro cuius decisione sciendum ꝙ G. primo de differentijs febrium dicit cām huius esse quia omnis caliditas arida irrorata humido magis manifestatur: sicut caliditas calcis aque irrorate. Ethicorum autem caliditas est arida irrorata: itaq̄ cibo manifestari debet: cōuertit eniʒ cibum in vaporē calidum totum corpus calefaciētem. Auer. aūt 4° colliget deridet hāc cām d. esse fabulas. Dicit eñ nō esse possibile calorē corpis hūani tātū extraneari: vt corrūpat cibū sicut calx aquā: q͛ verū est de toto cibo aut magna ei⁹ ꝑte: sed ꝙ aliquā ꝑtē subtilē ⁊ in vaporē cōuertat corpus calefaciētē nō est irrōnabile: imo ꝟissimū. 2° aliqua caliditas putride fe. est magis arida q̄ caliditas prime spēi: vt puta causonis: ita vt corpus exiccatū tal'r ꝑducat ad scdaʒ spēʒ ethice nō trāseundo ꝑ ꝓmā. ergo ꝑ cibū in hac dʒ magis manifestari caliditas q̄ in pria spē ethice cū magis cibum in vaporē cōuertat. Ad hanc credo Ga. rñderet negando ꝯñam. nā lʒ forte in hac magis excrescat caliditas per cibū q̄ in pria spē ethice. nō tñ magis māifestat̄ caliditas q̄ in prima spē ethice. q̄ nō permutat̄ de nō sentiendo caliditatē ad sentienduʒ ipsam: sicut permutat̄ in pria spē ethice. Auer. aūt. 4°. colliget reddēs hui⁹ cām dicit cām esse quia ethica calor est fixus. sed in putrida nō. nihil aliud voluit dicere lʒ in obscuris: et in cōsuetis verbis dicat nisi ꝙ ethicus habens caliditatē fixam que nō sentitur permutatur per cibū sumptum de nō sentiendo caliditatem ad sentienduʒ ipsam. sed patiens putridam nō. lʒ forte per cibū amplius sentiat. q̄ prius sentiebat caliditatem suam. nō permutatur de non sentiendo ad sentiēdum eam. Item permutatio ex parte medici tangentis. nam cum sentiret in ethico caliditatē vnformē sumpto cibo videt eam excrescere et pulsum velocitari: magnificari: frequentari. sed hec permutatio in putridis nō est apud tactum medici cum etiam extra horas cibationis sentiret hāc diuersitatem in calore. ¶ Ad secūdam partē dubij dicendum ꝙ in cibo intrante stomachū est duplicem dare partem vnam subtilē roralem que cito transit ad mēbra scʒ in duabus horis post cibationem vel circa. ⁊ illa pars est ex qua ethicus sentit caliditatem. Et q̄ motus huius partis diuersificatur. ideo quidam auctores dicunt duabus horis post cibum sentire caliditatē. quidam aūt tribus. quidaʒ aūt vna hora. Altera auteʒ pars cibi est grossa cuius mora est in stomacho plurib⁹ horis q̄ duabus: et vadit ad epar gradatiʒ et fit sanguis: postea humiditas prima: et cambium et nutrit: et totum hoc videtur fieri spacio nouem horarum. vt Auer. sexto colliget in fine: et in practica canticorum. 12. cōmento. Et an iste cibus calefaciat ethicum eget consideratione. quia nō est determinatum. Et cum hoc debet considerari si illa pars rorida que transit vere digeratur et fiat chilus: aut sanguis: an nō vere nutriat: hec Gentilis. Cum hoc tamē credendum est aliquam partem cibi in vapores conuerti qui corpus calefaciunt. et huiusmodi calefactionem credo fieri citius q̄ ẜm modum predictum.

¶ Et de significationibus permutationis fe. effimere ad febrem ethicam est vehemētia fortitudinis caliditatis in tertio valde nam ẜm plurimum incipit febris post duodecim horas declinare. Cum ergo pertransit febris duodecim horas et nō apparent signa delinationis: immo continuatur vsq̄ ad tertium omni die: et fit fortis: tunc illa est ethica.

¶ Hic ponit signa permutationis effimere scilicʒ vere in ethicam. et est dictum Gale. primo de differentijs febrium. Et dicit quod vehementia caliditatis in tertio die significat hoc. naʒ scdm plurimum effimera incipit declinare post duodecim horas. Cum autem nō apparent signa declinationis: immo continuatur vsq̄ ad tertium: et fit fortis: tunc illa est ethica maxime si nō habeat difformitates et excrescentias in hoc tēpore. q̄ si haberet eas posset esse putrida.

¶ Et de significationibus compositionis ethice cum febribus putredinis est remissio caliditatis sicce post finem declinationis: post sudorem exuberantem: et additio in arefactione et extenuatione scdm illud

quod facit necessarium illa egritudo et vnctuositas in vrina et egestione. Et si fuerit ethica illud quod apparet et occultũ aliud significat ipsum coartatio accidens in paroxismis: huiusmodi enim non est inuentũ in ethica omnino.

¶ Hic ponit signa compositionis ethice cum putrida. et est remãsio caliditatis scilicet febrilis cũ siccitate post finem declinationis: et post sudorẽ exuberantem. Item additio: in extenuationem et arefactionem scd̃m ꝙ facit necessarium in ethica Item vnctuositas in vrina et egestione manifeste apparens. Et si fuerit illud quod apparet ethica idest si ethica fuerit manifesta: ⁊ aliud idest si ethica fuerit occulta significatur per coartationem .s. pulsus et caloris accidentem in paroxismo putride: et non est inuentum in ethica: quia non habet paroxismos.

¶ Et scias ꝙ quandoqꝫ incipit' ethica retenta cum stomacho: quare corrumpit cõplexionem epatis per vicinitatem.

¶ In parte presenti ponit causam: ꝙ quandoqꝫ incipit ethica retẽta in stomacho. qua corrumpit complexionem epatis propter vicintatez. ¶ Pro quo notandum: ꝙ ethica retinetur in stomacho: vel qꝛ incipit ab eo scilicet a mala complexiõe sicca ad quaꝫ sequitur ariditas: ⁊ ex ista causa sequitur ehica: et talis malitia stomachi ledit epar per vicinitatem: et quia magis exiccat chilum ꝙ̃ sit opportunum. vel ethica retinetur in stomacho: quia ethice coniungitur stomachi malitia que nocet epati.

¶ Signa adubul. Capitulũ .iij.

Signa vero adubul' sunt ꝙ quãdo feb. expellitur adubul vehemens fit duricies pulsus et eiꝰ debilitas et paruitas ipsius et eius frequentia. et proprie quãdo causa casus in ethicam est apostema qđ non resoluitur. nam illud scꝫ frequentia additur valde: et similiter velocitas: et fit pulsus eius de genere eius qui nominatur cauda muris. Quod si fuerit ex potu calidi vini erit loco caude muris acualis: et nõ erũt accidentia adubelati vehementia valde. non enim dat ei spacium vsqꝫ ad huiusmodi. Et apparet in vrina vnctuositas et petala ⁊ incipit oculus profundari. Cuꝫ ergo adubul peruenit ad statum fit fortior profundatio amborum oculorum et multiplicat̃ lippitudo sicca et crescunt extremitates ossiuꝫ omnis membri et in facie planantur timpora et tenditur cutis frontis ⁊ destruitur color cutis: et fit quasi sit super eam puluis: quidam ex adustione solis et perducit ad grauedinem eleuandi supercilia: et fit oculus somnolentus et clausus absqꝫ somno ⁊ subtiliatur nasus elongantur pili et apparent pediculi et videtur venter iam minorari et adherere cũ dorso quasi sit cutis sicca que iam attracta est: et attrahitur cum ea cutis pectoris. Cum ergo curuant̃ vngues et arcuantur: tunc iam venit ad statũ et incipit tẽdere ad occasuꝫ: et cũ incipit tẽdere ad occasum liquefiunt cartilagines.

¶ Hic ponit signa secunde speciei que cuꝫ sunt remissa sunt signa prime speciei ethice: cum vero intensa in vltimo sunt signa tertie speciei. Habet hac pars tot partes quot sunt signa. Primuꝫ quãdo fit transitus ad secundã speciẽ ethice: siue fiat ex prima: siue ex alia causa nõ transeundo per primam vehemens fit durities scilicet pulsus propter multam exiccationem arterie et debilitas et paruitas propter debilitatem virtutis frequentia eius vt recompenset defectum magnitudinis et velocitatis. et proprie fiunt hec quando causa casus in ethicam est apostema: quod non resoluitur. sed vel induratur: aut rumpitur. nam frequentia additur valde: ⁊ similiter velocitas: et fit pulsus de genere eius qui vocatur cauda soricina ꝓcedendo de paruo ad minorem: et de frequenti ad frequentiorem quousqꝫ accidat. Quod si fuerit ex potu vini calidi erit loco caude soricine pulsus acualis siue fussalis. quia propter caloris confortationẽ ex vino post ꝑcussiones paruas fierent alique magne. deinde redibit ad paruas. et hic pulsus dicitur fussalis ad similitudinem fussi. et dicitur acualis ad similitudinem acus cum qua sotulares suuntur. quia hec duo sunt grossa in medio et versus extremitates subtiliando procedũt Siue ergo ista ethica sit ex vino siue mutatio pulsus sit ex vino: oportet imaginari ꝙ mutatio pulsus fit ex vino tunc imbibito.

¶ Et non erunt.

¶ Hic textus potest dupliciter exponi. prĩo quod quando casus in ethicam fit ex apostemate adubelet non erunt accidentia adubelet vehementia valde. non enim dat ei spacium vsqꝫ ad huiusmodi ethicaꝫ vel pulsum talem in ethica: quia prius occidit ꝙ̃ fiat finis secunde speciei ethice: vel ꝙ̃ fiat pulsus huiusmodi. Aliter potest exponi quãdo casus in ethicam est ex potu vini calidi non apparẽt accidentia adubelet vehementia de quibus sunt pulsus vt: cauda muris finitiua. non enim qꝛ si apparerent accidentia valde vehementia non darent spacium vt fieret pulsus acualis. Et si apparet in vrina vnctuositas scilicet natans in superficie et petala idest corrupuscula parua decisa per liquefactionem cum fit transitus adubelet et incipiunt oculi eius profundari humido consumpto. Cum ergo adubul idest secunda species ethice peruenit ad statum fit fortior profundatio amborum oculorum. et ly peruenit est presentis temporis et multiplicatur lippitudo sicca humido consumpto: scꝫ in augmento secunde speciei: ⁊ crescunt extremitates ossium in omnibus mẽbris reliquis partibus preter ossa consumptis. ⁊ in facie applanantur timpora carnibus eorum cõsumptis et tenditur cutis frontis humido eius cõsumpto et destruitur calor frontis: idest tẽdit in fuscũ calido naturali mortificato. et est quasi super eam sit puluis quidam ex adustione solis parte superficiali ab eo exiccata: vt sit quasi puluis in eius superficie. et perducitur ad grauitatem eleuandi supercilia facta in virtute impotenti ad contrahendum musculos eleuantes supercilia. ⁊ fit oculus quasi somnolentus et clausus absqꝫ somno. non enim est somnus: sed in potentia vigilandi: prĩo de differentijs febrium. et subtiliatur nasus carnibus consumptis:

bus consumptis: et elongantur pili: idest apparent longiores consumptis carnibus: et ad intus pressa cuti: et ad hoc facit corrugatio siue contractio cutis: quia pili eriguntur et apparent magis: et simile est quod sumitur octauo problematum problemate. 21°. cum assignant causam quare pili rigentium eriguntur. Aliter possemus imaginari q pili elongantur propter a in istis ex calido adustiuo multiplicatur materia fumosa que est conueniens ad pili generationẽ et augmẽtum. prima tamẽ causa est melior. apparent pediculi propter corruptionem nutrimenti. primo enĩ generatio est sub cute: deinde exeunt. et videtur venter eius iam minorari et adherere dorso quasi sit cutis sicca que iam attracta est et attrahitur cũ ea cutis pectoris cum habeant adinuicẽ cõtinuitatem. cum ergo curuantur vngues et arcuantur: tunc iam peruenit ad statum. et ly peruenit est tẽporis preteriti perfecti et incipit tendere ad occasum idest mortem. et cũ incipit tendere ad occasuz liquefiunt cartilagines.

¶ Cura ethice. Capitulum. iiij.

N tentio in curatiõe feb. ethice est infrigidatio et humectatio. et vnaqueq; earum completur cuz approximatione suarum causarum. et expulsione causarum sui contrarij. Et fortasse est causa vnius earum causa cõtrarij alterius sicut causa infrigidationis. Ipsa enim quãdoq; est causa exiccationis que est contraria humectationi. sicut infrigidatio cum trociscis camphoratis et illis que sunt ex spodio et his similibus. Et fortasse humectatio iterum est causa calefactionis que contraria est infrigidationi. sicut vinum. nam ipsum humectat: sed calefacit. quare oportet vt obseruetur illud. Et si necessitas vocat ad fortem infrigidationem nõ erit nisi cum re cui cõiungitur: aut quam precedit: aut cui succedit res in qua est virtus humectationis. Et similiter cum vocat necessitas ad fortem humectationẽ velocem in ea sicut aqua carnis et vinum. tunc oportet vt adiungat ei aut antecedat eam: aut sequatur eam illud in quo est infrigidatio. Et si fuerit causa ethice apostema aut lesio in membro: tunc necessarium est curare ipsum in primis.

¶ Auicenna primo ponit curam ethice. scḋo succurrit quibusdã dispositionibus sequẽtibus ethicam. scḋa ibi. in principio quarti capituli. (Et de illis est sincopis.) Prima in duas. nã in prima explicat curã magis generalẽ. scḋo magis specialẽ scḋa in principio sequentis capituli. (Ille vero.) Primum capitulũ diuido in duas partes. in prima ponit intentiões curatiuas ethice et docet vitare quendam errorẽ. et ponit canones in curando ethicam sequentem alias egritudines. in secũda ponit in generali ista per que complentur intentiones dicte. scḋa ibi. (Et qui diligit cõponere.) In prima parte dicit tria. Primum q intẽtio in curatione feb. ethice est duplex scz infrigidatio et humectatio. et vnaqueq; earum completur cũ administratione suarũ causarũ et euitatiõe causarum sui cõtrarij. scḋo dicit q causa vnius earũ fortasse est causa contrarij alterius sicut causa infrigidationis est quandoq; causa exiccationis: que contrariatur humectationi. sicut trocisci de spodio. et camphora et similes infrigidantes et exiccantes. Et fortasse causa humectans est causa calefactionis que est contraria infrigidationi sicut vinum. nam ipsum hũectat et calefacit. quare opz vt obseruetur istud vt administrentur iuuãtia que non noceant quantuz est nobis possibile. quapropter si necessitas vocat ad fortem infrigidationez non fiat nisi cum re quam precessit aut cui coniungitur aut cui succedit res humectans. Et similiter cum vocat necessitas ad fortem humectationem et velocẽ in ethica fiat humectatio que fit cũ aqua carnis scz expressionis decoctiõis aut distillationis. et vinum scz dulce vnius anni tamen paucifero aut mediocris vinositatis. tunc oportet vt adiungat eis aut p̄cedat ea: aut sequat illud in quo est infrigidatio. Tertio dicit q si fuerit causa ethice apostema vel lesio scilicet alia in membro sicut vlcus: tunc necessarium est curare illud primo oportet enim vniuscuiusq; causam prius abscindere: deinde ad eam que ex ea facta est egritudinem deuenire. tertio tegni. Et hoc est verum in cura regulari. nam aliquando propter fortitudinez egritudinis oportet ei magis attendere q̄ cause: sed pro hoc vide Auic. quarta primi vltimo capitulo.

¶ Et qui diligit componere regimen eius ex diuersis modis cõueniẽtibus eis in quo feb. fit vehemens valde: tunc necessarium est vt incipiat. et det in potu trociscos camphoratos. et que currunt cursu eorum cũ syrupo acetoso diluculo in ortu solis. sicut aqua ordei in cancris si nõ abhorret eos et cum iuleb et aqua granatorum: et ad mansionem mucillaginem psilij. si non fuerit prohibens aliquid propter stomachuz et alia.

¶ Nunc ponit regimen complens has duas intẽtiones. et primo simul. secundo seiunctim. secunda ibi. (Et regimen infrigidans.) In prima parte dicit quod qui vult componere regimen ethice ex dictis modis diuersis cõuenientibus ei in quo febr. ethica est vehemens valde idest simul ipsum infrigidare et humectare dat ei in potu trocisci camphor. et similes infrigidantes notabiliter. vt puta. ʒ. j. mixtos cũ syrupi acetosi. ℥. j. in diluculo idest cum incipit aurora et in ortu solis: qz distanter ab assumptione trocisci. per duas horas det aquaz ordei cũ cancris ad humectandũ si non abhorret eos. vt puta. ℞. ordei mundi. ℥. j. cancrorũ fluuialium excorticatorum. ℥. ij. bulliant in lib. iiij. aque quousq; ordeum fit apertum. et cum iuleb ex aqua idest vino granatorum. Fit autem iuleb ex aqua et zucharo vt sepe dictum est. et possunt adinuicẽ misceri. vt puta iuleb. ℥. iij. cũ vini granato ℥. j. et ad mansionem idest in meridie vel dum manet caliditas impressa a sole detur mucillago psilij. et potest misceri cum aqua granatorum. et dosis amborum in proportione que videbitur sicut ℥. j. vel circa si non fuerit aliquod prohibens propter stomachum. et alia sicut est lassitas stomachi et lubricitas intestinorum. Et manifestum est primam ex his notabiliter infrigidare. secundam notabiliter humectare reliquas simul infrigidare et humectare.

¶Et regimen infrigidans est per illud qđ sciuisti de potibus infrigidātibus et de oleribus infrigidantibus et trociscis sicut trocisci de camphora. et emplastris: et vnctionibus. et his similibus. ꝛ infrigidatione aeris eorū ita ꝙ in hyeme. ꝛ si non tolerat alleuietur ab eo ignis. Infrigidatio nāqꝫ aeris eorum est melior res. et sicut vestire euz cum sandalitis et cāphoratis. et facere ipm odorare illud in quo sunt rose. ꝛ camphora ꝛ sandali et fructus frig. ꝛ schesabre ꝛ lilium cum aqua ros. et vaporatio cum sudore et balneo. Et oportet vt non prolōgetur retentio emplastrorum infrigidātium valde super membra propīqua membris anhelitus. fortasse eniꝫ infert illud anhelitui et voci nocumentum magnum. Et oportet vt declinet ad quietem ꝛ somnum ꝛ tranquilitatem et gaudium et custodiatur eger ab eo quod facit ipsum irasci et quod facit ipsum tristari. et quod facit ipsum angustiari et a fame ꝛ siti longa. Emplastra infrigidātia quibus oportet eos vti sunt aromatica. nam ipsa sunt propinquioris iuuamenti et proprie super pectus et que sequunt ipsuꝫ et sint infrigidata ꝛ nō sit in eis stipticitas. Stipticitas enim cum hoc ꝙ ipsa facit accidere exiccationem prohibet virtutem medicine profundari. Et oportet vt assiduetur permutatio vt non remaneat medicamē et calefiat cum obseruatione vehementie infrigidationis eius. nam cum ipsuꝫ infrigidat vehementer non elongatur quin debilitet membrum. Et quando est prope membra anhelitus non est longinquum quin impediat dyafragma et alia ab emissione anhelitus cum facilitate. Et de regimine humectāte sunt cibi leues et fructus ꝛ robub et vnctiones et emplastra et odoramenta et caputpurgia et q̄es et trāquilitas et vt non inferatur ei violentia in fame aut siti.

¶Nunc facit quod dictum est. primo ponit regimen infrigidans. secūdo humectans. secūda ibi. (Et de regimine humectante.) In prima dicit ꝙ regimen infrigidans completur per ea que sciuisti de potibus oleribus et trociscis infrigidantibus sicut de cāphora et emplastris vnctuosis ꝛ similibus ex infrigidatione aeris. ita ꝙ in hyeme ꝛ si nō possunt stare sine igne alleuietur idest nō cōcedas ignē magnum. nā infrigidatio aeris est melior res cum immediate ad cor inspiretur. et confert vestire cum vestimentis sandalitis et camphoratis idest in quibus steterunt sandali et camphora. et olfacere rosas et camphoram et sandalos et fructus frigidos et schesabre. idest granatuꝫ l. et lilium. idest nenufar aspersa cum aqua ros. et euaporatio cum sudore et balneo idest aspergatur corpus cum aqua tepida aut frigida vt appareat simile sudanti in balneo. verus nanqꝫ sudor nocet et nō prolōgentur emplastra infrigidantia super pectora eorum ne forte noceatur anhelitus. et vox et oportet vt dormiant et sint traquilli animo ꝛ corpore. et custodiantur ab ira angustia ꝛ fame et siti longa. et huiusmodi exiccantibus. et que ponuntur supra pectus et partes propinquas sint frigida vt poma odorifera actu frigida et non sint stiptica: quia exicccant et non sinunt virtutem medicine profundari nisi forte haberent partes difformes quasdam scilicet subtiles que primo actuate in porositatibus membrorum profundarent: deinde actuatis partibus stipticis fieret maior pars subtilium frigidarum aut humidarum profundatio sicut olerum ros. hoc modo magis humectat ꝙ oleum cōmune. tertio de simplici medicina. et medicine applicite debent permutari. nam cum diu remanent calefiunt: et corpus calefaciūt caueatur tamē vehemens infrigidatio qꝛ debilitat membrum aliquando impedit dyfragma ab anhelitu. et de regimine humectandi sunt cibi humidi et fructus rob vnctiones. emplastra. odoramenta. caputpurgia. quies. scꝫ corporis et tranquilitas scilicet animi. et non patiantur famem ꝛ sitim longam.

¶Rememoratio medicinarum infrigidantium eos. Capitulum. v.


Ile vero que de eis sunt infrigidantes aut humectantes om̄es sunt nutritiue: aut vincit in eis nutribilitas. sicut aqua ordei decocta cum cancris ex parte cancri. Et oportet vt euellantur extremitates cancrorum ex pedibus et corporibus suis et abluātur cum aqua frigida et sale bono cum cinere vicibus tribus et supra. donec mundificentur et purgētur a grauitate sui odoris: deinde decoquant in aqua ordei et sicut aq̄ lactis vaccini de quo extractum est butyrum et sicut succi olerū elixatoruꝫ predictorū in capitulis febrium acutarum sicut mucilago psilij. In aceto autem est vehemens exiccatio: et virtus resolutionis. quare oportet vt bibatur cum eo quod resistit duabꝰ proprietatibus scꝫ per cōmixtionem aque multe: aut cum quibusdam humectantibus et lenificantibus. Et proximum quideꝫ vt lac asine sit cum humectatiōe sua infrigidans ita vt quidam faciant meliorē infrigidationem eius super infrigidationem lactis vaccini de quo extractum est butyrum. verum ipsum conuenit ei qui non habet feb. periodicam neqꝫ materiam: neqꝫ humorem preparatum ad putredinem. et oportet vt caueatur spissum lac. Et de illis que conferūt eis est zucharum et cum senseris putredinem accidentem ex lacte: tunc solue cum facilitate. et si timueris calefactionem. tunc abstine ab eo aliquot diebus: et cura in ea cum trociscis et aquis fructuuꝫ: deinde itera lac.

¶Nunc Aui. magis in speciali ponit curam ethice. et primo per infrigidantia. s(cd)o per hūectātia tertio per cibos. secūda in principio sequentis capituli ibi.

pituli ibi.(Illarum.)tertia ibi in principio tertij capituli.(Oportet.)Primum capitulum diuiditur in duas.In prima ponit res infrigidantes et humectantes.In secūda res infrigidantes et nō humectantes.secūda ibi.(Medicine vero.) Prima in tot partes quot numerat medicīas.In prima parte dicit ꝙ omnes medicine infrigidantes et humectantes sunt nutritiue. et per medicinas maxime intelligit cibos medicinales infrigidantes et humectantes non qualitatiue tantum:sed substantifice.in his eñi nutribilitas vincit infrigidationē sicut aq̄ ordei decocta cū cācris ex ꝑte cācri sup est magis nutritiua ꝙ̄ infrigidatiua.⁊ opꝫ vt euellantur extremitates idest partes corticales ex corpore et ex pedibus cancrorū:q꞉ sunt exiccantes et abluantur cum aqua frigida sale bono et cinere miscēdo hec simul vt cācri purgent̃ a graui odore suo ⁊ a quibusdā partibus nitrosis.Sed vltimo debēt lauari cum aqua frigida sola.⁊ post ea decoqui cū aqua ordei ponendo ꝑ vnaquaqꝫ libra aque ordei.ʒ.ſ.cācrorum.Et sicut aqua lactis vaccini de quo extractum est butyrū que multū humectat per partem aquosam:et modicū hꝫ de serositate exiccante:sed aufert butyrum:q꞉ inflāmabile.Dicit tertio succos.i.decoctiones olerum frigidorum predictorum in capitulis febriū acutaꝝ et sicut mucillago psilij.acetum aūt:q꞉ resoluit et exiccat dꝫ misceri cum his que humectant ⁊ resolutionez ꝓhibent sicut cū aqua multa ⁊ reb⁹ alijs humectantibus et lenīētibus:sicut oleū amigdalarum dulcium.et lac asine cōuenit:q꞉ infrigidat et humectat et magis et melius infrigidat ꝙ̄ lac vaccinum de quo extractum est butyrū.tum q꞉ frigidius.tum q꞉ magis subtile verum nō competit habenti febrem putridam aut habenti humorem paratum putredini.⁊ caueatur spissum lac:quia nō ita facile conuertitur nec ad extrema corporis facile penetrat.⁊ zucharum est conueniens:sed dꝫ esse mixtum cū aqua vt frangatur eius caliditas et augeatur eius humiditas.humectat eñi qualitatiue et substantifice:⁊ si senseris putrere lac qđ maxime rugitibus cōprehendetur:solue ventrem faciliter vt lac et chilus corruptus educatur.Et si timueris calefactionem ethice.q꞉ sit nimis intensa abstine a lacte aliquot diebus et cura cuꝫ trociscis ⁊ aquis fructuum sicut vino granatorum et similibus.

¶ Medicine vero infrigidantes que non habent humectationem sunt sicut trocisci noti narrati scilicet trocisci camphorati et trocisci de dactilis ⁊ succis frigidis:et sicut trocisci huiusmodi. ℞e.spodij boli armeni ana.ʒ.iiij.roſ.ʒ.vj.semi.portulace et citruli et cucurbite et karabe omnium ana.ʒ.iij. fiant ex eis trocisci et sit dosis pondus.ʒ.ij. et sunt boni valde.et iterum alij ꝓximi eis. ℞eci.arnoglosse amili et gummi draganti omniū ana.ʒ.iij.boli armeni spodij amborum ana.ʒ.iiij .papaueris.ʒ.v.roſ.et se.cucurbite et citrulli et portulace omniū ana. ʒ.v.granorum citoniorum excorticatorum et semi.melonis et cucumeris omniū ana. ʒ.vij.suc.liquiri.pondus.ʒ.x.conficiantur cum mucillagīe psilij.vnctiōes vero et epithimata et emplastra infrigidantia:et odoramenta et caput purgia infrigidātia sunt illa que tu sciuisti.Et meliores vnctiones sunt cum oleo de cucurbita et papauere et de nenufare et salicibus et violis.stratus autem infrigidantes et humectātes sunt qui sunt plani valde de corijs aſꝑsis aqua ro.aut de lino de genere eius quod fit in tabrasten.et sit impletio eius illud non calefacit:immo sit de genere lini pectinati ⁊ renouetur assidue.Aut sit stratus de corijs que iam sunt impleta aqua.post sint suꝑ ea rectificationes que applanent aquam bene et prohibeant eius inequalitatem:et sint proprie stratus aque cursus earum et sub eis folia arborum frigidorum et humidorum scilicet de salicibus et semꝑuiue et olera humida et odorifera frigida sicut rose et folia arborum frigidorum et preputia vitis et his similia.

¶ Medicine vo infrigidātes que nō hūectāt sunt sicut trocisci de cāphora de dactilis siccis:q꞉ dactili maturi recentes humectant.Et sicut trocisci huiusmodi.℞.spodij.boli ar.aū.ʒ.x.roſ.ʒ.vj.se.portulace.citruli cucurbite.karabe aū.ʒ.iij.fiant ex eis trocisci quorū dosis sit.ʒ.ij.cū aliquo liquore frigido et humido.Et iterum ꝓximi eis in virtute sunt.℞.arna glosse.amili draganti aū.ʒ.iij. boli arme.spodij aū.ʒ.iiij.papaueris.ʒ.vj.semi.cucurbite citruli portulace aū.ʒ.vj.granorum citoniorum excorticatorū.semi.melonis aū.ʒ.vij.succi liquiricie.ʒ.x.conficiantur cum mucillagine psilij.et hi sunt prestantiores ceteris.Unctiones vero ⁊ et emplastra et epithimata infrigidātia sunt illa que sciuisti in cura febrium acutarū.et meliores vnctiones sunt cum oleo de cucurbita de papauere de nenufare de salicibus de violis.strat⁹ autem infrigidantes et humectantes sunt illi qui sunt bene equati de corijs aspersis cum aqua roſ. aut sint de ligno sicut illi qui fiūt in tabrastē idest in hospitali illo famoso.et impleatur pānus ille de lino ex eo qđ nō calefaciat sicut est linum:et sit bene pectinatum vt sit molle:et renouetur assidue vt sit molle et equetur. Aut sit stratus de corijs plenis aqua ⁊ sint bene equata.⁊ sint prope aquas stantes vel currentes.et sub eis sint folia arboruꝫ frigidorum et humidorū scilicet de salicibus semperuiue et odorifera frigida sicut rosaruꝫ et folia arborum frigidorum et prepuciorum vitis ⁊ his similia.

¶ Rememoratio medicinarum humectantium eos. Capitulum. vj.

Clarum quidem que sunt cū infrigidatione rememoratio iā preterijt.Et restat nunc considerare in qualitate dādi in potu genera lactis et lac de quo extractum est butyrum et in qualitate administrationis tine ⁊ balnei ⁊ administratione vnguentorū ⁊ oleorū et epithimatū ⁊ reliqui regiminis. Et nos quidem iam docuimus modū dandi in potu genera lactis in capitulo ptisis ⁊ siccitatis stomachi:quare opꝫ vt sit illud canon.

Et nõ eſt lac poſt lac mulieris ſicut lac aſi-ne. poſtea lac caprarũ: cuiꝰ paſcua oportet eſſe ex herbis et oleribus frigidis humidis ſicut ſcis. nam ipſum ⁊ ꝓprie lac aſine eradicat ethicam ſi fuerit ei eradicator: ⁊ non eſt electio ſuper ipſum niſi prohibeat putredo accidens: aut expectatio materiei cõprehenſe. Et lac quidẽ iuuatiuũ eſt eis a principio ethice vſq; ad finem eius. Et lac mulieris ſuggendo ſumptum cõueniẽtius eſt oĩbus. Et canon inꝓdando in potu lac de quo extractum eſt butyrum eſt ꝓximus illi iterum. Et melius quidem eſt vt incipias a ℨ.x. vſq; ad. ℨ.xxx. ⁊ quod eſt ſupra eas ſi fuerit virtus adiuuãs ⁊ tibi ineſt vt cõmiſceas cũ ea aliquid de trociſcis infrigidãtibus. et tibi ineſt vt addas ſupra ſummã predictaȝ in potione prima. et poſtrema ſi fuerit virtus potens ſuper digeſtionem.

¶ In parte preſenti ponit medicinas humectantes vt lac tinam et vnctiones ⁊c. Habet duas partes. in prima parte ponit intentionẽ ⁊ regimẽ per lac. ſcdo ponit regimẽ per tinam balneum ⁊ vnctiones. ſcda ibi. (Tina autem.) In prima parte dicit. iam eſſe memoratas medicinas infrigidantes ⁊ humectantes. Reſtat nunc dare modum exhibendi in potu genera lactis. et lac de quo extractum eſt butyrum. ⁊ modum adminiſtrationis tine et balnei. ⁊ modũ adminiſtrationis vnguentorum et oleorum et epithimatum et reliqui regiminis. et dicit ſe docuiſſe ſcilicȝ. 12ª. et. 13ª. tertij modum dandi in potu genera lactis in capitulo ptiſis et exiccationis ſtomachi: quare illud ſit ꝓ parte canoñ. Hic per tinam intellige vas in quo ponuntur ad balneandum. Balneum vero eſt domꝰ habens tres caſas in qua tamẽ eſt tina. ⁊ poſt lac mulieris preſtãtius eſt lac aſine. poſt lac caprarũ paſcua debent eſſe ex oleribus ⁊ herbis ſupple et folijs frigidis et humidis. nam lac et proprie aſine eradicat ethicam: ſi poteſt eradicari. et nullum eſt preſtantius ipſo niſi ſit putredo accidens ex lacte aut expectata materiei comprehẽſe ſcilicet in corpore. que lȝ nõdũ putreat: eſt tamẽ apta putrere. et lac eſt cõueniens in ethica in principio vſq; ad finem. ⁊ lac mulieris ſuggendo ſumptũ eſt preſtantius oĩbus. Et canõ dãdi in potu lac de quo extractũ eſt butyrũ eſt ſilis canõ. dãdi ĩ potu lac de quo nõ eſt extractũ butyrũ et meliꝰ eſt vt incipias a pondere. ℨ.x. lactis paulatim augendo vſq; ad. ℨ.xxx. ⁊ ſupra. ſi fuerit virtus digeſtiua potẽs ⁊ cuȝ lacte potes admiſcere aliquid de trociſcis infrigidãtibus. Et potes augere ſummã predictã in potione prima a qua incipias ſcilicet dare ſupra. ℨ.x. ⁊ poſtea ſcȝ ſupra. ℨ.xxx. ſi digeſtiua fuerit potẽs.

¶ Et nota vt tollatur cõtradictio apparens ꝙ lac muliebre magis confert ꝙ̃ lac aſininum propter proportionem currentem inter indiuidua humane ſpeciei: ſed aſininum magis confert: quia magis infrigidat ⁊ humectat: ⁊ eſt ſubtilius. propterea quando virtus eſt fortis ⁊ magna neceſſitas infrigidandi magis confert lac aſininum: ſed quando eſt debilis et minor neceſſitas infrigidãdi: magis confert lac mulierum.

¶ Tina autẽ illa eſt melior que eſt tepida in qua nõ eſt caliditas multa: et eſt cũ hoc cum virtutibus olerum et herbarũ infrigidantium ⁊ humectantiũ: et nõ ſit ita vt rarificet nedum ꝙ ſudare faciat: et nõ licet vt vapor tine ſit calidus.

¶ Hic facit quod dictum eſt. Et primo ponit regimen per tinam. ſecũdo per balneum. ſcda ibi. (Ingreſſio autem.) prima in duas. primo ponit regimen per tinam abſolute. ſecundo ponit regimen per tinam comparando ad alias res. ſecũda ibi. (Et ſi ſumpſit aquam ordei.) prima in quatuor ꝑtes ſicut ſunt quatuor canones: aut dicta eius pricipalia. Primum dictum. tina melior eſt illa que eſt tepida habens virtutem olerum infrigidantium et humectantium virtualiter decoctarum in ea: et nõ ſit ita calidum vt rarificet ideſt notabiliter humidum euaporare faciat neduȝ ꝙ ſudare faciat: et nõ licet vt tine vapor ſit calidus: immo ſit minus calidus ꝙ̃ aqua quia inſpiratus ad membra ſpiritualia nimis ea calefaceret. hoc autem fiet ſi tina non ſit in aere valde calido: cum enim exibit ab aqua notabiliter infrigidabitur anteꝙ̃ inſpiretur.

¶ Et ſi nõ eſſet qđ ꝓhiberet adminiſtrationem tine frigide nõ eligeretur ſuꝑ eam: verum qđ ꝓhibet ab hoc eſt debilitas corporum eorũ et eoruȝ extenuatio. in primis vero rebus fortaſſe ſanat eos iſtud. verum debilitatem corporis ſanat iam illud cum infrigidatione pauca: quã facit in complexione eius que poſſibile eſt vt curet. Quod ſi fuerit debilius illo timetur ꝙ cadant in ethicam ſenilẽ: et illud ſm minus. veruntamen cum illo tardatur magis tẽpus mortis: et fortaſſe viuit cũ ea tẽpore cui eſt quãtitas. et multotiens quidẽ eſt rectior permutatio eius ad illam ethicam.

¶ Hic ſecundo dicit ꝙ ſi non eſſet hic ꝓhibẽs adminiſtrationem tine frigide nulla eſſet eligibilior ea. verum prohibet ab ea debilitas corporum et eorum extenuatio inter que duo eſt differentia nota. et propter quãlibet iſtarum diſpoſitionũ aptũ eſt corpus ledi ab aqua frigida: ſed in pĩcipio cũ corpora non ſunt extenuata neq; debilia fortaſſe aqua frigida ſanat ea. verum debilitatem corporis ſcilicet paucam ſanat iam illud ſcilicet balneũ ex aqua frigida cũ infrigidatione pauca: ideſt non ſuperflua: quia corpus exiſtens parum debile reſiſtit ne ſuperflue infrigidetur: ſed ſolũmodo tantum infrigidatur eius complexio quantum ſufficit ad ſalutem eius qui poteſt ſanari. Quod ſi corpus fierit debilius eo ⁊ timetur quod cadat in ethicam ſenectutis q̃ eſt ſiccitas fixa in frigiditate aut ſaltem abſq; caliditate febrili: illud tamen raro euenit: veruntamen eſt eligibilius: quia cum ethica ſenectutis magis tardatur mors ꝙ̃ cum ethica febrili: immo cũ ethica ſenili viuit lõgo tẽpore et notabili: quia non ita corpus exiccatur. vnde multotiens permutatio ethice febrilis ad ethicam ſenilem eſt recte facta.

¶ Illud autẽ in quo ſumus de relatione tine rectius eſt vt fiat inceptio in ea cuȝ aqua que eſt calida ad terminum. et fiat gradatio ad frigidam et temperatam frigidam tolerabilẽ. hec enĩ gradatio facit corpꝰ ſuſceptibile

sceptibile aque frigide cum lesio non fiat per aduentum contrarij in complexione subito. Et iterum corpus acquirit ex aqua calida similitudinem tenereitatis et tolerat cum ea frigidam.

¶ Tertium dictuz est ꝙ rectius est id qđ primo dictum est de tina. s. vt fiat inceptio cū aqua calida vsqꝫ ad terminum. i. temperata et fiat gradatio. i. paulatinus transitus ad frigidam temperate que possit bene tolerari. hec eñi gradatio facit corpus susceptibile aque frigide sine notabili nocumento cum lesio nō fiat nisi per aduentum cōtrarij in complexiōe subito. Et iterum corpus acquirit ab aqua calida tenereitatem: qꝛ corpus fit mollius ꝛ pori magis aperiuntur. licet nō fiat substantifice hūidius per nutritionē que est vera tenereitas: et cum ea tereneitate tolerat aquam frigidam per paulatinam infrigidationem. infrigidatur itaqꝫ magis: qꝛ poris apertis frigiditas aque magis penetrat. et cum hoc frigiditas aque melius toleratur. modus autez quo debet fieri iste gradatus processus dicetur cum curam ordinabo.

¶ Et si iteretur tina in die tribus vicibus erit rectuz. Et oportet vt administretur cū facilitate vt non cadat virtus.

¶ Istud est quartum dictum et si iterettur tina ter in die. s. ante prandiū in meridie et ante cenā erit rectuz vt bona fiat infrigidatio ꝛ humectatio. Et oportet vt administretur cum facilitate: qꝛ non sit multum calida nec diu moretur in ea. et vt deferātur ad eam ne virtus debilitaretur.

Quandoq3 accidit aeri quod docuimus te in libro vniuersalium. sicut accidit aque de alteratiõe in qualitate sua ad calorẽ ⁊ frigus. et de alteratione in natura sua ad profundationem et putredine3 sicut profundatur aqua et fetet et putrefit.

¶ Actum est in primo tractatu de effimeris. in scd̃o de humoralibus. in tertio de ethicis. In hoc quarto Aui. agit de febribus pestilentialibus et de variolis ⁊ morbilis que sunt homogenea febribꝰ pestiferis multiplicãtur eñ in aere putrido ⁊ multotiens antecedunt pestilentiam. licet etiam in hoc tractatu pro complemento scientie de feb. agat de feb. apostematum et de febribus compositis.

¶ Pro notitia dicendorum nota quod reperiũtur isti tres termini: sc3 epidimia. endimia. ⁊ pestilentia. Epidimia enim apud Symonem idem significat grece quod superueniens latine. Et est dispositio aeris per quã multiplicantur morbi diuersi in vno tẽpore ⁊ in vna regione. vtputa febres diuerse apostemata. fluxus ventris. ⁊ similes egritudines. Endimia autem est dispositio per quã multiplicantur in vna regione egritudĩes vnius generis. vtputa botium in agro tridentino. vena medena in ciuitate sic nomĩata. durities splenis ferrarie: ⁊ multotiens sequũtur dispositiões aque et aeris aut frugum illius regionis. Pestilẽtia vo est aeris dispositio per quã multiplicãtur egritudines vnius generis aut etiam diuersorum vt plurimũ mortales. et de hac est sermo in presenti: et dicitur pestilẽtia a pasco scis: qr depascit homines ad mortem. ¶ In tractatu tamẽ meo de pestilentia aliter sum interpretatus hos terminos: sed de nominibus non est curandum. ¶ Hec pars diuidit in duas partes. in prima agit de febribus pestilẽtialibus. in secũda agit de variolis. secũda pars incipit in principio sexti capituli. Primã diuido in tres: in pria ponit causas pestilentie. in secũda signa. in tertia curam secũda ibi. (Hec feb. est quieta.) tertia ibi. (Summam curationis.) Capitulũ primũ diuido in tres partes. in prima parte ponit modum quo aer putrefit. et fit pestilens. in scd̃a ponit causas putredinis. in tertia parte ostẽdit quomodo ex aere putrido fiant febres pestifere. secũda ibi. (Et quandoq3 est illud.) tertia ibi. (Et quãdoq3 fit aer scd̃3 hunc modum.) Prima iterum in duas. nam in pria ponit modũ quo putrefit aer et fit pestilens. in secunda declarat. scd̃a ibi. (Et sicut aq̃.) ¶ In pria parte dicit: quod quãdoq3 accidit aeri quod docuimꝰ in libro vniuersaliũ. idest in prio canone. scd̃a fen. de mutationibus aeris cõtra naturam sicut accidit aqua in alteratiõe sua in qualitate ad calore3 et ad frigus et tu supple ad siccitatem et humiditatem de alteratione in natura sua. idest in substantia sua ad profundationẽ et putredinẽ sicut ꝓfundatur aqua et fetet ⁊ putrefit. ¶ Pro quo notandũ ꝙ Auicenna volens declarare mutationẽ aeris cõtra naturam declarat ipsam per mutationẽ aque. et hoc ideo quia aqua est nobis magis nota quã3 aer: immo antiqui aerem appellabant vacuũ. secũdo de anima. Intendit ergo ꝙ tam in aere quã3 in aqua est duplex mutatio. vna in qualitatibus primis. altera in substãtia per quã molliũtur ⁊ ingrossantur. et de hac scd̃a dicit quod aer ⁊ aqua profundantur ⁊ putrefiunt et fetent. illa eñ profundatio nõ est nisi ipsorũ passio. sc3 secundũ suam substantiam quo ad omnes partes tam formales quã materiales que passio est ipsoru3 putrefactio ad quã sequitur fetor.

¶ Et sicut aqua nõ putrefit vllo modo ꝓpter suã simplicitatẽ: immo ꝓpter illud qd̃ admiscet ei de vaporibus malis qui permiscentur. ⁊ accidit toti qualitas mala.

¶ In hac parte declarãs modum secundum quem aer fit putridus dicit ꝙ sicut aq̃ non putrefit propter suam simplicitatem: immo propter illud qd̃ ei admiscetur de corpibꝰ terreis malis que sc3 corpa ꝯmiscẽtur ei. s. ad minima eiꝰ accidit toti. idest aggregato ex corporibus illis et aqua qualitas mala que est calor putredinalis. similiter aer non putrefit vllo modo propter suam simplicitatẽ: immo propter illud quod admiscetur ei de corporibus malis que: scilicet corpora admiscẽtur ei: scilic3 ad minima eius et accidit toti: idest aggregato ex aere et vaporibus qualitas mala. i. putredo. ¶ Pro quo notandum quod per corpora terrea non solu3 debemus intelligere partes terreas sibi admixtas sed quecũq3 extranea potentia putrescere aquam.

Dubitatur vtrum aer et aqua possint putrere. ⁊ arguitur qd̃ sic ex quar

Champerius. Difficillima omnium inter morboru3 causas habetur pestilentie origo de vniuersali eñ dicimus: q̃ regiones ⁊ prouincias trepido metu fatigat. Cũcta eñ in pestilẽtia fiunt grauissima ⁊ nihil occultatur vt in quouis morbo: multa variaq3 obueniũt: amẽtieq3 multiplices et bilis vomitus intẽsionesq3 hypocũdrioru3: ⁊ labores ⁊ sudores multi et extremarum partium frigiditates biliosiq3 fluxus: sufflatiões tenues vrine: alijs q̃dẽ aquose tenues: alijs biliose alijs porro atre q̃ terrificas habent hypostases et sublationes pessimas a naribus sanguinis distillationes estꝰ in thorace lingue exasperate vigilie spasmi violenti. vlcera ĩproba ⁊ carbũculata oĩaq3 molesta ĩ peste fiũt vti ĩ toto corpore ita ĩ facie et faucibꝰ. huic nãq3 victus cõperies pulcherrime instituendos vt si tẽpus bonũ. At si hũidũ sit tũ victus aridus d3 exhiberi: qui excedẽtem humiditatem depascat si vẽter superior fuerit pituitosus vomitibus exinaniẽdus ẽ: quibus vo sanguis redundat e vena secta detrahendus: bona est que per vrinas purgatio et queuis alia.

to metheororũ omnia putrescunt preter ignem.
¶ Amplius. xxv. problematum. problemate. xiiij. querit Aristo. propter quid terra et aqua putrent. aer vero nõ. Soluit quod aer non putrefit. quia est mixtus multo igni. ¶ In oppositum est Auicenna dicens quod aer et aqua non putrefiunt dum sunt simplicia sed dum componuntur cum rebus extraneis.

Pro solutione huius dubij dicendum quod putrefactio accipitur dupliciter. Uno modo proprie: et hec est passio mixti et opponitur simplici generationi mixtorum. Nam sicut mixta ex elementis componuntur ita per putrefactionem demiscentur et separantur in elementa: sola itaq; mixta putrefiunt putrefactione proprie sumpta. Secundo modo accipitur putrefactio improprie. et hoc modo dicimus aliqua putrefieri: quia in eis remanent aliqua accidẽtia putrefactionis proprie sumpte: scilicet remollitio fetor et similia. et hoc modo putrefiunt omnia elementa preter ignem. Ignis vero licet nõ sit vere simplex sicut flamma ignis non potest putrefieri aliquo modo propter caliditatem fortem exterminantem eius humidum: et hoc est quod voluit dicere Aristoteles quarto metheororũ: quod omnia putrefiunt preter ignem putrefactione proprie sumpta vel improprie. Quod autem dicitur vicesimoquinto probleumatum quod aer non putrefit. quia est mixtus cum multo igne intelligitur de aere existẽte in extremitate aeris: proxima igni non enim potest putrefieri cum potius comburatur a caliditate ignis sibi immixti.

¶ Et quandoq; est illud causa ventorum deferentium ad locum bonum fumos malos ex locis fetidis in quib9 sunt valles profunde. et corpora exiccata in prelio aut occisa non sepulta neq; tumulata. et fortasse est causa propinqua loco in q̊ venit. Et quandoq; accidunt putredines in interioribus terre propter causas quarum euentus ignoratur et nocere faciũt aquã & aerẽ.

¶ In parte presenti ponit causas putrefactionis aeris. et habet hec pars tres partes. in prima ponit causas magis propinquas. in secunda ostendit que febres sequũtur ex mutatione aeris contra naturam. in tertia ponit causas putredinis aeris et consequenter pestilentie magis remotas. secunda ibi. (Et febres quidem.) tertia, ibi. (Principium omniũ.) ¶ In prima dicit Auicenna. Putrefactio aeris quandoq; est causa ventoruꝫ deferentium fumos malos ex locis fetidis in quibus sunt valles profunde plene aq̃ fetida & ex locis fetidis in q̊bus sunt corpora occisa vel mortua in prelio nõ cõbusta nec tumulata. ¶ Secũdo dicit: q; fortasse causa putrefaciens aerẽ est propinquitas loci in quo venit vel currit: scilicet pestilentia: et declarãs dicit: qd̃ quandoq; accidũt putredines in interioribus terre: scilicet proxime loco pestilenti propter causas quarum euentus ignoratur: et nocere faciunt aerem et aquam illius loci ipsos putrefaciendo. Ex quo textu accipe primo quod per flatum ipsorum ventorum deferentiuꝫ malos vapores aliquis locus sanus multum distans a loco infecto potest infici. et per hunc modũ anno isto Millesimo quadrigentesimo quinquagesimo sexto infecta sunt loca sita in littore maris adriatici per ventos deferentes vapores malos a littore opposito: scilicet sclauonie diu vexate a pestilentia. Accipe secundo loca proxima aliquando posse infici ex apertione aliquorum meatuum venientium ab antris subterraneis in quibus erant conclusi vapores putridi maligni qui venientes ad aerem illius loci ipsum inficiunt: immo cloaca vna diu clausa postea aperta posset inficere aerem illius loci in quo est. Harum autem causarum que faciunt putredinem in interioribus terre euentus ignoratur secundum plurimum tam a medico quam ab astrologo licet forte astrologi quandam generaleꝫ habeant notitiam. ¶ Accipe tertio aquam putridam maligna putredine esse interdum causam febrium pestilentialium. Unde Auicenna secunda primi. ¶ Amplius mortalitas corrumpit vegetabilia: ideo homines qui eis vtuntur corrumpuntur: ideꝫ de aqua potata licet magis proprie sequantur aerem pestilentem cum continue ab eo inspiretur. Est autẽ aer pestilens putridus cum venenositate.

¶ Et febres quidem accidentes causa aeris sicci fiunt iterum causa vt eueniant febres colerice. pestilentiales vero fiũt ex aere turbido et humido. et febres in aere humido sunt pluris euentus. sed sunt minoris acuitatis et longioris spacij. in estate vero sicca pauce pluuie sunt minoris euentus et maioris acuitatis et velocioris separationis et meliora tempora sunt que seruãt naturam suam.

¶ In presenti parte declarat quomodo diuerse febres sequuntur diuersam aeris alterationem: & dicit quattuor. Primum quod febres: idest dispositiones ad febres sequentes aeris siccitatem supple cum caliditate sunt cause vt eueniãt febres colerice sicut in diebus canicularibus. Secundum quod febres pestilentiales sunt ex aere turbido et humido cum malitia occulta. Tertium quod plures febres veniunt in aere humido quam in aere sicco. magis enim disponit ad putredinem. attamen sunt minoris acuitatis: idest caliditatis & lõgioris durationis humore putrente existente magis grosso. febres enim aeri proportionantur. in aere nanq; humido grosso pendent ab humore humido grosso: et in aere subtili et sicco econtra. Quarto dicit: qd̃ in estate sicca pauce pluuie pauciores eueniunt: et sunt maioris acuitatis: idest caliditatis et citius terminantur. ¶ Sed nota quod febres pestilentiales licet ratione aeris humidi grossi deberent esse longe cum secundum plurimũ fiant ab humore grosso: tamen ratione ventositatis et quia secundũ plurimũ putrent humiditates cordis sunt breues ad interitum. Signum autem quod merito aeris et grossitiei debeant esse longe est: quia que sunt salubres secundũ plurimuꝫ sunt longe. et etiam apostemata pestifera que fiunt ab humore proportionali sunt dura longe terminationis. et meliora tempora sunt que seruant suam naturam. ¶ Contra. autumnus humidus est melior. scd̃a primi. corrigit enim siccitateꝫ estatis precedentis. ¶ Dicendũ quod autũnus humidus est melior sicco. attamen seruans suam naturã est melior sicco et humido reliquis temporibus seruantibus suam naturam. verum si estas precedens nõ seruasset suam naturam: immo distemperata fuisset notabiliter ad calidum et siccum: autũnus humidus melior esset quã siccus et quam medius seruans suam naturam. & hoc voluit Aui. scd̃a primi.

¶ Et principium

¶ Et principium omniuz horum sunt forme ex formis celi facientes esse necessariuz illud cuius aduētus ignoratur: lz sint quidam qui dixerunt in eo aliquid nō proporționatum ad causam eius: immo oportet vt scias ꝙ cā prima lōginqua ad illud sunt figure celestes et propinque dispositiones terrestres. et quando faciunt necessario virtutes agentes celestes et virtutes patiētes terrestres humectationem vehementē aeri expelluntur vapores et fumi ad ipsum ⁊ sparguntur in ipso et putrefaciunt eum cū caliditate debili.

¶ Hic ponit causas longinquas pestilētie di. qd principiū .i. causa prima oīm horum .s. preliorum ex quibus remanēt cadauera nō tumulata. Item aquarū putridarū et ventoꝝ deferentiū vapores putridos. Itez putredinū in interioribus terre ex quib⁹ fit aer pestilēs et egritudines pestifere. Aliter pncipiū horū oīm .s. aeris pestilētialis: et egritudinum pestilētialiū sunt forme ex formis celi .i. alique ex figuris celestibus faciētes esse necessariū illud .i. hunc effectū .s. pestilentiā: cuius euētus ignorat᷑ quātū ad causas suas a medico: licet ab astrologo sciātur cognoscenti coniūctiōes q̄ sunt cause pestilētie vtputa cōiunctionē martis cū saturno et similes. ¶ Pro quo notandū ꝙ aliq̄ astrologi voluerunt oēs effectus inferiores fieri a causis supercelestibus: ⁊ per ꝯñs fieri pestilentiā per hec media sicut haly ben rachel: quoruz opinioni accōmodat᷑ prima expositio. Alij autem voluerūt aerē fieri pestilentez nō necessario ꝑ hec media sz īmediate ꝑ formas celestes imprimētes aeri malitiā venenosaz. videm⁹ eñi aliquādo aerē optime dispositū quātum ad id qđ subiacet sensibus nostris esse pestilentē. et aliquādo aerē esse male dispositū quātū ad qualitates nobis manifestas: ⁊ tñ non esse pestilentē. Scđo dicit: ꝙ sunt quidā hominū qui dixerūt in eo .i. in hoc effectu qui est aeris pestilētia aliquid nō proportionatū vel pertinens ad causam ei⁹. Dixerūt eñi q̄dam astrologi posse fieri imaginē in aliqua astroꝝ coniunctiōe corruptiuā aeris vnius loci de quoꝝ numero forte fuit Conciliator: quā opinionē abijcit Auicen. tanq̄ falsam: et cōfirmās primā dicit: immo opz qđ scias qđ causa prima remota sunt figure celestes. et ꝑpinqua dispositiōes terrestres. et quādo virtutes agētes celestes ⁊ virtutes patientes terrestres vehemēter humectāt aerē: expellūtur vapores ⁊ fumi .i. exalatiōes ad ipsum et spargūtur in ipso ad minima eius: et putrefaciūt eum cum caliditate debili. qua obtusa a multo humido tunc supple fit aer pestilēs. Innuit ergo ꝙ causa pma remota pestilētie q̄ est putredo maligna aeris cū proprietate venenosa sunt forme celestes: causa propinqua sunt exalationes ⁊ vapores terrestres cum aere ad minima diuisi ipsuz superflue humectantes et putrefacientes.

¶ Et quando fit aer secundum hunc modum venit ad cor: quare corrumpit cōplexionem spiritus: qui est in ipso: et putrefit quod circundat ipsum de humiditate. ⁊ accidit caliditas egressa a natura et spargitur in corpore: tunc per causam suam erit febris pestilentialis.

¶ In pte p̄senti pmo ponit quō aer pestilēs facit feb. pestilētiales. scđo ostēdit quō cōicant multis hoib⁹ p̄paratis ad eas. tertio ostēdit q̄ hoies sint ad eas p̄parati. scđa ibi. (Et cōicāt) tertia ibi. Et p̄paratio corpoꝝ.) ¶ In pma dicit: ꝙ quando aer fit putridus ⁊ pestilēs scđm hūc modū inspiratur ad cor. q̄re corrūpit cōplōnē spūs qui est in corde et putrefit qđ circūdat ipm .s. spm̄ de humiditate que est sanguis scđm plurimū eius. et accidit caliditas egressa a natura in corde q̄ est calitas feb. ⁊ postea spargitur in corpe: et tūc erit .s. in corpore et in corde feb. pestilentialis per causam suam .i. ꝑ aerem pestilentialem qui est causa eius factiua ⁊ conseruatiua.

Hic solet dubitari vtrū feb. pestilētialis sit effimera vel putrida. ¶ Pro cuius dubij decisiōe tenende sunt iste cōclusiōes.

¶ Prima feb. pestilētialis aliquādo est effimera. probat᷑ ex textu Auicē. dicētis. Et quādoq̄ fit aer scđm hūc modū. venit ad cor et corrūpit cōplōnē spūs. aut ergo putrefacit ipm aut inflāmat absq̄ putredine. Si primū est effimera putrida. si scđm est effimera absq̄ putredine. et necessarium est effimeram posse esse putridā si spūs potest putrefieri. et certū est ipm posse putrefieri: cū sit mixtum: lz putredo ei⁹ non sit manifesta sicut putredo humoris ꝑꝑ tenuitatē substātie ei⁹. ¶ Scđa pclō feb. pestilentialis scđm plurimū est putrida .i. pēdēs ab humore putrido. ꝓbat᷑. pmo ꝑ Auic. hic dicentē. putrefit qđ circundat ipm de humiditate. sed humiditas putrēs in corde facit feb. putridā in cuius aduentu cessat effimera si qua primū fuit: sicut determinatū fuit in tractatu de effimeris. et ꝓ hac ē in tētio Gal. pmo de differētijs feb. q: ꝯo pestilētiosarū meminim⁹ oīm a putredine fientiū: et ly oīm more medicoꝝ distribuit vt in pluribus. differunt tamē feb. pestilētiales a febrib⁹ cōiter euenietib⁹ nō pestilētialibus. Primo. q: in febrib⁹ pestilētialibus scđz plurimū putredo ē in corde aut ꝓxima cordi. in alijs aūt febrib⁹ scđm plm est distās a corde. Scđa differētia. q: pestilētiales scđm plm hñt determinatā causaz .s. aerē pestilentē q̄ ē malign⁹ maligna putredine ⁊ ꝓpria venenositate ¶ Sed cōtra primā differētia instatur qđ feb. pestifere deberent scđm plm esse causones aut sinoche cū earum putredo fit in corde et ꝓpe cor. Dicit᷑ ꝑm plm qđ sunt sinoche. cū magna quātitas sanguinis in corde aut ꝓpe cor reperiat᷑. et quādoq̄ sunt causones cola dominātē raro flatice: et rari⁹ melice: melancolia rarissime dominātē. et aliquādo imo frequenter mixte putrēte frequēter massa humorali.

¶ Et cōmunicat multitudini hominum q̄ iterū habēt in seipsis proprietatē preparationis. agens enim solum cum peruenit: et patienti non est preparatio: non accidunt actio et passio.

¶ In ista pte dicit: ꝙ febris pestilētialis ꝑm plm cōmunicat multitudini hoīm qui habēt preparationē ad illam. quod ꝓbat. quia si solū esset agens et nō esset dispositio passi non fieret actio in passo. oportet itaq̄ cōcurrere passi dispositionē.

Dubitatur vtrū febris pestilētialis posset esse in vno solo homine. ⁊ arguitur quod non ex Auicenna dicente quod cōmunicat multitudini hominū. idem vult Aristoteles prima problematum problemate octauo. ¶ In oppositum est experientia. frequētius eñi sn

vna patria incipit aliq̄s febrire febre pestilētiali
quā plures simul. Dicit Gētilis se litigasse cū Di
no in ciuitate Senarū. Dicebat enī Gētilis vnuȝ
esse pestilentē oppositū dicebat Dinus: cū null⁹
esset Senis laborans hac egritudine. ¶ Tenenda
est hec ꝯclusio. qđ licet scđm plurimū febris pesti
lentialis cōtīcet in paruo tpe multitudini hoīm:
possibile tamē est vnū posse febrire febre pestilen
tiali vera: quā non antecessit. nec sequet̄ in eadem
patria longo tēpore alia feb. pestilētialis. ¶ Pri/
ma pars pbat̄. q2 cause cōes debēt habere effect⁹
cōes. sed aer pestilens et forme celestes sunt cause
cōes. ergo ꝛc. scđa pars pbat̄. nam possibile ē ab
intrinseco in humoribus cordis fieri malignā pu
tredinē venenositati coniunctā. ergo et pestilētia
lem putridā aut similem pestilentiali. tenet ꝯn̄a.
cum posita causa sufficiēti ponat̄ effectus. antece
dens est manifestū cum cōtingat ab intrinseco ge
nerari colerā prassinā ȝinariā materiā furiosaȝ vt
dictū est supius sepe: et hmōi putrescere et facere
febres. ¶ Preterea arguit̄ ratione Gētilis. est enī
possibile hoīem esse conclusum in aliquo loco in
quo sit cadauer fetidissimū: cuius vapores putri/
di venientes ad cor putrefaciāt hmōi hūiditates
putredine pestilentiali. et certū est qđ hic nō min⁹
erit pestilens quā si multi laborarent simili febre
propter vapores delatos a multitudine cadaue/
rum putrentium: sicut dicit Aui. Rationes autem
oppositū suadētes facile ex dictis solui possunt.

¶ Et preparatio corporū ad illud in quo
sumus de passione est vt sint plena humori
bus malis. nam munda nō forsitan patiū/
tur ex illo. et corpora debilia iterum patien
tia sunt ex ea sicut illa que multiplicāt coi/
tum et corpora dilatatorum pororum hu/
mida multe balneationis.

¶ In hac parte ostēdit auctor que corpa sint ma/
gis ad fe. pesti. preparata di. qđ prepatio corpoꝝ
ad illud de passione in qua sumus. i. ad feb. pesti/
lentialem de qua loquimur ē vt sint plena humo/
ribus malis. nam corpa munda nō fortasse patiū
tur ex illo. i. ex aere pestilentiali. Itē corpora debi
lia sunt patientia ex aere pestilēti sicut illa q̄ mul/
tiplicant coitū. sunt enī pauce resistētie. tertio cor
pora dilatatorū pororū. quarto corpa hūida mul
te balneatiōis. et appellat ea hūida. quia p mul/
tam balneationē humectātur quādo balneantur
in aqua dulci tepida aut frigida. Cause eorum q̄
dicuntur in presenti note sunt.

Solum superest dubiū vtrū corpa
dilatatoꝝ pororū
sint parata feb. pestilentialibus. et arguitur ꝙ nō
per Gal. pmo de differen̄. feb. dicentē contrariū.
¶ In contrariū est Auic. ¶ Gentilis soluit duplici
ter. primo q2 hoīes ex duab⁹ causis incurrunt mor
buȝ pestilentē. vel ex violētia aeris maligni ꝛ hūc
magis incurrūt q̇ plus aeris attrahūt. ꝛ hi sunt q̇
sunt rari i poris. ingredit̄ nanq3 aer pestilēs libe/
rius per poros latos. et hoc voluit Auicē. Alia cā
potest esse putrrfactio incboans interius: licet ad
hoc iuuet aer pestilens. et hūc magis incurrūt cor
pora densa in poris. et hoc voluit Gal. q2 ex hoc
transpiratio prohibet̄ que est causa putredinis.
Secūda solutio est ꝙ dilatatio naturalis sicut vi/
rorū quādo opponitur dēsitati naturali sicut mu/
lierū. et hec dilatatio preparat ad febrem pestilē/
tem pter maiorē aeris pestilentis subingressuȝ.
et hoc voluit Auicen̄. ꝓpterea aliqn̄ videm⁹ viros
adolescētes et iuuenes magis perire quā mulie/
res et senes qui sunt magis densi corpis. Si vero
ꝯsideremus naturalē dilatationē oppositā densi
tati accidētali ab hūoribus supfluis replentibus
poros hoc modo densitas corpis magis p̄parat
ad febrē pestilētē quā dilatatio. significat enī cor/
pus nō purū plenū humoribus et hoc voluit Ga.
Et hic nota pestilentiam diuersificari penes effe/
ctum. qn̄q3 enī est hoīm interēptiua. qn̄q3 aīaliuȝ
alterius speciei. et q̄ interēptiua hoīm qn̄q3 ma/
gis interimit masculos quā feminas: et iuuenes
quā senes: et calidos quā frigidos. qn̄q3 econtra.
quā diuersitateȝ credo prouenire tā ex diuersitate
causaꝝ terrestriū quā ex diuersitate influxuū cele/
stiū. Immo credo aliqn̄ influxus celestes eē aeris
īfectiuos absq3 ꝯcursu alteri⁹ cāe terrestris sicut ēt
aliqn̄ cā terrestris ē aeris īfectiua absq3 celesti: et
terrestrē voco q̄ est infra ꝯcauū orbis lune. imo cer
tum ē qđ sicut aer pestilēs est causa morborum pe
stilentialium. ita morbi pestilētiales possunt esse
causa aeris pestilentis. ꝛ credo cadauera hominū
magis esse hoīm infectiua. et cadauera equorum:
magis equoꝝ ꝛ sic de ceteris. quorum oīm causa ē
satis nota exercitatis in philosophia.

¶ Signa febris pestilentialis. Cap. ij.

Ec febris est quieta exterius cō
turbans interius secundū plu/
rimum perdens ex qua percipi
tur caliditas ꝛ inflāmatio for/
tis. ꝛ est cum ea magnitudo an
helitus ꝛ ei⁹ exaltatio. et cōstringitur mul/
tum ꝛ curtatur multum et frequentatur et
vehementia sitis ꝛ siccitas lingue. ꝛ quan/
doq3 fit cum nausea aut casu appetitus. ꝛ si
non resistitur ei cum comestione violenter
interficiet eum. ꝛ dolor oris stomachi ꝛ ma
gnitudo splenis et angustia vehemens ꝛ in
quietudo. et fortasse erit tussis sicca et ca/
sus virtutis. et peruenitur in ea ad sinco/
pim et commixtionem rationis: ꝛ tenditur
quod est sub hypocundrijs. et fiunt cuȝ ea
vigilie et mollificatio corporis et tepor. et
quandoq3 accidit cum ea bothor subalbi/
da et rubea. et quandoq3 est velocis occul/
tationis et accidunt cola ꝛ vlcera: et fit pul
sus secundum plurimū frequens: paruus.
et fit vehemens secundum plurimuȝ in no/
cte. Et quandoq3 accidit eis dispositio si/
cut ydropisis et fluxus vētris colere ꝛ alio
rum. et est egestio eius lenis feda non natu/
ralis. et quandoq3 est melancolica. et plu/
rimum eius est spumosum fetidum et est in
illa aliquid de genere eius quod liquefit. ꝛ
est vrina eius aquosa colerica melancolica
et multotiens euomunt melancoliam. cole
ram vero plus illa. et sudāt sudore fetido.

¶ Auicēna intendēs ponere signa primo ponit si/
gna febriū pestilentialiū. scđo signa pestilētie. se/
cunda ibi in pncipio sequētis capituli. (De illis)
Primū caplm diuido in ptes duas. i pma pōit si/
gna febriū pestilētialiū cōit̄ euenientiū. scđo ponit

signa febrium

signa pestilentialiũ raro euenientiũ. scđa ibi.(Et
qñq3 est ex his.)Primã diuido in tot partes quot
sunt signa.partes patebunt discurrẽdo p tex.Pri/
mũ signũ.hec feb.est q̇eta exteri⁹.i.mitis ad tactũ:
cõturbãs interi⁹.tũ ꝓpter nocumẽtũ cordis. tum
propter malignã putredinẽvenenositati cõiũctã.
ꝭm plurimũ perdẽs.i.interficiẽs:vt declarat expe
rientia.et hoc ꝓpter causas duas p̄dictas ex qua
percipiť caliditas et inflãmatio fortis nõ tm̄ pro
pter intensionẽ gradualẽ:ꝙtũ ꝓpter multitudinẽ
caliditatis ⁊ cordis ꝓpinquitatẽ:l3 vtrũq3 cõcur/
rat:sicut cũ putrefit colera ꝓpe cor q̄ facit causo/
nem pestilẽtialẽ.¶Cõtra deberet tũc sentiri cali/
ditas acuta exteri⁹:cui⁹ oppositũ dictũ est in prĩo
signo.Dicẽdũ in aliqua pestilẽtiali sentiri calidi/
tatẽ acutã exteri⁹.s.in causone pestilẽtiali. Sz|qđ
diciť in prĩo signo veritatẽ habet vt in plurib⁹: eo
ꝙ caliditas feb. pestilẽtialis proportionať aeris
pestilentis caliditati:q̄ est remissa ⁊ obtusa multo
humido:cũ quo tm̄ stat ꝙ aliqua pestilẽtialis sit in
tensa exteri⁹. ¶Nota tm̄ ꝙ causon pestilẽtialis nõ
est ita intẽsa exterius sicut causon nõ pestilẽtialis
ꝓpter tractũ caloris interi⁹ ad succurrẽdũ multo
nocumẽto cordis ⁊ maiori ꝙ̄ in causone nõ pesti/
lẽti.⁊ ecõtra maior calor debet sentiri iteri⁹ in cau
sone pestilẽtiali oĩ paritate supposita. ⁊ hoc pro/
pter maiorẽ fugam caloris interius ꝓpter maius
nocumentũ illatũ cordi in pestilentiali quã in nõ
pestilentiali.Et est cũ ea magnitudo anhelit⁹ ꝭm
omnẽ dimẽsionẽ et eius exaltatio.i. altitudo q̄ est
magnitudo anhelitus solũ scđm vnã dimensionẽ
scil3 ꝓfunditatem quã expressit.q2 maxime sensui
subiecta.et hoc significat magnã caliditatẽ in cor
de.Et cõstringiť multũ.s.scđm oẽm dimensionez:
cum sit magna necessitas expellendi fumos mali/
gnos.Et curtať.i.abbreuiať.ꝯstrigi em̄ significat
ip̄m ꝯstringi ꝭm oẽ3 dimẽsionẽ.sed coartari signi
ficat ip̄m ꝯstringi scđm dimensionẽ longitudinis
et frequẽtatur vt satisfaciat necessitati nõ solu3 p
magnitudinẽ:sed etiã per velocitatẽ et frequẽtiã.
Et vehemẽtia sitis maxime ꝓpter cauma in spũa
libus:qm̄ fit exiccatio humidi roridi oris stoma/
chi.Et siccitas lingue vaporibus sibi p cannã cõ
municatis.Et qñq3 est cũ nausea aut casu appeti
tus humoribus repentibus ad os stomachi. Et
si nõ violenter comedere cogãtur moriũtur ꝓpter
magnã corruptionẽ spũum.vnde req̄ratur cib⁹ cõ
ueniens et sufficiens ꝓ eorũ restauratione. sed de
hoc in cura ⁊ dolor oris stomachi.ex hũoribus. vt
supra et magnitudo splenis melãcolia cõuersa in
vapores et ventositates per actionẽ caliditatis q̄
tamen nõ est potens ad eoꝝ resolutionẽ.angustia
vehemẽs ꝓpter magnũ nocumentũ in spũalibus
ad quã seq̄tur inquietudo nõ em̄ potest ꝓpter an/
gustiã quiescere. Et fortasse erit tussis sicca.i.sine
sputo vaporibus acutis pulmonẽ stimulãtibus.
Casus virtutis.ẽ dispositio infra sincopim.s. lipo
tomia.et ꝑueniturquandoq3 vsq3 ad sincopim ꝓ/
pter magnum nocumentũ cordis et cõmixtionem
rationis vaporibus capiti cõmunicatis. Et tẽdi/
tur quod ẽ sub ypocundrijs. quia defectu caloris
naturalis fit ventositatũ multiplicatio et earum
retentio.et fiunt vigilie propter vapores acutos
caput petentes. Mollificatio est quidam mo/
dus paralisis vt non possit membra mouere pro/
pter defectum animalis virtutis sequentem nocu
mentum tam spũs vitalis quã animalis.tepor.i.
caliditas tepida.Glosa tamen Gerardi dicit: qđ
est debilitas in qua homo stat ita vt nõ loquatur
nec bene sentiat ⁊ est casus virtutis subito de quo
Aui.fecit capitulum vndecima tertij. Et hic seq̄/
tur paucitatem .i. corruptionem spiritus ⁊ est dis
positio infra sincopĩ:qñq3 añs eã:qñq3 sequens ⁊
qñq3 accidit cum ea hothor.i.pustula subalbida ⁊
rubea secuudum diuersitatem humoris que quan
doq3 est velocis apparitiõis ⁊ velocis occultatio
nis ⁊ hec pustula vna vel⁹ plures velociter appa/
rent natura tẽtante expulsionẽ ad cutim velociter
occultatur defectu virtutis non potentis conti/
nuare expulsionẽ materiei exterius.vnde fit vt illa
pauca materia resoluatur aut retrocedat quod est
deterius:⁊ quomodocunq3 est malum signum . Et
accidunt colla.i.pustule et vlcera he enim pustule
prius fiunt:postea vlcerantur ⁊ sequuntur vapo/
res acutos febriles vel vlcera in alijs partibus:q̄
qñq3 sunt maligna propter materiei malignitatẽ
fit pulsus frequens vt satisfaciat necessitati:cui p
magnitudinem neq3 velocitatem potest satisface
re cum virtus debilis nõ possit magnificare neq3
velocitare pulsu3. Et fit vehemens scilicet febris
vel frequentia pulsuum in nocte quia intus cõclu
ditur calor ⁊ quandoq3 accidit eis dispositio sicut
ydropis id est q̇da3 modus ca3esie vel forte con
clusio vapoꝝ grossorũ sub cute.vel forte inflatio
ventris:et fiunt sicut tympanitici vaporib⁹ gros/
sis et vẽtositatib⁹ reclusis sub sypbac. fluxus ven/
tris colere et alioꝝ humorũ natura sinthomatice
illos humores expellẽte. ¶Et ex his pt3 feb.pesti
lentes esse diuersas et a diuersis fieri humoribus
vt in vno sit colerica.in altero sit flegmatica.in al
tero melancolica.plurimũ tamen ẽ sanguinea: cũ
plurimũ de sanguine in corde repiatur: et aliquã/
do in vno fiunt febres diuerse putredine maligna
pluribus humoribus cõmunicata. et ẽ egestio le/
nis.i.liquida quandoq3 propter idigestionẽ:qñq3
ꝓpter liquefactionẽ:quãdoq3 ꝓpter humoꝝ per/
mixtionẽ.Ar lenis.i.equalis in malitia:que equa
litas significat dominiũ caloris preter naturam.
vnde vituperatur hec equalitas a Gal.scđo ꝓno/
sticorum.cõmen.xxi.et scđa ꝑmi.cap.de egestione
fetida ꝓpter malitiã putredinis.fetor em̄ signifi/
cat putredinẽ prĩo ꝓnost.ꝯmento vltimo. ⁊ tertia
quarti cap.de iudicijs saniei nõ naturalis.s.in co
lore neq3 in substantia.Et quandoq3 est melanco
lica.i.fecalis grossa qua3 forte antecessit subtilis
virulenta.nam possibile est p euacuationẽ partiũ
subtilium illud qđ remanet magis igrossari: ⁊ sic
fieri fecem melancolicam grossam.et fortasse inci
pit grossa nullo alio fluxu p̄cedẽte solũ per resolu
nẽ partiũ subtiliũ a calitate febrili.Scđo egestio
põt esse melica p fluxũ alicui⁹ hũoris melãcolici:
q̄ hũor melicus forte p̄erat ante pestilẽtiã.vel for
te q2 malitia fe.hũores ꝯuersi sunt ad naturã me/
lãcolicã.et plm̄ eius est spumosum pp ebulitionẽ
vapores em̄ grossi generati a calitate reclusi i su/
perficie alicui⁹ hũiditatis viscose eleuãt eã in cu/
pum:et faciũt ampullas ⁊ multitudo ampullarũ
paruaꝝ ꝓximaꝝ ẽ spuma .fetidũ pp calorẽ putre
dinalẽ et ẽ in ea.s.egestione aliq̄d de genere eius
qđ liq̄fit.aliq̄d em̄ pinguedis liq̄facte appebit in
sup̄ficie.⁊ ẽ ei⁹ vrina aquosa qñ pẽdet a materia
flatica.colica qñ pendet a cola.melica qñ pẽdet
a melia.Ex q̇bus datur intelligi iuxta superi⁹ di/
cta ꝙ ab omni humore põt fieri hec fe.et ꝭm plm̄
a multis hũoribus simul.Et propterea in vno fe
briente apparẽt aliquãdo hi modi vrinarũ ⁊ mul
totiens euomit melãcoliã colicã.colam vero post
idest meliam q̄ colera nigra appellať post illa3.s.

melancoliā colericam q̄ citius euacuatur: q2 ma/
gis stimulat virtutē expulsiuā quā melancolia na
turalis aut genita per adustionē meľie naturalis.
Itē quia he sunt grossiores non ita faciliter educi
biles. Aliter euomit colerā post melancoliā. nā li
cet ordine naturali prius deberet euomere colerā
ex causis suprascriptis. quādoq̄ tn̄ accidit prius
euomi melancoliā natura preter modū stimulata
sintbomatice operāte. aut forte q2 meľia erit ma/
gis ppinqua vijs vomitus quā colera. sudāt sudo
re fetido. q2 quicq̄d exit ab eis ē fetidū quarto Al/
mansoris cuius cā est calor multuz putredinalis.

¶ Et hec quidē febris incipit cū acciden-
tibus predictis cū fortitudine sua et venit
res eius ad sincopim ꝛ frigus extremitatū
et spasimum et alcuzem.

¶ Hic cōplens signa feb. pestilentialis cōiter eue
nientis dicit: q̄ hec febris incipit cum accidenti/
bus predictis fortibus: et nō mirū. est enim egritu
do pacuta scd̄m plurimū perdēs. vnde statim ab
initio incipiūt apparere accidētia fortia. deinde
peruenit parū post ad accidētia mortalia. s. ad sin
copim. cuius causa ē vehemēs cordis lesio. frigus
extremitatū calore reuocato interi⁹ ppter magnū
nocumentū intrinsecū. et spasmuz qui pōt esse de
inanitione de repletiōe: et nō proportionatas ad
materiā scd̄m diuersitatē corporū et diuersuz mo
dum lesionis. et alcuzem. i. tetanum.

¶ Et quādoq̄ est de his febribus pestilē
tialibus in qua nō percipit eger neq̄ tan-
gens propinquus multitudinez caloris et
non alteratur pulsus et aqua magna alte-
ratione. et cum hoc ipsa est interficiens ve
lociter ꝛ hesitant medici in esse eius.

¶ In parte presenti ponit modū cuiusdā pestilen
tialis raro euenietis. scd̄o ponit pronosticū. scd̄a
ibi. (Et plurimū. In prima parte dicit: qd̄ est aliq̄
de his febribus pestilentialibus in qua nō perci/
pit eger neq̄ tangēs calorē multū. ꝛ nō alteratur
pulsus et vrina magna alteratione et cū hoc ē in/
terficiens velociter. Secūdo dicit qd̄ medici hesi/
tant in causam eius cū nō preuiderint mortē. mi/
rantur enī qd̄ tam festina secuta est mors cū acci/
dentibus ita leuibus.

Primo dubitatur q2 oppositū p̄mi
dicti dixit Auic.
superius q̄. s. in feb. pestilentiali percipit caľitas
et inflāmatio fortis. Preterea materia putret p/
pe cor et materia taliter facit causonē. ¶ Secūdo
dubitatur. quia videt̄ qd̄ pulsus debeat alterari:
quia fit ex putredine hūiditatū cordis. ¶ Ampli⁹
hec feb. velociter interficit ergo oportet in corde
esse maximū nocumentū. et cōsequenter in pulsu.
¶ Tertio dubitatur. q2 dicit: quod vrina nō pmu/
tatur magna alteratiōe qd̄ etiā dicit̄ fen scd̄a hu/
ius capituli de iudicijs vrine. ¶ Sed cōtra. si vri/
na parū pmutat̄ habebit digestionē. sed in febri/
bus materialibus digestio ostēdit velocitatē cri/
sis. et fiduciā sanitatis primo de crisi. ¶ Amplius
deficiente virtute cordis oportet qd̄ deficiat virt⁹
epatis cū epar digerat in virtute cordis et sit vica
rius ei⁹ vt vult Auer. scd̄o colliget. nā epar nō di/
gerit nisi cū auxilio caloris vitalis vt etiā sentiūt
medici: quō ergo spū cordis ita malignato vt ci/
to eueniat mors potest eē vrina laudabilis. ¶ Ad
primū dicendū q̄ febris pestilētialis de qua hic ē
sermo est raro eueniēs. et habet accidētia hic ab
Auiceñ. descripta. habet enī dispositionē ɔformē
aeri pestilēti q̄ non excedit in calore lz habeat pu
tredinē malignā venenositati cōiunctā. ꝛ forte pē
det a materia flegmatica: cui⁹ calor putredinalis
est remissus licet malignitas sit intēsa. ꝛ hec est fe
bris maligna lēta de qua loquit̄. Gal. iij. de crisi.
¶ Et ex his ad primā rationē ante oppositū est re
spōsio. ¶ Ad secūdā dicit̄. q̄ non oīs materia pu/
trens prope cor facit causonē sed solū qn̄ illa ma/
teria fuerit naturaliter calida. Itē possibile est eā
dem materiā putrere calore intēso ꝛ remisso lz cū
putreat calore remissiori. fit possibile eam putrere
putredine maligniori iprimunt̄ enī in passum di/
spositiōes ſm exigentiā agētis. Aer itaq̄ in calo/
re remissus habens malignā putredinē pōt' tal'es
dispositiōes iducere. ꝛ si esset in calore intēsior in
tēsiorē calorē induceret vt videmus in estate pesti
lentiales magis intensas q̄ in hyeme. ¶ Ad scd̄m
dubiū de pulsu dicūt cōiter q̄ pulsus non alterat̄
magna alteratiōe q̄tū ad differētias pulsus q̄ se/
quūtur caliditat⁊ magnitudinē i eo nō fit magn⁹
velox ꝛ frequēs frequētia. s. sequēte excessum calo
ris: sed alterat̄ magna alteratiōe q̄tū ad differen
tias q̄ sequunt̄ defectū virtutis: ideo fit pulsus de
bilis inordinat⁹. ꝛ si erit frequēs: erit frequēs: quia
paruus. hec tn̄ solutio non est ad mentē Aui. semp
enī Aui. diceret pulsum debilē diuersum et inordi
natū eē alteratū alteratiōe magna a dispositiōe
naturali ꝛ multomagis q̄ si esset velox ꝛ frequēs ꝛ
magn⁹. ¶ Pretera nō ē ɔformis his q̄ accidūt cū
aliqn̄ in feb. pestilētiali videam⁹ pulsuz nullo mō
notabiliter pmutatū a dispōne naturali q̄ tn̄ velo
citer interficit. Est ergo ad hoc dubiū aliter dicē/
dū. Pro quo p̄mitto prio q̄ hic velox interit⁹ princi
paliter sequit̄ venenositatē materie cū non videa
mus in qualitatib⁹ manifestis notabilē pmuta/
tionē. ¶ Premittēdū scd̄o hanc formā venenosam
siue subito iducat̄ in materiā siue successiue aliqn̄
induci anq̄ materia putreat: aliqn̄ cū icipit putre
re aliqn̄ postq̄ incepit putrere ppter diuersam di
spositionē tam agētis q̄ passi. si primū: tūc fiunt
feb. pestilētiales cū accidētib⁹ fortib⁹ vsq̄ ab iitio
et he cōiter eueniūt. si scd̄m. s. q̄ icipit induci eque
cito sicut putrere icipit ꝛ nō acq̄rat̄ subito sz suc/
cessiue. accidētia a principio non sunt valde mali
gna. sz postea cōtinue malignitas intendit̄ valde
saltē vsq̄ ad statū. si vō forma venenositatis subito
a p̄ncipio inducit̄ accidētia sunt maligna a princi
pio ꝛ malignādo pcedūt vsq̄ ad statū nō ppter in
tēsionē forme venenose: sz ppter calorē putredina
lem ꝛ ex defectu resistētie. Si vō post incboationē
putredinis forma venenositatis subito inducat̄ ve
lociter iterficit: cū antea accidētia fuerint remissa
ꝛ si successiue nō ita velociter. ꝛ hoc mō accidūt fe
bres pestilētiales q̄ pcesserūt cū accidētib⁹ remis/
sis postea velociter occidūt. Scd̄s modus: q2 pōt
hmōi materia maligna distās a corde in die q̄rta
aut septima aut forte sexta q̄ est assimilata seu o ty
rāno: aut alio die moueri v̄sus cor ꝛ subito iterfice
re sicut iterficit materia furiosa. Est enī ppriū ve/
nenositatis petere cor. Tertius modus: q2 hic nō
morit̄ merito hui⁹ fe. nec merito materie sue cuius
apparuit digestio: sz merito alteri⁹ materie vene/
nose q̄ latebat. ꝛ in die crisis agitata mouebit̄ ver
sus cor et iterficiet. ꝛ hoc magis ɔtinget in aere pe
stilēti. s. hmōi materias gn̄ari: lz ēt i aere nō pestilē
ti ɔtigat eas gn̄ari: sicut docet quotidiana expien
tia. s. coľaz prassinā ꝛ zinariā ꝛ furiosaz gn̄ari i ae
re pestilēti ꝛ nō pestilēti. Et pp has ɔtigētias q̄ a
medicis sciri

medicis sciri nō possunt multotiēs ipsi incurrūt infamiā absq̧ causa cū antea promiserint salutē deinde sequatur festina mors. ¶ Ad tertiū dubiū licet ex dictis quodāmodo possit apparere solutio: attamē cōis solutio est ꝙ vrina est sup̄fluitas ep̄is et venarum. in febre aūt pestilentiali non est principaliter nocumentū in ep̄e: sed in corde. propterea superfluitas q̄ ab ep̄e descēdit nō alterat̄ alteratione magna. vnde vrina in talib⁹ febrib⁹ nō est propriū signū: imo pōt esse naturalis ī colore et substātia et sedimine. et ille cui⁹ est tendit ad mortem. vt scđa huius. et hoc etiā videm⁹ in egritudinibus alijs mortalibus vt in ptisi in qua vrina nō est ꝑmutata a naturali. attamē infirmus ē propinquus morti. qñ ergo materia non est in locis vrine: sed in partibus spiritualibus vrina ꝑ potest esse bona et egritudo mortalis. ¶ Contra. virtus vitalis est bonitas dispositionū cordis. ⁊ sicut forma est ꝑfectio dispositionū epatis: ergo cū magno lapsu in dispositiōibus cordis nō potest stare ꝑfectio dispositionū epatis. ꝯña est assumptum est oīm medicorū et philosophoꝝ. ¶ Et cōfirmatur. quia virtus vitalis ꝑ̇ncipaliter cōcurrit ad quācūq̧ operationē epatis et alioꝝ mēbrorū. sicut agens vniuersale qꝺ magis ꝯcurrit ad effectū quā particulare. ergo cū magna corruptione spūs vitalis nō potest stare ꝑfectio virtutū naturalium. quare nec vrina bona. tenet ꝯña. et assumptum est ab oībus cōcessum. ¶ Ad hoc dicendum scđm Gentilem: ꝙ licet perfectio cordis virtutis vitalis et spirituum eius sit sicut forma et ꝑfectio epatis virtutis naturalis et spirituū eius et non posset totaliter deperdi ꝑfectio cordis q̇n totaliter deperderet̄ perfectio epatis et sequeret̄ mors ipsius: posset tamen fieri lapsus notabilis in ꝑfectiōe dispositionū cordis nō facto notabili lapsu in perfectione dispositionū epatis: cum latitudo dispositionis cordis sit alia et multū differens a latitudine dispositionū epatis Unde non est necessarium qꝺ proportionabiliter sicut ꝑfectio dispositionū cordis deperditur: ita deperdatur ꝑfectio dispositionum epatis ad intra latitudinem. Et ex his facilis est solutio ad rationes suadētes contrarium.

¶ Et plurimum quorū anhelitus fetet ex istis et ex primis moriūtur. nam putredo ē iam confirmata in corde.

¶ In ꝑte p̄senti ponit ꝓnosticū certū per qꝺ tollitur dubietas tam in pestilentialibus cōiter euenientibus quā in his q̄ raro eueniūt dicēs: ꝙ s̄m plurimū illi quoꝝ fetet anhelitus ex istis et ex primis moriūtur. nam putredo iam est ꝯfirmata in corde. hoc signū v̇itatē habet si fetor anhelit⁹ proueniat ex putredie hūiditatū cordis ⁊ nō ex causa alia sicut ex dente putrido et hūiditatib⁹ putrentibus in pulmone et ex silib⁹ causis. qꝺ tñ nō erit facile distinguere. ¶ Signa pestilētie aeris. Ca. iij.

DE illis que significāt pestilētiā de rebus q̄ currūt cursu causarū est vt multiplicētur royoni ⁊ asuhub in principijs autūni et in ebul. nā indicant pestilentiā indicatione cause.

¶ Hoc capitulū diuidit̄ in ꝑtes duas. in ꝑ̇ma ponit signa pestilētie q̄ currūt cursu causaꝝ. scđo ponit signa pestilētie q̄ sunt scđm semitaꝫ societatis cause. scđa ibi. (Signa aūt q̄ sunt.) ¶ Prima ī q̄tuor. in ꝑ̇ma ponit signa pestilētie autūnalis. in secūda signa pestilētie hyemalis. ī tertia signa pestilentie estiue. in quarta signa pestilētie cōia vernali ⁊ ceteris. scđa ibi. (Et qñ ml'tiplicat̄ auster.) tertia ibi. (Pestilētiā aūt estiuā.) quarta ibi. (Et similiter qñ videris.) ¶ In ꝑ̇ma ꝑte dicit: ꝙ signa significātia pestilentiā que currūt cursu causaꝝ. i. q̄ sunt simul signa ⁊ cause. est vt ml'tiplicent̄ royoni. i. ignes moti in suprema aeris regione ⁊ asuhub. i. ignes stantes in eadē regione et in ꝑ̇ncipio autūni. et in ebul. i. in mēse octobris. nā isti ignes indicant pestilētiā indicatione cause. i. sunt cause et signa pestilentie. aliter indicatione cause. i. indicant pestilentiā indicando eius causam.

Sed duo cadunt dubia pro declaratione ꝑtis presentis. Primū vtrū isti ignes sint simul signa ⁊ cā pestilentie. Scđm quo tēpore vētura sit pestilētia per hos ignes indicata. Arguit̄ ꝑ̇mo ꝙ isti ignes nō sunt signa et cause. quia isti ignes apud Arist. quarto metheoroꝝ fiunt exalatiōe calida et sicca ascendente apud supremā aeris regionē. hec autē non ē causa: neq̧ signū pestilētie: imo remotiōis pestilentie. q2 aer pestilēs est hūidus cū obtuso calore. Et cōfirmatur. q2 Arist. xxv. problematū. problemate. xix. querēs q̄re aer nō putrefit. Respondet ꝙ est igne plenus. Et cōfirmatur. q2 oīs ignis est corruptiu⁹ pestilētie. ꝓpterea Hypo. iussit succendi nemora vt cessaret pestilentia. ¶ Preterea hi ignes q̄ sunt ī suprema regiōe sunt multū distātes a ꝑ̇ma in qua sumus in quā nihil possunt imprimere. non itaq̧ possunt esse causa.

Pro solutione huius dubij premittēdū triplicē esse aeris regionē. s. primā a terra distantē q̇nq̧ aut sex miliaria que regio ē cal'a ꝓpter reflexionē radioꝝ a terra et ab aqua. cuius signū. q2 existētes in mōtibus altissimis Italie interdū in estate vident nubes de subtus et audiūt tonitrua. et descendētes vident grādines que cum nubibus deciderunt. in hac em̄ prima regione ꝑ antiperistasim fiunt grādines. Secūda autē regio est supra ꝑ̇mā et maior prima: q̄ est frigida notabiliter. multuꝫ em̄ distat ab igne et ē supra spherā reflexiōis radiorū solarīū et in hac fiunt pluuie et niues. suprema autem regio aeris est calida quia appropinquat igni et in hac non fiunt pluuie: neq̧ niues: neq̧ venti. sed solum apparent in ea ignes facti ab exalationibus ascendentibus ad supremam partem eius.

¶ Secundo notanduꝫ huiōi ignes esse duplices quosdam motos quosdam quiescentes. moti autem iterum sunt duplices. quidā qui insequuntur motum firmamenti. et isti sunt comete. ignes em̄ illi sequuntur. determinatum astrum vtputa martem scđm plurimuꝫ sequūtur motum eius. et ideo videmus cometarum ortum et occasum. et est verisimile qꝺ illi ignes mouentur simul cum aere in quo sunt qui aer simul cum igne mouetur ad motum celi. sunt aūt alij ignes moti sicut stelle cadētes: qui mouentur non motu circuli sicut comete. sed quia ignis accēditur in vna extremitate exalationū et mouetur ad aliud extremū. sicut ignis accensus in stuppa carmīata mouetur ad aliud extremum. Sunt autem alij ignes stantes qui fiunt exalationibus accensis in aliqua parte aeris determinata. et durat ille ignis tandiu quandiu noua exalatio sibi supersugerit. et habet diuersas figuras scilicet columnatam quadratam et similes secundū qꝺ contingit illas exalationes figurari; et hi ignes ab Auicen̄. appellantur asubuh

ficut ignes moti vocātur royoni.negen autem est
quidā modus ignis a figura aut motu determina
to sic nominatus. ¶Tertio premittendū ē pestilē
tiam accipi dupliciter.s.proprie pro maligna ae
ris putredine ex qua egritudines fiunt scdm plu/
rimū mortales.Scdo cōmuniter pro quacūq ae/
ris dispōne mltiplicatiua egritudinū siue morta/
liū siue nō mortaliū.et hoc mō sūpta ē epidimia.
¶Quibus ita premissis sit hec pma cōclusio.licz
ignes existentes in suprema aeris regione sint si/
gna pestilētie tam cōmuniter quā proprie sumpte
non tamen sunt cause pestilentie: neq cōiter:neq
proprie sumpte.prima pars pbat.quia significa
tur dominiū alicuius astri qd est causa pestilentie
tam cōiter quā proprie sumpte. scdo quia signifi/
cant exhalatiōes eiusdē speciei cū illis ex quibus
geniti sunt in pma aeris regione que in ea retēte.
vel quia grossiores vel alio modo īpedite ne ascē
derint supius.et he possunt esse causa pestilentie
cōmuniter accepte generādo egritudines acutas
sicut feb.colericas.Itē alias egritudines penden
tes a materia adusta.Item quia significant vapo
res multos aeri prime regionis admixtos ipsum
putrefacientes:qui simul cū exalationibus eleuā/
tur.sed exalatiōes suas subtilitate scdm plurimū
petunt aeris regionē superiorē remanētibus va/
porib⁹ aeri pme regiōis mixtꝫ cū qbusdā exalatio
nib⁹ grossioribus q putrefaciēdo aerē sunt causa
pestilentie proprie sumpte ad quā putrefactionē
forte adiuuant exalationes cū vaporibus mixte si
fuerint pauce.quia si multe calefaciendo et exic/
cando prohibēt putrefactionē.secūda pars pba/
tur.quia ppter maximā distantiā non possunt im
primere in aerē regionis inferioris.¶Secūda cō/
clusio hi ignes cum multiplicantur directe et ma/
gis proprie significant pestilentiā cōiter sumptā
quia significāt aeris prime regiōis superfluā ca/
liditatē et siccitatē ex qua et maxime in autumno
multiplicantur egritudines colerice et pendētes
a materia adusta . et similiter exalationes q sunt
retente in hac inferiori regione per se sunt causa
huius pestilētie cōiter sumpte cū notabiliter sint
per se calefactiue et exiccatiue hui⁹ aeris inferio/
ris.Et ex his patet solutio ad rationes factas in
principio suadentes oppositū huius determina/
tionis. ¶Ad scdm dubiū respondet q accipiēdo
pestilētiā cōiter hoc veniet in autūno.fient nāq ī
autūno egritudines colice et pendētes a materia
adusta.sed accipiēdo pestilētiā pprie scdm pluri
mum incohoabit in autūno et pcedet lente in hye
me et vere ꝛ in estate notabiliter inualescet.sed in
autūno sequenti preter modum seuiet.

¶Et quādo multiplicatur auster ꝛ subso
lanus in hienif diebus aliquot.et quotiens
videris turbiditatem aeris et nebulosita/
tem eius ꝛ estimaueris pluuiā et inueneris
aerem vacuum siccum et nō pluit tūc scias
qd cōplo hyemis est corrupta.

¶In psenti parte ponit signa pestilētie hyemalis
di.qd quando multiplicatur auster qui est ventus
meridiolanis calidus et humidus . et subsolanus
qui est ventus orientalis calidior austro in hienif.
idest mēsis dieb⁹ aliquot:vtputa qd dieb⁹ aliquot
nouembris.et similiter diebus aliquot cuiuslibet
mēsib⁹ aut pluriū ex mēsis sequētibus vsq p totā
hyemē . Et scdo qd tu quotiēs.i.aliquotiēs vide/
ris turbiditatē aeris ꝛ nebulositatē ꝛ estimaueris
qd debuerit pluere et īuenis vacuū .i.siccū aerem:
quia nō pluit.tunc scias qd cōplo hyemis est cor
rupta:ꝛ supple aer est fact⁹ putridus et pestilēs.
¶Pro quo notandū q auster multiplicat⁹ replet
aerē vaporibus ꝛ facit ipsum calidum ꝛ humidū.
subsolanus autē addit in calorē . si ergo in hyeme
que incipit cōiter scdm medicos circa mediū no/
uembris aut scdm astrologos circa decimā decē/
bris vides hos ventos flare significātur multi va
pores aerē turbidātes sibi admixti.si ergo pluit p
horū descēsum ꝛ cōuersionē in aquā tunc aer non
remanet pfundat⁹ cū vaporibus et secū ad mini
ma eius mixtus:et sic non fiet aer putridus . Sed
quia nō pluit vapores illi ad minima secū pmixti
illū putrefaciūt.et posset esse tanta vaporꝝ admi/
xtio vt nō solū hyeme sed etiam tēporibus sequē
tibus remaneat aer putridus.et hoc vult proble/
ma tertiū primo pblematū. ppter qd austri sunt
sicci.i.nō aquosi. Soluit qz caliditatē ꝛ hu.extra/
neam faciūt in aere.sunt eñ humidi et calidi . Et
cōsiderandū qd si simul cū austro flat subsolanus
additur caliditas supflue humiditati aeris pro/
pter quā citius putrefit et nō expectatur calor ve
ris aut estatis sed putrefit in hyeme.subsolan⁹ au
tem non nocet in principio sed in fine.

¶Pestilentiam autem estiuam malignaz
malam significat paucitas pluuie ī vere cū
frigore.deinde multiplicatur auster et con
turbatur aer aliquot diebus.deinde clari/
ficatur per hebdomadam vnam nō supra:
et accidit frigus in nocte. et in die calor est
vehemens et prefocatio et conturbatio et
caliditas tunc iam venit pestilentia et expe
ctātur febres pestilētie et variole et his si/
milia.Et similiter quando estas non est ve
hemētis caloris et est vehementis contur/
bationis habens matutina alterata et iā
pterierunt in autumno asuhubuz et ignes
et vehizim.et alia est signum pestilentie et
aliorum.

¶Hic ponit signa pestilentie estiue dicens: quod
paucitas pluuie in vere cū frigore significat pesti
lentiā estiuam magnā qz inuadentē multitudinez
hoīm.et malā.quia paucissimi euadūt. significat
eñ multitudinē vaporū retentorꝝ in aere eo q nō
pluit.Adest eñ frigus:quia vapores redeūt ad fri
giditatē naturalē.deinde multiplicatio austri et
subsolani qui magis replent aerem vaporibus et
conturbatur aer in estate aliquot diebus propter
multitudinem vaporum. deinde post clarificatur
hebdomada vna:que clarificatio hebdomade il/
lius significat illorū vaporū subtiliationem ꝛ ad
minima cum aere permixtionem: nō autem vltra
hebdomadam clarificatur aer . quia psumeretur
de vaporū consumptione.et accidit frigus in no/
cte.s.in estate.quia transacta aliqua parte noctis
cum sol est a nobis distans.et calore solari in ae/
rem impresso iam incipiēte remitti: vapores aqi
quibus aer est plenus reducunt se versus frigidi/
tatē aque et sic aer infrigidatur. et conturbatio.s.
alcori recentis: et aque mororum de se-
ni que non maturantur integre: et aque
crisomillorum immaturorum et acetoso-
rum: et succi

rum: et succi agreste: et succi ribes: et succi preputiorum vitis: ⁊ succi rose ꝑsice: ⁊ succi nenufaris: ⁊ succi violarum. omniuꝫ ana tertiã partis vnius: ⁊ succi acetositatis citri. et succi acetositatis citrãguli ana duas tertias partis vnius ⁊ succi coriandri et lactuce ⁊ foliorũ papaueris humidi et enduie: ⁊ portulace ana quartaꝫ partis vni⁹ foliorum salicum: foliorum malorum: et foliorum pirorum. ⁊ foliorum azarur: ⁊ foliorum rosarum: ⁊ foliorũ virge pastoris ana quartam partis vnius: succi herbe hyrci. ⁊ rosarum siccarum ⁊ nenufaris sicci: ⁊ succi berberis sicci: ⁊ seminis enduie: ⁊ seminis lactuce: ⁊ balaustiarũ: ⁊ nenufaris ana medietatem decime partis vnius: et succi mẽte humide sextam partis vnius: ⁊ succi berberorum humidorũ medietatẽ partis: aggregentur medicine ⁊ succi et componãtur super ignem: et ponantur in eis de lentib⁹ ꝑtes quatuor: et de ordeo excorticato partes due: ⁊ de sumach partes tres: ⁊ de granis granatorum partes tres: ⁊ decoquantur omnia ad ignẽ donec remaneat medietas: deinde dimittatur donec infrigidetur et confricetur fortiter et coletur ⁊ sumatur de cãphora ad oẽ põdus. ccc. ʒ. põdus aur. j. et teraṫ cãphora ⁊ puluerizeṫ sup radicẽ cucurbite aut lrimie ⁊ fundaṫ super ea medicina cum facilitate. deinde ligetur caput eius cũ re vehemẽtis fortitudinis: deinde ponatur super prunas donec sciatur ꝙ forsitan feruet et concutiatur et ponatur in vitreata et stringatur caput eius vt non perdatur camphora et lutetur: ⁊ dosis eius sit vsqꝫ ad. ʒ. x. Et de hominibus est qui ponit in ea spice et zinziberis ⁊ semen feniculi et anisi et ciperi et piperis ꝑtes equales ẜm quantitatem que ei videtur.

¶ Hic describit medicinas conuenientes in principio tẽpore ebulitiõis et patet. aqua. i. succus frigidorũ fructuũ: sicut pirorũ citoniorũ et sirupus altelea. i. de piris de zumar. i. de sorbis scd̃m aliquos: sed zumar ẽ germen: siue pustulatio palme siluestris. scd̃o canõe. ⁊ syrup⁹. alcori. i. de palmis siluestribus habet multas descriptiões dictas in antidotario tractatu quinto vbi dicitur syrupus allredit vel allredic. ℞. alcorum. i. siluestrium palmarum. Est autem palma arbor dactilorum siluestrium. et oẽs partes eius sunt stiptice ꝑtes duas sicut exẽpli gratia lib. ij. si autẽ habueris a cori. i. palmas recentes siluestres fac serrare ipsum iam siccatum. et accipe serraturam eius: aut mole ipm scilicet diuisum in partes paruas cum molis molẽdini: vt fiat sicut farina. q̃ dicit in hac descriptione longa ꝓ maiori parte nota sunt. Aqua adog. i. lactis acetosi. foca. i. potus fact⁹ ex ordeo et alijs rebus. et ceruisia est species eius apud Symoneꝫ siue pot⁹: foca est species ceruisie. citranguli. i. arãtij et barba hyrcina scd̃m Auicen̄. est planta ypoquistidos crater est nomen vasis. cirmen nomẽ alterius vasis. ¶ Descriptio huius sirupi est nota et virtus eius est infrigidatiua ingrossatiua et sedatiua ebulitiõis. i. non ponitur in ea zucharũ neqꝫ mel: sed ponitur succus mente ad stomachi cõfortationem: quidam homines addunt quedam calida ad remittendum frigiditatem superfluã medicinarum frigidarum pororum apertionẽ et mẽbrorum confortationem.

¶ Et quando egrediũtur variole cum cõplemento ⁊ pertrãsit septimus et apparet in eo maturatio: tunc necesse est vt rumpãtur cum acubus de auro ⁊ auferatur humiditas cum coto.

¶ In ꝑte p̃nti curat variolas in statu: et ꝑmo aperiendo eas. secundo saliendo eas vt exiccẽtur. tertio docet eas quibusdam alijs ingenijs exiccare. secũda ibi. (Salitio autem.) tertia ibi. (Et fumigatio) In prima parte dicit. quando egrediuntur variole complete. et pertrãsit septimus ab initio apparitiõis et apparet maturatio completa: tũc necesse. i. vtile est vt rumpãtur cum acubus de auro. est enim prestantius quam ferrum ad aperiendum et cauterizandum propter bonitatem et proprietatem sue complexionis et sectio facta cũ ere facili⁹ curatur quã facta cũ ferro. prima ꝓblematum. 34. probleumate. et auferatur humiditas cum coto: vtilitas apertionis est. quia nõ derelinquũt ita cruste vestigium.

¶ Salitio autẽ necessaria ẽ: et cum volueris salire: tunc elõga salitionẽ ab eis quas erupisti de magnis dolorosis ex propĩquo illud enim facit dolorẽ: immo sali illas que sunt ꝑter eas ⁊ dimitte claudẽs cum eo viã orificiorum suoruꝫ: donec sugant salẽ suũ: ⁊ non saliantur ante complemẽtum maturatiõis: illud enim fortasse faciet accidere dolorẽ vehementẽ et apostema. Et salitio quidẽ est res que est necessaria postꝙ maturantur: ⁊ illud quidẽ fit cum aqua salis ĩ qua est virtus croci: ⁊ si aqua illa est aqua rosata: tunc est melius ⁊ aqua in qua decoquuntur tamariscus ⁊ lentes ⁊ rose: deinde salitur est vltima ⁊ proprie si ponũtur iterũ in ea cãphora ⁊ sandali. hec em̃ salitio maturat ⁊ exiccat: ⁊ facit cadere cũ velocitate.

¶ Salitio autem qua tamen hoc tempore nõ vtimur est ad festinam eorum exiccationem: sed non saliende sunt dolorose: nec que de nouo apte sunt neqꝫ ĩmature. fortasse em̃ accideret dolor fortis et apostema. Sed pro salitione. ℞. aque roſ. ℥. s. salis. ʒ. j. croci. ℈. 5. dissolue simul. Uel. ℞. tamarisci lentiũ roſ. ana. ʒ. ij. aque lib. j. buliant simul quousqꝫ lentes decocte sint: sed rose ponãtur ad buliẽdum in fine: deinde colẽtur. et pro vnaquaqꝫ. ℥. addatur salis. ʒ. j. aut minus: et hec est vltima. ⁊ proprie si ponatur pro vnaquaqꝫ. ℥. aque camphore gra. j. sandali. ℈. 5. hec em̃ salitio exiccat et maturat: et proprie per crocum si quid fuerit incomplete maturum: et facit velociter cadere eas. modus autem est vt cotum in huiusmodi aqua tepida infusum variolis applicetur: et aliquanto dimittatur tempore: et hoc aliquotiens fiat: exiccat: et facit eas cadere velociter.

¶ Et suffumigatio cum tamarisco ē iuuatiua valde: et in hyeme oportet vt applicet eger incensioni ex tamarisco. Et quādo variole sunt vehemētis humiditatis: tunc necessaria est suffumigatio cum mirto ꝛ folijs eius. Et de regimine bono apud maturitatem variolarum paruarū et magnam volūtatem exiccationis earū est vt dormiat patiens variolas sup farina risi et milij et ordei et fabarū: et magis conueniēs est vt ponas ipsam impletionē culcitre que sit rara in qua penetret virtꝰ. Et folia cipressi sunt bona in hoc: et oleum malum est in hac hora: qm̄ prohibet exiccationem.

¶ Hic docet alijs ingenijs exiccare. primo suffumigando cū tamarisco et applicando partes variolatas igni ex tamarisco. Item suffumigatio cū grano mirti lignis et folijs eius. scdo quando nō essent ex toto mature faciendo egrum dormire super farina risi ordei milij fabarum aut aqua earū aut impleatur culcitra rara his farinis et iaceat super eam et super pāno subtilissimo posito imediate super farinam. et folia cipressi sub lintheamine posita conferunt ad hoc. et omne oleum tempore exiccationis est vitandum. nam sua oleaginitate prohibet exiccationem.

¶ Et quando incipiunt variole exiccari: tūc oportet vel liniatur super eas ex medicinis predictis cum virtute croci. Et quando accidunt ex variolis vlcera confert vnguētum album et proprie permixtum cum aliquantulo camphore et rasura radicum canne cum aqua rosata aut rasura venarū arboris salicis aut arboris azarur. Et quādoqꝫ confert vnguentum de cerusa et litargiro. Et quādo sunt in naso cruste confert cerotum factum cum oleo rosato puro cuꝫ virtute ceruse et climie. Et admīstratio alicuius olei post exiccationē et apud vlcerationem est bona. apud exiccationem quidē cum eo quod facit cadere cuꝫ velocitate et apud vlcerationem propterea qd̄ ipsum ē materia emplastri ꝛ vnguenti. vnguentum quidem rubeum bonum ē ad vlcera variolarum.

¶ Ponit curam variolarum quando incipiūt exiccari. d. qd̄ liniatur super eas ex medicinis p̄dictis scilicet farina risi milij et similibus cū pauco croci miscendo cum aliquo liquore vtputa oleo roſ. et similibus. crocus maturat et sedat dolorem. Et quando accidunt vlcera ex variolis ꝯfert vnguentum album camphorizatum. Item rasura radicū cāne que vocatur arūdo cum aqua rosata. Itē rasura radicum arboris salicis aut arboris azarur. et est species piri. pro ipsa accipimus radicem arboris sorbe. Et quandoqꝫ confert vnguentum de cerusa et lirargiro. Et quando sunt in naso cruste confert vnguentum factum ex oleo roſ. puro. i. facto solum ex oleo et rosis cum virtute ceruse et climie que. s. fint solum infuse in eo et colate. et fit climia argenti aut plumbi. et administratio alicuiꝰ olei quando sunt exiccate. et quando remansit vlcus confert remolliendo et faciendo cadere crustas ipsarum: sed ratione vlcerum confert: quia ē materia vnguentorum simul cum cera. et vnguentum rubeum est bonum ad vlcera variolarum. vide ipsum. quinto canone. tractatu nono.

¶ De obseruatione membrorum et defensione eorum a nocumento variolarū et morbili. Cap. xj.



Membra que oportet custodiri a nocumento variolarū sunt sicut guttur et oculus et partes superiores narium ꝛ pulmo et intestina. hec enim mēbra sunt illa que vlcerantur.

¶ In hoc capitulo defendit quedam mēbra a nocumento variolarum. in sequēti remouet vestigia earum. Hoc primum capitulū habet tres partes. in prima enumerat mēbra que oportet custodiri. in secunda ponit nocumenta q̄ accidunt vnicuiqꝫ eorum. in tertia curat. secunda ibi. (Fortasse quidem. tertia ibi. (Conseruatio autem.) In prima parte dicit quod membra custodienda a nocumēto variolarum sunt guttur et oculus et partes superiores narium pulmo et intestina. hec eñ membra vlcerantur supple et alia nocumēta patiūtur.

¶ Fortasse enim oculus destruitur et fortasse accidit in eo albugo. In gutture vero fortasse accidit prefocatio. et fortasse accidunt vlcera que prohibēt deglutionem in meri. et fortasse perueniunt ad hoc vt sit illic corrosio pernitiosa. In superioribus vero partibus narium fortasse accidunt vlcera que stringunt meatus odoratꝰ. In pulmone vero fortasse accidit ex bothor variolarum et morbili constrictio anhelitus vehemens. et fortasse faciūt cadere in ptisim cum vlcerantur. In intestinis fortasse accidit excoriatio cui succurrere est difficile.

¶ Hic ponit nocumenta que incurrunt hec membra. et habet quinqꝫ partes sicut quinqꝫ sunt hec mēbra que nocentur. partes patent. Primum mēbrum est oculus qui fortasse destruitur et aliquando rumpuntur tunice et hūores egrediūtur. et fortasse accidit in eis albugo. In gutture vero accidit prefocatio cum variole fiūt in epigloti. et aliquando fiunt variole et vlcera in meri que prohibent deglutionē. et aliquādo vlcera illa fiunt corrosiua ducentia ad perniciem malignitate meri. In superioribus partibus narium aliquando accidunt vlcera supple ꝛ variole que stringūt meatꝰ odoratus. In pulmone vero aliquando accidit ex pustulis variolarū et morbillorū constrictio anhelitus vehemens. et aliquando cum vlcerantur faciūt ptisim. In itestinis accidit excoriatio cui difficile est succurrere propter vlcera derelicta ex variolis. et propter materiā acutam fluentē per intestina ipsa excoriantem.

¶ Conseruatio autem oculi melior est vt fiat alchool oculo cum almuri et aqua coriandri. et aqua rosa. in qua posita sunt sumach et camphora ꝛ proprie in primo die. et cum almuri solo. et similiter fiat alcohol cum alcohol nutrito ex aqua coriandri et

aq̄ sumach

aqua sumach posita in ea camphora. et succus pulpe granatorum est bonus iteruz in principio. Cum vero apparent tunc facere alcohol cum aqua rosa. et cāphora est magis conueniens. Et dictū est ꝙ facere alcohol cum napta alba est bonum in hoc. Et oleum de phisticis est de eis quibus vtunł mulieres in regione nostra post variolas ⁊ euentum nocumenti in oculo: ⁊ eradicat caliginem si fuerit et rectificat oculum: et collirium album est bonum valde apud apparitionem bothor. Conseruatio autem oris et gutturis est sicut suctio granatorum et suctio granorum eius in principio et suctio mororum de seni et gargarizatio cum rob eorum: et proprie quando cōqueritur de dolore in eis. et tunc oportet vt lābatur de rob eorū aliquid post aliquid. Sed superiores partes narium cum epithimatione ex memithe et sandalis ⁊ rob agreste ⁊ aceto. Et odorare acetum solum est vehementis iuuamenti. In conseruatione vero pulmonis non est quod sit sicut lohoc ex lentibus lene cum semine papaueris. Intestina autem plurimum quidem oportet vt conseruentur post inceptionez cū stipticis. Et cum incipit solutio ventris in fine egritudinis curetur cuz trociscis de spodio et ribes et trociscis de semine acetose.

¶ Hic succurrit nocumentis horuz quinque membrorum dicens quod conseruatio oculi ne incurrat nocumenta variolarum est vt fiat collirium cū almuri. i. de ord. vt. ℞. almuri de ordeo. ℈. ß. aque coriandri. aque rosa. añ. ℥. ij. in quibus posita sint in infusione sumach. ℈. ß. camphore. gra. ij. misce et proprie in primo die ante aduentum variolarū Itē cū almuri solo dissoluto cum aliqua ex aquis vnde Aui. scd̄o cañ. capitulo ꝓprio fit ex eo alcohol. in principio variolarum ⁊ ꝓhibet bothor ab oculo. Et similiter fiat alcohol. i. cohol. i. colliriū. cū alcohol. i. puluere subtilissimo nutrito ex aqua coriādri. Hic aūt puluis pōt esse ex almuri exiccato. postea nutrito ⁊ dissoluto cū aq̄ coriandri. Itē aqua sumach posita in ea cāphora. et succus pulpe granatorum est bonus. et iterum in principio ante apparitionem. Cum autem apparent: tunc magis cōueniens est facere alcohol. i. collirium cū aqua ros. ℥. ß. camphore grañ. vj. ⁊ non cum valde stipticis. ꝓhibent eñi in principio obtalmie ⁊ pustularum fortia stiptica. ⁊ laudantur stiptica non multuz frigida. Sed de hoc in obtalmia dixi quātum est opportunum. et dictum est ꝙ alcohol. i. collirium cum napta alba que est oleum petroleum est bonum valde: sed nō in principio immo potius in fine ad remouendum albuginem et similia. Et oleū de phisticis est de illis q̇bus vtūtur mulieres in regione nostra post variolas ad euentum nocumenti in oculo et eradicant caliginem. i. vestigiū caligans oculum et collirium. i. sief album in oculo collirizatum est bonum cum apparent bothor Conseruatio autem oris et gutturis fit sugendo succum granatorum expressum ex toto granato. Item succum eorū in principio. Item suctio mororum de seni et gargarizatio cum rob eorum. et proprie cum conqueritur de dolore in eis. ⁊ bonuz est vt lambat de rob eorum aliquid post aliquid. Sz superiores partes narium conseruentur cum epithimatione ex memithe et sandalis et rob aggreste ⁊ aceto: quod epithima dz potius intus poni ꝙ exterius. et odorare acetum solum est vehementis iuuamenti. In conseruatione autē pulmonis nō est aliquid ita conueniens sicut succus lentiū. scz coctarum cum semine papaueris qui pōt lambendo sumi. Intestina aūt debent conseruari cum stipticis sumptis et clisterizatis. et cū incipit solutio ventris in fine. i. ꝑcessu egritudinis curetur cū trociscis de spodio de ribes de semine accetose sumptis cū aliquo liquore. sedant eñi febres et sistunt fluxum ventris: sed pro completa noticia recurre ad tertiam quintam nonam decimam et decimam sextam tertij.

¶ De eradicatione vestigiorū violarū. Cap. xij.


In hoc quidem loquemur vice alia cuz loquemur de decoratione: nūc vero dicemus illud quod est magis conueniens et magis pertinens. Et de eis que eradicant vestigia variolarum iterum sunt radices arūdinis et sarcocolla et semen melonis et cortices eius exiccati et rizi ablutū et aqua ordei et albumen oui et creta rara vel lutum rarum et litargirum et zucharum taberzet et amilon et amigdale dulces et amigdale amare Et de oleis oleum de lilio et oleum de fisticis et adeps asini cum oleo ro. et que sunt eis similia et aqua que fit in vngula cameli que assatur est vltima. Et de illis que sunt fortiora est spuma maris et lapis piperis et costus et armoniacum et thus ⁊ sapo cū baurac. et ossa vetusta adusta semē raphani farina raphani exiccati aristologia lupini. Et de cibis rectificantibus colorem plūbeum sunt granata dulcia et cicer et vinuz bonum vitelli ouorum sorbilium ius galline et alcobugi et alduragi impiguati. Et oportet vt assiduet habens ea balneationē Et de cōpositis est vt sumas ossium adustorum et stercoris ouini antiqui et ostracorū nouorum et amili ⁊ seminis melonis et rizi abluti et ciceris omnium ana partes. x. et granorum alben et lupulorum et costi ⁊ aristologie omnium ana partes quinqz ⁊ radices arundinis sicce partes. xx. fiat ex eis epithima cū aqua melonis aut cū aq̄ cucumeris siluestris: aut cū aq̄ ordei aut cū aq̄ fabaꝝ et liniatł cū eo mēbrū ⁊ abluatur in mane cum decoctione violarū. Aliud ostracorum nouorum ossium antiquorum radicis arundinis ꝑsice amili seminis melonis rizi abluti. granorum granatorū costi partes equales fiat ex eis gumera. Et iterum lupini et cicer nigrum liniatur cum eis.

¶ Primo premittit se locuturuz septima huius de

hac materia.scdo ponit quedam couenientia.se
cunda ibi.(Et de eis.)Et hec ps diuidit in qua/
tuor.In prima ponit simplicia.quedã debilia:de/
inde fortia.In scda cibos rectificantes colorẽ plū
beum.In tertia regimen per balneum. In quarta
medicinas cōpositas.scda ibi.(De cibis.)tertia
ibi.(Oportet.)quarta ibi.(Et de cōpositis.)Et
que dicit in oibus his partibus nota sunt.Lutuz
rarum.i.lapis piperis sm aliquos est lapis inuē
tus in spongia ad similitudinem piperis:aut in/
tellige lapillum qui diu stetit in pipere.alcobugi
idest pdix.allzuragi et auragi idem sunt qd turtur
sed in vno ponitur alqui est articulus apud ara/
bes.gumera est medicina cū:qua mulieres fricant
faciem vt se decorēt.¶ Et nota q he medicine cō/
muniter applicant de nocte:sed postea in die abs
tergunt faciem ab his medicinis cū sacculo ple/
no furfuribus et violis quē infundūt in aqua cali
da et faciei applicant totiens q fiat bona abster
sio.Ideo dicit Auic.ppe finem capituli.et liniat
mēbrū cuz eo.s.in nocte.In manevero cū decoctio
ne violarū lauetur.¶ Cura variolarū triplex hz re
gimen.primū debetur tempore ebulitionis anq
appareant.scdm postq apparuerint vsq ad com
pletam exiccationē.tertium nō est cōmune vtriq.
¶ Primum regimen hz duas intentiones.prima
est euacuatio.scda est digestio sub qua comprehē
ditur ebulitionis sedatio.Prima intētio.s.eūatio
complet cū flebothomia:et alijs modis sangui/
nem minuentib⁹.si ergo virtus et etas consentiūt
fiat flebothomia ex vena cōmuni in brachio dex/
tro et hauriatur quantitas sanguinis sm exigen/
tiam repletionis ⁊ virtutis tolerantiã:que quāti/
tas sanguinis debet esse aliqn multa:immo vsq
ad sincopim exclusiue sm Rasim.18.continentis.
Sed credo prestantius esse plectoria existente ma
gna partiri flebothomiã.exēpli gratia.primo fle
bothomatur vena cōmunis dextra.scdo sinistra:⁊
hauriatur sanguis sm exigentiam.Si vero nō cō
senserit sicut est cōiter ventosetur cū scarificatio/
ne:et sanguisuge apponantur spatulis aut nari/
bus:aut puocetur sanguis ex naribus.huic tamē
eūationi si venter fuerit stipticus premittatur cli
stere lenitiuum in cōi forma magis aut minus de
clinans ad frigidum sm exigentiam febris:nec in
ipso ponantur solutiua eligentia.¶ Scda intētio
est digestio sub qua cōprehenditur ebulitionis se
datio que perficitur cum frigidis ingrossantibus
moderate stipticis:nō tn ventrē cōstringentibus
sicut aqua decoctionis or.⁊ iuiubarū cū syrupo de
granatis aut de acetositate citri aut limonis.ag/
greste ribes ⁊ similib⁹:aut sine his que digestiua
debēt esse frigida.magis in morbillis q in vario
lis.⁊ ad humi.⁊ siccum aut temperiem in actiuis.
¶ Regimen scdm debitum variolis postq appa/
ruerint hz tres intentiones.prima est eductio sup
fluorum ad cutim que sunt materia variolarum et
morbillorū vsq ad maturationē.scda est ipsarum
maturarum apertio.tertia ipsarum exiccatio.Pri
ma intentio cōpletur cum calidis subtiliantibus
aperientibus opilatioues ⁊ ducentibus materiã
ad cutim.sint tamē admixta aliqua que confortēt
et tueātur membra intrinseca a nocumento.¶ Et
nota q quāuis hec debeant esse calida:sint tamen
in initio remisse calida:et caliditas sicut remittit
feb.augendo pcedat.Et ex optimis que eligi ex
Auic.possunt est.℞.ficuum citrinarū numero sex
lentium coctarum abiecta prima aqua.ʒ.ij.lacce
ʒ.s.dragaganti:feniculi añ.℈.ij.incidātur ficus
et cum reliquis buliant in.ij.lib.aque vsq ad con/
sumptionez medietatis ⁊ coletur.hec possunt aro
matizari cum gra.iij.croci.scdo materia ducatur
ad cutim cū debita coopertura pannorū ita vt ca
leat:nō tn superflue.⁊ si panni sint rubei trahunt
exterius rōne similitudinis et nō competunt olea
neq alia exterius applicita phibētia exitū.¶ Se
cunda intentio.s.ipsarum maturarū apertio com
pletur cuz acubus de auro et sugatur humiditas
fluens cum coto:sed melius est vt remoueatur ali
quid cum forpicibus de pelle ne reclaudantur.
¶ Tertia intentio.s.ipsarum exiccatio completur
suffumigando cum tamarisco.⁊ folijs mirti.et ci⁹
granis.et Auicē.docet iacere super farina risi mi
lij fabarum et similium.⁊ precipit salitionem que
nō est in vsu:sed medici nostri veneti tangunt eas
cum folijs absinthij viridis.⁊ hoc tempore cauē/
dum est ab oleo et humectantibus Oleū tn cōue/
nit post eorum exiccationē ad faciendū crustas ca
dere:⁊ qr ē materia vnguētorū.¶ Tertiū regimē hz
duas intentiones.vna est correctio accidentium.
altera est regimē sex rerum.Prima intentio com/
pletur subueniendo sincopi sequenti superfluam
caliditatem cū inspiratione aeris frigidi et odore
camphore ⁊ sandali et paulatim discooperiendo
eum in aere frigido.Dolor aūt qui sequitur matu
rationem variolarum sicut in manibus et pedib⁹
sedatur infundendo loca in aqua calida:et accele
rat maturationē et eruptionem earū.⁊ cōfert cum
extrema infrigidantur ponere ea in aqua calida:
vlcera aūt subsequentia variolas curant cum vn/
guento albo camphorato:sed putrefactiones ex/
tremitatum curātur cura cancrene.variole future
in oculo subueniūt cum aqua ro.in qua infusum sit
sumach.⁊ si est magna caliditas ponantur pro.ʒ.
j.aque suprascripte grana.iij.cāphore:sed incohã
te pustula in oculo prima die.postea addatur his
parum sief albi.et curetur cura pustule oculi.vesti
gio aūt et caligini remanenti in oculo subueniat
cum zucharo candi:⁊ apud Auic.cum oleo de phi
sticis.Sed ad phibendum nocumentum oris:et
gutturis suctio succi granatorum expressorum cū
tota snbstantia cōfert.Similiter suctio mororū et
dyamoron cum aqua ro.in earum augmento et in
statu dyamoron cū aqua ordei ⁊ passularū.⁊ tueã
tur partes superiores narium cum aqua ro.⁊ agre
sta.⁊ pulmo cū dyadraganto.⁊ intestina cū trocis.
de spodio et clisterijs pprijs in dissinteria:sed ve
stigia variolarum phibentur ne fiāt ligando ma
nus pueri aut alr phibendo ne scalpent.⁊ epithi/
metur cum hoc vnguento.℞.farine lentium lupi/
norum fabarum orobi litargiri ceruse ablute cati
mie añ.ʒ.ij.cum oleo de lilio et assungia asini fiat
vnguentum et linimentū.Aliud Ras.℞.litargiri
nutriti radicis arūdinis ossium vetustorum fari/
ne cicerum farine risi se.melonū mundorū hen co
sti añ.quāntū libz hec cū mucillagine fenugreci.⁊
se.lini misceantur:⁊ ex altero eorum facies eorum
epithimetur de nocte et in mane abstergat cū sac
culo ex furfure et violis infuso in aqua calida.Se
cunda intentio scz regimen sex rerū patere pōt ex
dictis:sed dieta dz esse infrigidans et ingrossans
aliqualr stiptica:nō tamē ventrem ostringens de
clinans ad siccum in variolis ⁊ in morbillis ad hu
midum.Et dz cauere tempore ebulitionis a carni
bus ouis et vino.postea debet īgrossari dieta quã
to magis accidit ad sanitatem.et in summma sit
pp ortionata regimini medicinali.

¶ De febribus apostematum. Cap. xiij.

Iam sciuisti

Sophista Alexandrinꝰ pria Epidimiarum In interpolatis quidem in quibꝰ rigores fiūt nō fit apostema: in continuis vero in q̄bus nō sunt rigores apostema superuenit aut materia grossa existēte: aut virtute nō potente expellere materiaz.



Am sciuisti dispositiōes febriū que sequuntur apostemata apparentia. et ꝙ sunt scdm plurimum de genere febriuz diei cū apostemata ista scdm plurimū nō perueniunt ad cor nisi cum calefactione sua absqꝫ sua putredine. et plurimum quidem horum est a causis primitiuis. Cū aūt peruenit putredo eorū ad cor propter suaz magnitudinem aut ꝓpter suam ꝓpinquitatem fit feb. fortasse nō de genere feb. diei Et plurimum quidem similium horum nō fit nisi a causis añcedentibꝰ corporis et repletionalibus crudis. et quandoqꝫ fiunt ex vlceribus ad que trahuntur materie maligne et retinentur in carnibus mollibus.

¶ Primo ponit que febres sequantur apostemata taz intrinseca q̄ extrinseca. secūdo signa. tertio curam. partes patent. Primum capitulū diuidit in duas partes. in prima ponit que febres sequātur apostemata extrinseca. secūdo que sequantur apostemata intrinseca. secūda ibi. (Febres aūt.) In prima parte dicit ꝙ tu iā sciuisti scz in effimera scz ex apostemate cuiusmodi febres sequantur apostemata extrinseca. et ꝙ ꝭm plurimum sunt de genere febrium effimerarum: cum scdm plurimū apostemata ista non perueniant ad cor nisi cū calefactione absqꝫ putredine idest calefaciūt cor nō mittendo vaporem putridum ad ipsum. Secundo dicit ꝙ plurimum horum apostematum est ex causis primitiuis quando faciunt feb. effimeram Tertio dicit ꝙ cū fortasse. idest aliquando peruenit putredo idest putridus vapor ad cor propter suam magnitudinem idest apostematis: aut propter suam propinquitatem ad cor sicut quando esset in subasellis: aut sub mām̄illa sinistra nō fit feb. effimera: sed supple fit febris putrida. Quarto dicit ꝙ plurimum horum scz apostematuz que faciunt feb. putridas nō perueniunt nisi a causis antecedētibus corporeis sicut sunt male complexiones opilationes et a causis repletionalibus crudis idest ab humoribus replētibus indigestis. Quinto dicit ꝙ hec apostemata quando fiunt ex vlceribus supple vel pustulis ad que vlcera attrahunt materie maligne et retinentur in carnibus mollibus q̄ sunt in locis emunctorijs sicut post aures propter vlcera labiorum menti et colli. et sub asellis propter vlcera manuum et in inguinibus propter vlcera in virga aut in pedibus. Hec tamē apostemata facta in locis emunctorijs: quādoqꝫ faciunt putridas: quandoqꝫ effimeras iuxta afforismum. In bubonibus omnes febres male demptis effimeris.

¶ Febres aūt que sequunt intrīseca apostemata fortasse non fiunt ex applicatione calefactionis ad cor sine putredine.

¶ In parte presenti ostendit que febr. sequuntur apostemata in trinseca. secūdo ponit quasdam diuersitates febrium sequentium apostemata. in tertia ponit canones. secunda ibi. (Et vehementiores.) tertia ibi. (Et scias.) In prima parte dicit ꝙ feb. que sequuntur apostemata intrinseca fortasse non fiunt ex applicatione caliditatis ad cor sine putredine. nam ab apostemate intrinseco facile putridus vapor peruenit ad cor propter propinquitatem ad cor. et propter viarum rectitudinem et amplitudinem. econtra ab apostemate extrinseco. aliquando tamen accidit ab apostemate intrinseco fieri effimeram propter sui paruitatem et distantiam sicut a paruo apostemate existēte in extremitate intestini recti: immo quedā apostemata intrinseca nullam faciunt feb. sicut glandule et scroffule: ⁊ similes que non sunt calide: nec per se: nec per accidens.

¶ Et vehementiores quidem febres fiunt ab apostematibus intrinsecis quādo sunt ex genere herisipille in quibusdam visceribus et extenditur dolor et sitis et inflāmatio. et significant ea significationes permixtionis colere plurime cuz sanguine. Et hec apostemata intrinseca sunt sicut apostemata cerebri et velaminuz eiꝰ, et sumach auris et gutturis quandoqꝫ. et in velamine quod sequitur pectus. et epate et rene et vesica et matrice ⁊ intestinis et que sunt eis similia.

¶ In ista parte ponit diuersitates harum febriuz. Habet hec pars ꝑtes quinqꝫ sicut quinqꝫ sunt he diuersitates. Prima diuersitas est quod vehementes febres sequūtur apostemata colerica sicut herisipillam q̄ apostemata ab alijs humoribus pēdentia. secūdo dicit ꝙ dolor sitis et inflammatio intēditur in his apostematibus colericis. tertio dicit ꝙ apostemata colerica significantur per signa permixtionis plurime colere cum sanguine. quarto dicit ꝙ apostemata intrinseca que faciunt has febres sunt sicut apostemata substantie cerebri et pāniculorum eius. et sumach idest hotium auris siue nerui auditiui ortum habentis a quinto pari neruorum cerebri et apostema gutturis et apostema velaminis pectoris idest pleure: ⁊ per pleuraz intellige ceteros panniculos pectoris itrinsecos Item apostema renis vesice epatis matricis intestinorum. et his similibus sicut stomachi splenis mensenterij pulmonis et apostema cordis in hoc excedit reliqua.

Primo notandum ꝓ declaratione partis ꝓme ꝙ apostemata colerica sine dubio maiorē faciunt febrem q̄ apostemata flegmatica aut melancolica. sed de sanguineis est dubium. in quo tenendū est apostema colericum maiorez facere febrem intensiue q̄ apostema sanguineum. ⁊ econtra sanguineum maiorem facere febrem extensiue ꝓpter maiorem multitudinem vaporum eleuatorum ab apostemate sanguineo q̄ colerico. De dolore etiā est dubium quis sit maior. ⁊ credo ꝙ in eodem mēbro vel proportionali maior sit dolor sequens flegmonem q̄ herisipillam. Primo qꝛ hoc experimur sepe in apostematibus extrinsecis. naz in flegmone magnus dolor est. in herisipilla fere nullus. sic etiam debet esse interius. scdo qꝛ dolor magis sequitur solutionem continui q̄ malam cōplexionē vt docet experientia. licet hoc nō placuerit Auerroy sed in flegmone maior est solutio continui q̄ in herisipilla: cum sanguis sit grossior colera. Itez qꝛ dolor sequēs flegmonem est extensiuus ⁊ pulsatiuus: sed sequens herisipillam est pungitiuꝰ qui est minor illis. Nec Aui. dicit oppositū huius determinatiōis q̄uis dicat ꝙ dolor intendit: aut aliter extendit in herisipilla. nō eñi cōparauit herisipillam flegmoni: sed apatibus frigidis. Si tamē

textus dicat extenditur est verū in herisipilla comparata flegmoni in qua dolor est magis extensus in mēbro: cū colera ꝓpagatꝰ per mēbri superficiem sed ī flegmōe sanguis magis in vno loco colligitꝰ lꝫ tñ intensior sit dolor in flegmone. ¶ Scdō notādum ꝙ signa ꝑmixtionis colere cū sanguie multū sumuntꝰ ex signis cōplexionū q̄ vide scdā primi.

¶ Et diuersificantur febres eorū in vehementia et debilitate ẜm propinquitatē cordis et longitudineꝫ.

¶ Hec est scda diuersitas: ꝙ febres diuersificantꝰ in magnitudine ⁊ ꝑuitate ẜm propinquitatem et distantiā apatum a corde. que eñ sunt ꝓpinquiora ceteris paribus maiorem faciunt febrem.

¶ Et eorū iterū fe. q̄ sunt in mēbris carnosis est fe. vehementior. et eorū feb. q̄ sunt in pāniculis et eorum similibus est debilior.

¶ Hec est tertia diuersitas: ꝙ feb. q̄ sequuntꝰ apata exñtia in mēbris carnosis sunt vehementiores ꝙ̄ febres que sequuntur apostemata in panniculis et similibus que sunt neruosa.

Contra. oppositum vult Auicē. scdā primi cap. de signis apatum. ¶ Dicendū ꝙ febres dicūtur vehementiores dupl'r. vno mō in calore. ⁊ sic febris apatum mēbri carnosi dr̄ vehementior: quia plus de materia aggregatꝰ in membro carnoso et plus calefit. fiunt eñ febres pluris caloris. Alio mō dr̄ feb. vehemens in accñtibꝰ q̄busdā cōibus sicut dolore vigilia spasmo et sil'ibꝰ. ⁊ sic fe. apatū que sunt in mēbris neruosis sunt vehementiores.

¶ Et eorū q̄ sunt in vicinitate arteriarū febris est vehemetior: ⁊ eorū que sunt in vicinitate venarū solum feb. est debilior.

¶ Quarta diuersitas est ꝙ feb. horū apatum que sunt in vicinitate arteriarū sunt vehemētiores ꝙ̄ feb. apatum que sunt in vicinitate venarū solum: cuius cā est: q2 magis cōicant cordi per arterias ꝙ̄ per venas ceteris paribus.

Contra. q2 apata splenis sunt in mēbro magꝭ arterioso ꝙ̄ apata epatis. et tamē minorē facit febrē. ¶ Dicendū cetera nō esse paria. est eñ disꝑitas: q2 epar cōicat cordi per venā maximā. s. per venā chilis immediate: nō aūt splē īmediate cōicat cordi per arteriaꝫ maximam. Itē est diuersitas. q2 epar est maius membrū et nobilius ꝙ̄ splen. Itē epar magis vicinatur arterie magne ꝙ̄ splen. quāuis ergo splen habeat plures arterias ꝙ̄ epar: q2 epar nullā hꝫ saltē ẜm gibbū: nō tñ ꝓpter causas dictas sequitur ipsum debere maiorem facere febrem ꝙ̄ epar.

¶ Et nō euacuantꝰ iste febres a periodis scdm materias que effunduntur ad apata earum. periodi nanqꝫ earū sunt scdm generationem earum et scdm motuꝫ ipsarum et secūdum attractionem caliditatis et doloris ad ea. vnicuiqꝫ enim hūori est periodus qui sibi conuenit.

¶ Quinta diuersitas. febres apatū habent diuersos periodos ẜm diuersitatē materierū q̄ effundūtur ad apata ipsorū febricitantiū. periodi nanqꝫ earū feb. fiunt ẜm generationē materierū earū et ẜm diuersum motū ipsarū ad apata: qñ iam sunt genita ⁊ ẜm alterationē caliditatis et doloris ad ea. i. ẜm variā attractionē ipsarū materierū ad loca apata: que attractio fit a calore et dolore mēbri apostemati. vnicuiqꝫ enim humori inest periodus qui sibi conuenit.

Pro huius partis notitia est sciendū ꝙ Auicē. innuit hic oēs causas periodicationis intrinsecas: quarū quedā de intētio Gal. scdō de differentijs feb. sumuntꝰ ex dispositionibus mēbrorū mittentiū materias ad membrum apatum que materie cōtinentꝰ in ipsis membris mittentibꝰ. Quedā sumuntꝰ ex dispositionibꝰ ipsorū mēbrorū apatorū attrahētium que maxime attrahunt per caliditatem et dolorem: et hi se tenent ex parte mēbrorū de quibus loquitꝰ Ga. loco allegato. Quedā se tenent ex ꝑte diuersificatorum ẜm quātitatē. modū substantie: et ipsorū cōplexionē. ⁊ formā substantialē: et ꝓprietatem resistitiuam. ⁊ he ponūtur a multis auctoribus: precipue ab Aui. in hac prima quarti tractatu scdō ca. primo: quas oēs Aui. innuit in his paucis verbis Primas se tenentes ex ꝑte mēbrorū cū dixit. ꝑiodi nanqꝫ. scdās se tenentes ex parte humorū cū dixit: vnicuiqꝫ humorū inest periodus qui sibi cōuenit. et hic vult Gale. feb. apatum periodicare propter nouū motū materie ad membrū apatum qui motus diuersificatꝰ ꝓpter diuersitatē causarū suprascriptarū. ẜm plurimuꝫ tñ flegma periodicat quottidie: colera de tertio in tertiū. melancolia de quarto in quartū. sanguis quottidie affligit maxime ꝓpter suas formas substātiales ⁊ ꝓprietates resistitiuas. Omittit aūt cās extrinsecas sicut regimē sex rerū ⁊ influxus sup celestes quos astrologi ponūt. Sꝫ de hac materia dictū est supius quātū est opportunū in questione de periodicatione.

¶ Et scias ꝙ multotiens sanatur apostema in pleuresi et alijs et remanet febris. ⁊ significat tunc ꝙ mundificatio non accidit.

¶ Hic ponit duos canoñ. Primus. multotiēs sanatur apa pleureticū ⁊ feb. remanet. ⁊ similiter accidit in alijs apatibus. ⁊ hec remanentia feb. significat ꝙ nō est facta perfecta mūdificatio. ⁊ hoc accidit qñ apa nō est totaliter cā feb. immo pars materie que facit febrē fecit apostema. stat ergo apa pendens a pauca materia terminari ante feb. terminationē. Sicut me scribente super hoc capitulo euenit magnifico equiti dño Cristino Frācisco de beuilaqua veronēsi. aliqñ accidit qñ apa nō ꝑfecte curatꝰ: sed euātis partibus subtilioribus remanent quedā ꝑtes terrestres potentes febres cōtinuare. nō tamen dolorem tussim ⁊ alia accidentia propria pleureꝭ facere.

¶ Et iste quideꝫ febres quādoqꝫ ꝓlongātur et perducunt ad ethicam et ꝓprie quādo apostemata sunt in epate. Ille vero que sunt in velaminibus cum confirmantur nō expectant vsqꝫ ad ethicam.

¶ Secūdus canō. Et iste q̄dē febres cū ꝓlongātur ducunt ad ethicā. ⁊ ꝓprie qñ apata sunt in epate.

Contra. quia apata pulmōis deberēt magis ducere ad ethicā ꝓhibendo cordis euentationē. ¶ Dicenduꝫ est ꝙ ethicam que est quedā tabes et exiccatio cū pauca caliditate magis īcurritꝰ ꝓpter apostema epatis ꝙ̄ pulmonis ꝓpter defectum nutrimenti qui defectus est ab epate nō a pulmone: sed ethicam que est corporis arefactio cū inflammatione magis incurritur ex apostemate pulmonis. scdō dicit ꝙ ille febres que cōsequūtur apostemata in velaminibus cū cōfirmantur apostematibus a quibus pendent

bus pendent cōfirmatis nō expectāt vsq₃ ad ethicam: qꝛ moriunt᷑ prius ꝙ̄ fiant ethici. Vñ Gal. 10. terapen. loquens de apātibus dyafragmatis dicit. Multotiens vidi interficere anteq̄ꝫ cōpletur disnia et desipientia: sed in quibus tales dispositiones sunt plurimū moriūtur anteq̄ꝫ ethica generetur. Ex his pꝫ ꝙ per apā cōfirmatum nō debes intelligere apā existēs in statu: qꝛ ab hoc cōtingit euadere. Sed per apā confirmatum intellige maxime fixum et in malitia confirmatum.

¶ De signis earū ⁊ ipsarū indicijs. Cap. xiiij.



Um febribus ex apātibus intrinsecis inueniunt᷑ tres spēs signoꝝ et accñtium. s. signa et accidentia significantia membrū infirmū: et signa et accñtia significantia materiam: et signa et accidentia significantia dispositionem infirmi. Prima aūt signorū spēs est sicut pulsus serrinus. et dolor pūgitiu⁹ apātis in partibus pectoris. et similiter tussis sicca in primis et humida in scđo et q̄ sunt illis similia de signis pleuresis significantibus apostema in partibus pectoris.

¶ Primo ponit quandā diuisionē trimēbrē signorum et accidentiū febriū apātum et ipsam declarat. scđo ponit quandā diuisionē fundatā sup primo mēbro diuisionis. tertio subdit quedam alia signa feb. apātum intrinsecorum. scđa ibi. (Et mēbra quidē occulta.) tertia ibi (Et caliditas q̄dē.) Prima in duas. nā in prima ponit diuisionē predictam. loco exēpli ponit signa pleuresis. in scđa ponit signa quedā gñalia apātis intrinseci. scđa ibi. (Et ad summū.) In prima pte dicit ꝙ cū feb. ex apātibus intrinsecis sunt tres spēs signorum ⁊ accidentiū significantium mēbrū apostematum. Prima est species signorū significantiū mēbrum infirmū. Scđa est spēs signorū significantiū materiam apātem. Tertia species est signorum ⁊ accidentium significantiū dispositionem infirmi. i. quid sit futurū de infirmo. Et pro notitia signorū primorū vult redire ad tertiū canonē. et pro scđa specie signorum ad tertiā quarti. et pro tertia spē ipsorum ad secundā quarti vbi ponūtur signa ꝓnostica. Ideo in omni specie omnium horū signorum hic abbreuiat: ⁊ solum exempli gratia dicit q̄dam. Secūdo declarans primā speciē signorū dicit ꝙ pulsus serrinus ⁊ dolor lateris pungitiuus sunt signa apātis in partibus pectoris. s. pleuresis. s. tussis sine sputo i p̄mis. scđo cū sputo ⁊ silia de signis pleuresis. s. fe. ꝯtinua ꝯstrictio anhelit⁹.

¶ Et ad summū dolor et grauitas in mēbro. et est calidius reliquis mēbris addita calefactione nō consueta et sicut spasmus: q̄m multotiens associatur apātib⁹ calidis in mēbris neruosis. Species vero scđa est sicut significatio vehementie febris tertiane significat ꝙ materia est colerica. Accidentia vero infirmi sunt dispositiones que indicāt ei⁹ salutē aut indicāt ipsius mortē.

¶ In ista parte dicit ꝙ signa generalia apostematis intrinseci sunt dolor. scđm grauitas. tertiuꝫ caliditas maior in mēbro apostemato ꝙ̄ in reliquis est eñi sicut fornax febris. xj. terapen. vltimo cap̄. quartū ꝙ in reliquis mēbris est addita caliditas nō consueta. quintū est spasmus que frequēter sequitur apostemata calida in membris neruosis. Et tu istis adde duritiem et tumoreꝫ si illa apāta fuerint in mēbris que subiacent sensui. et tu cum visitas aliquem hec septē signa semꝑ habeas mēti ne incidas in errorem nō bene excusabilē. Scđa species signorū est sicut fe. tertiana que significat ꝙ materia apostematis est colerica: ⁊ quottidiana ꝙ est flegmatica. et quartana ꝙ est melancolica. et cōtinua cōclusa ꝙ est sanguinea: lꝫ s̄m plurimum in processu paroxismi harum febriū cōfundantur. Tertia species signorum significat salutē vel mortem. et his similia ventura super egrum.

¶ Et membra quidē occulta diuersificantur in faciendo feb. et recipiendo eas. et ꝑ durationem earum et ipsarū periodis s̄m magnitudinem eorum in se ipsis et magnitudinem venarum eorū: ⁊ s̄m membra sua.

¶ In parte presenti pro declaratione primi membri diuisionis precedentis. s. ꝙ quedā signa significant mēbrū apātum Auic. primo ponit vnā diuisionem. scđo declarat eam. tertio infert quosdam canones. scđa ibi. (Nā in mēbris.) tertia ibi. (Cū autem aggregatur.) In prima parte dicit ꝙ membra intrinseca apāta diuersificantur in faciēdo et recipiēdo eas: qꝛ primo fit calor in corde qui formaliter est feb. per mēbrum apātum: deinde recipitur in eo et in alijs membris. hoc dicit qꝛ dato ꝙ aliquod membrū habeat calorem extraneum et ipsum alteri mēbro cōicet: ille tamē calor nō dicit᷑ feb. nec alia mēbra recipientia calorem ab eo dicuntur febrire nisi calor prius fiat in corde. ⁊ postea per cor alijs cōicetur: cū cor sit primum subiectum feb. iuxta superius determinata. Et hec prima diuersitas cōcernit feb. magnitudinē aut paruitatem: salubritatem aut cōtrariū. nam quedam mēbra apostemata faciunt maiorē febrem ⁊ magis mortalem sicut epar et pulmo. quedam minorem et magis salubrē sicut renes et matrix. scđa diuersitas est in duratione earū. nam quedā faciunt longam sicut matrix: et quedā breuem sicut cerebrum. tertia diuersitas est in periodis earū. Aliter eñi periodicant febr. apātis: epatis. et aliter feb. apostematis renū: quāuis he diuersitates īsequātur diuersitates materierū: tñ etiā insequuntur diuersitates mēbrorū. he aūt tres diuersitates fiunt s̄m magnitudinē ipsorum. s. membrorū in seipsis que magnitudo attenditur penes tria. s. penes nobilitatem sue operatiōis: penes sensibilitatē suā: et penes ꝓpinquitatem ad cor. Aliter s̄m magnitudinem ipsorum. s. apātuꝫ in seipsis. i. s̄m ꝙ apostemata sunt magna vel parua. Secundū aūt penes quod diuersificantur membra apostemata in faciendo feb. est s̄m magnitudinem venarum sciłꝫ pulsatilium et quietarum. et in hoc tangit maiorem aut minorem colligantiā cum corde. Tertiuꝫ vero in quo diuersificantur membra apostemata in faciendo febrē est s̄m membra sua scꝫ alia a cor de quibus membris cōmunicat membrū apostematum faciens feb. exempli gratia. matrix cōicat capiti. ideo apostemata matricis faciunt feb. cuꝫ dolore capitis.

¶ Nam in membris intrinsecis sunt que sunt propinqua cordi et vehementis communitatis: sicut velamē et pulmo: et de eis sunt que sunt longinqua a corde et debilis cōmunitatis sicut renes. ipsi enim nō semper faciūt propter apostemata sua febres

fortes neq̃ continuas ⁊ multotiens quidē sunt interpolate et sunt de genere febriū cōmixtarum et febrium tertianarū: ⁊ quartane et quintane et sextane. ⁊ fiunt cum eis rigor et horripilatio: et ambiguū fit esse earū et significat eas grauitas in loco renum et in partibus allzatim et dolor ⁊ proprietas caliditatis in mēbro maioris cōsueta.

¶ Hic declarat predictam diuisionem: et quāuis sua interesset ostēdere quō membra diuersificata in magnitudine et paruitate et diuersificata ſm venas suas. et in summa ſm maiorem aut minorē colligātiam cum corde. et tertio diuersificata ſm membra sua alia a corde quibus cōicant faciunt febres diuersas in magnitudine et paruitate salubritate et mortalitate et longitudine et breuitate Item diuersitas in periodis tamen q: hec sunt nota ex dictis in tertio canone solū exempli gratia. ostendit: quomodo membra diuersificata in longitudine et propinquitate ad cor: et in maiori et minori cōmunitate cum corde cum apostemantur diuersificantur in faciendo febrem. Dicit ergo ꝙ de membris sunt aliqua que sunt ꝓpinqua cordi et vehementis cōmunitatis cum eo: sicut velamen. i. dyafragma et pulmo. et ista supple faciunt magnas febres et mortales ⁊ breues et cōtinuas cuꝫ apostemantur. et de eis sunt aliqua longinqua a corde ⁊ debilis cōitatis cuꝫ eo: sicut renes. ipsi eñi non semper faciunt cum apostemantur feb. fortes: neq̃ continuas: sed multotiēs sunt interpolate: et multotiens nō sunt interpolate. ⁊ sunt de genere febriū cōmixtarum: ⁊ quādoq̃ sunt tertiane et quartane et quintane et sextane: ⁊ fiunt cum eis rigor ⁊ horripilatio ⁊ ambiguū fit esse eorū. s. apostematum ignoratur eñi cuius mēbri sint apostemata ista que faciunt tantas feb. diuersitates: et an sint apostemata renum. hec tñ apta renū significātur per grauitatē in allzatim qui est locus renum. et per dolorem eius loci. et q: proprie in illo loco sentitur caliditas maior cōsueta. Et nota ꝙ quāuis hmōi inquisitio nō pertineat ad hūc locum sed potius ad. 17. tertij ꝙ cā tantarū diuersitatum in his febribus est triplex. Prima est diuersitas materierū que faciunt hec apata. vnde rōne huius permiscenꝫ feb. diuerse. scđa est longinquitas huius mēbri a corde. vnde feb. eius qñq̃ non sunt cōtinue: neq̃ fortes. tertia cā est diuersitas in adustiōe cū apostemata hec cronicāt: sicut frequēter accidit. vnde per adustionē materierum huius apatis añcedentiū: ⁊ cōiunctarum fit transmutatio harū in melancoliā. vnde fiunt quartane: quādo sunt pluris quantitatis: et nō ita per adustionem ingrossate. cum vero per adustionem magis paucificantur ⁊ ingrossantur fiunt tertiane et eodem modo sextane.

¶ Cum aūt aggregantur in membro vt sit proximum principali: aut fortis cōmunitatis cū eo: aut vehementis sensus et est neruosum: tunc cum vehementia feb. comitantium apostemata eius accidūt ei inquietudo magna et spasmus.

¶ In pte pñti infert canō primus. qñ hec oīa aggregantur in mēbro aliquo. primū ꝙ sit ꝓximum ꝑncipali. i. cordi. aut vehemētis cōitatis cū eo: vt puta per venas ⁊ arterias. aut vehemētis sensus: ꝙ sit neruosum: tunc cū vehemētia feb. ꝯñtiū apa eius accidūt inq̃etudo magna ⁊ spasm⁹. sicut exēpli gratia. in apate pāniculorum cerebri.

¶ Et fortasse comitantur ipsum accidentia extranea sicut apostemata matricis: associatur eñi ei cū fe. soda et dolor ceruicis.

¶ Scđo infert ꝙ aliqñ cū comitanꝫ apata mēbri intrinseci: sicut apa matricis accñtia extranea fit in eo soda et dolor ceruicis. i. partis posterioris colli ad caput terminati. huius aūt est cā: q: matrix dorso alligatur. vnde faciliter cōicatur capiti et collo per nucā et venas et arterias que sunt in dorso. appellat aūt hec accñtia extranea propter magnā distantiam matricis a collo ⁊ capite. ⁊ q: matrix nō est neruosa per neruos a cerebro ⁊ nuca ortum habentes. sic eñi accideret spasmus in fortibus doloribus eius. qđ bene sentit Auic. 21. tertij. caplo de anathomia matricis. et hoc est exemplū diuersitatis feb. sequentiū membra apata diuersificata ſm membra alia a corde quib⁹ cōmunicāt.

¶ Et caliditas quidem quāuis inflammetur in his apatibus. tamen nō est valde vehemētis acuitatis: sicut est in causonide nisi sit res magna. et causa in eo est quoniam putredo nō ē sparsa neq̃ mota ad exteriora.

¶ Hic ponit signa apatum intrinsecorū. primū est sumptum a caliditate. scđm a pulsu. tertiū ab vrina. partes patent. In prima parte dicit ꝙ caliditas quāuis sit intensa in his apatibus. nō tñ vehementis caliditatis. s. exteri⁹: sicut in causonide nisi sit res magna. i. apa magnū ab hūore multū calido. Et cā huius est. q: putredo. i. vapores putridi nō est sparsa ad exteriora. tum ꝓpter debilitatem virtutis. tum ꝓpter inobedientiā materie. et causa est. q: mouetur interius ad locum apatum.

¶ Et pulsus quidē in febribus apatuꝫ intrinsecorum est pulsus febriuꝫ putredinis paruus in principio velocis constrictionis apud statum: deinde magnificatur et fit velox et spissus ſm membruꝫ et materiam: et ſm ꝙ sciuisti: deinde erit serrinus et faciēs secundū membrum in neruositate et carnositate sua.

¶ Scđm signum. pulsus in febribus apatū intrinsecorum est sicut pulsus in fe. putridis. paruus in prin. exacerbationis ⁊ velocis cōstrictionis apud statum. i. in statu vel parū ante statuꝫ: cū maior sit necessitas mundificationis ꝙ̃ euentatiōis. Deinde: ly deinde notat ordinem locutionis ⁊ nō tpis vt sit sensus: deinde debes scire ꝙ pulsus magnificatur: et fit velox ⁊ spissus ſm mēbrum et materiam sicut sciuisti. s. lib. primo fen scđa cap. de pulsu apatum. et lib. tertio in ꝓprijs capitulis. nam membro apato existēte carnoso ⁊ arterioso vt materia existente calida pulsus fit magnus velox et frequens. ecōtra in membro ecōtrario se habente et materia frigida. Deinde. ly deinde notat ordinem locutionis. vt sit sensus. etiam debes scire ꝙ pulsus fit serrinus aut vndosus. ⁊ secundum membrum in neruositate et carnositate sua. nam membro existēte neruoso sicut panniculi fit serrinus. et existente carnoso sicut substantia cerebri et caro epatis fit vndosus.

¶ Et vrina scđm plurimū est ad albedinē decliuis et paucitatē tincture ꝓpter declinationem materiei ad apa scđm ꝙ sciuisti.

¶ Ultimum

¶ Ultimum signum vrina que fm plurimū est ad
albedinem declinans.i.ad paucitatē tincture pro
pter declinationem materie ad apa sicut sciuisti.
cap. de effime. ex apate. et fen scōa capi. de colori/
bus vrine.

Dubitatur an ad apostemata viscerū se/
quātur febres cōtinue arguit
q̄ nō. materia feb. cōtinuarū est intra venas. vt. s.
cap. de putredine: sed materia apatum exiuit ve/
nas et in poris membri cōtinetur. scdo. continua/
rum pprium est nō habere rigorem. primo de dif
ferentijs feb. sed quedam apostemata quorundā
viscerum vt renum faciunt febres cū rigore vt hic
Auicē. ¶ In oppositum est Ga. quarto afforismo/
rum super illo afforis. Febres quecunq; deficien/
tes. ¶ Dicendum q̄ licet fm plurimum febr. apa/
tum viscerum sint continue: stat tamen ipsas esse
interpolatas. primam partem huius cōclusionis
voluit Gale. loco allegato et quottidiana experiē
tia comprobatur. secundam partem vult Auicen.
in loco presenti. et multotiens sunt interpolate.

Sed ad rationes in oppositum re
spōdet. ¶ Ad pri
mam negetur maior vniuersaliter intellecta. ¶ Ad
secundam concedetur ad quod deducitur. est ta/
men neganda maior vniuersaliter intellecta: im/
mo exacerbationes continuarum aliquando inci/
piunt cū horrore vt in capitulo de latica.

¶ Cura earum. Capitulum. xv.



Curatio harum febrium est cu/
ratio febrium acutarū post cu/
rationem apostematum. radix
enim in eis est cura apostema/
tis cum obseruatione cure fe/
bris de infrigidatione et humectatione.
Et in his febribus non conceditur potus
aque frigide neq; introitus balnei.

¶ Habet hoc capitulū duas partes. in prima po
nit duas intentiones habēdas in cura feb. aposte
matum. et ostendit que sit dignior. in secūda. exem
pli gratia. ponit curam apostematis colerici. secū
da ibi. (Et si fuerit apostema.) In prima parte di
cit q̄ curatio harum febrium est curatio feb. acu/
tarum post curationem apostematum. nam radix
idest fundamentum in curatione earum est cura
apostematis. ¶ Hec enim est intentio prima cui
maxime intendendum est. ¶ Secunda intentio est
obseruatio cure febris cum infrigidatione et hu/
mectatione. ¶ Notandum hic Auicen. multum ab
breuiasse curam febriū apostematum: quia si ra/
dix cure. est apostematuz scita est in generali. quar
ta primi capitulo de cura apostematum. et scita
¶ Hic ponit signa emitritei. et primo veri compositi ex flegmatica continua ⁊ colerica interpolata Secundo emitritei compositi ex colerica continua et flegmatica interpolata. Tertio quando ambe sunt continue. In prima parte dicit quod quando emitriteus componitur ex flegmatica continua et colerica interpolata quem plures appellãt emitriteum purum: idest verum est rigor: quoniam materia colerica est exterius que est apta facere rigorem et non habet flegma extrinsecũ impediens rigorẽ faciendo frigus: sed ille rigor est debilior propter flegma fuisse mixtum cum colera quando erat sub forma cause antecedentis quod fregit acuitatem eius. Et fortasse multiplicatur in ea frigus ⁊ horripilatio propter fugã caloris interius et punctionem factam a colera: ita vt faciat errare in statu vt scis: scilicet ex dictis in primo genere signorum: quia quandoq; corpus calefit et apparet principiũ recessisse: et postea redeunte frigore et horripilatiõe constat ipsum non recessisse. et multiplicatur in ea caliditas: scilicet viscerum cum frigiditate extremitatum caliditate fugata interius propter nocumentum maxime a flegmate interius putrẽte causatum. et fit pulsus vehementer paruus propter flegma intrinsecum suffocans calorẽ. fit etiam vehementer rarus in comparatione ad emitriteum in quo ambe materie putrent intra venas: et etiã in comparatione ad illum in quo colera putret intra et flegma extra. ¶ Si autem continua est ipsa colerica non fit rigor neq; magna horripilatio: quia materia acuta non peruenit ad membra sensibilia: sed supple fit frigus propter flegma petens membra extrinseca: et fit pulsus maior et velocior propter maiorem necessitatem supple et frequentior et augustia vehementior propter magnam caliditatem spiritualem. Et si componantur due cõtinue non fit rigor omnino: quia nulla materia petit membra extrinseca sensibilia: et accidit tertiane continue vt alleuietur: scilicet ex illa exacerbatione ante alleuiationem flegmatice. licet non redeat ante eius reditionẽ: quia citius redit flegmatica cum redeat omni die. et colerica de tertio in tertium. ¶ Considerãdum quod omittit signa emitritei compositi ex flegmatica et colerica interpolatis: quia sunt ex dictis intellecta. et proprie ibi cum dixit. Et quando equantur. et etiam cum dixit de reditu horripilationis. in hac enim est apta horripilatio frequenter iterari maxime cum ambe cõponuntur secundũ semitã introitus.

¶ De cura emitritei. Cap. xix.


Necessarium est in emitriteo vt vehementem habeas solicitudinem in euacuando materiam secundũ species euacuationis ex solutione ventris et vomitu et prouocatione ⁊ sudatione plusq; vehementia que est per extinctiua.

¶ Post theoricam emitritei ponit curam eius. Secundo quia febres composite et proprie emitriteus est recidiualis: ponit canones in cura recidiue. secunda ibi. in principio sequentis capituli (Recidiuatio.) Primũ capitulũ in tres partes diuiditur. In prima ponit canonem generalem in cura emitritei. In secunda prosequitur et declarat illum canonem. tertio ponit medicinas conuenientes in cura eius. secunda ibi. (Et cum solutiuis.) tertia ibi. (Medicine vero.) In prima parte dicit esse necessarium in emitriteo vt multum sis solicitus in euacuando secundum species euacuationis in hoc casu opportunas: scilicet solutiõe ventris: vomitu prouocatione vrine et sudoris ⁊ multo magis quã in extinguendo caliditatẽ febrilẽ. Huius autem canonis causa est: quia emitriteus est multum repletionalis: sed nõ est multũ inflãmatiuus.

Sed hic cadit dubium discussione dignũ. cum emitriteus sit multum repletionalis et repletioni maxime opponatur flebotomia. quare Auicenna hic non precipit flebotomiam. Amplius si flebotomia precipitur in tertiana et flegmatica: vt patet in capitulis precedentibus. quare non precipitur in emitriteo ex vtrisq; composito. ¶ Dicendum quod flebotomia secundum plurimũ competit in emitriteo ⁊ multo magis quam in tertiana et flegmatica cum sit magis repletionalis. ¶ Preterea sicut dicet statim timetur in eo permutatio ad apostema intrinsecum a quo maxime preseruat flebotomia. Auicẽna tamẽ omittit loqui de flebotomia breuitati indulgens: et quia satis datur intelligi eius conuenientia per ea que dicta sunt in capitulo generali curationis feb. putridarum. necnõ per dicta in cura tertiane et flegmatice.

¶ Et cum solutiuis oportet vt conueniat digestio nisi sint ex genere que leniunt naturam et soluunt et nõ inquietant sicut aqua

lubleb cum geleniabim. si fuerit illud quod superat flegma. et sicut tereniabim: et siracost et infusio tamarindi. et syrupus viol. si dominans fuerit colera et sicut quod cōponitur ex istis si fuerit duo hũores quasi pares. et post apparitionē digestionis si euacuatio fiat hũoris cum fortibus pertransit.

¶ In presenti parte prosequitur can. iam dictum in euacuatiōe. et primo per solutiua. Secũdo per vomitiua. Tertio per prouocatiua vrine et sudoris. secunda ibi. (Et vomitus iterũ.) tertia ibi (Et prouocatio.) In prima parte dicit qđ opꝫ vt cum solutiuis conueniat digestio: idest quod oportet vt materia solutione euacuanda sit predigesta nisi illa solutiua sint ex genere eorum que leniunt naturam sicut aqua ordei et passularũ et parum cassie. et nisi sint de genere eorum que soluunt etiam electiue: sed non inquietant: idest agitãt materiam sicut aqua decoctiōis lubleb. ʒ. iij. cum duab⁹. ʒ. mellis rosꝫ. dominãte flegmate ⁊ sicut tereniabim. Et vt. ℞. mãne syrupi violati ana. ʒ. ß. aque infusiōis tamarindorũ. ʒ. ij. misce dñante colera. Et sicut qđ cōponitur ex istis si duo humores fuerint quasi pares. ℞. lubleb. ʒ. iij. mãne. ʒ. ß. mellis ro. syrupi violati ana. ʒ. ß. moderni tamē cōmuniter darēt. ʒ. iiij. floris cassie cum aqua decoctionis prunorũ ⁊ passularum. ¶ Sed pro notitia dictorũ sciendũ quod aliqua solutiua sunt solum lenitiua sicut passule ⁊ ficus et earũ decoctio iura pinguia. Aliqua vero cum hoc quod sunt lenitiua sunt etiã solutiua electiue sicut cassia et manna: et hec si dentur in pauca quantitate solum leniunt et nō eligunt. in multa vero eligunt et leniunt. et hec ambo possunt exhiberi nō premissis digestiuis: sꝫ de speciebus solutiuorũ. et quot modis fiat solutio dictum est oportune in capitulo generali curationis feb. putridarum. Secũdo dicit quod post apparitionē digestionis si euacuatio fiat cum fortib⁹ sicut turbith scamonea et similibus nō pertransit quin magis iuuat minorãdo quã noceat agitando. oportet eñi sicut dictũ est ĩ capitulo de flegmatica. in hismorbis repletionalibus paulatim digerere et paulatim euacuare. Sed quando esset completa digestio non diceret pertransit: sed diceret quod est regimen cōueniens. qꝛ illa euacuatio iuuaret absq̃ nocumento notabili: sed apparente digestione et nō completa aliqualiter nocet agitãdo. maius tñ est iuuamentũ nocumēto. ideo dixit pertransit.

¶ Et vomitus oportet vt sit iterum secundum humorē dominãtē aut ex aqua raphani cũ syrupo acetoso calido aut syrupo acetoso cum aqua calida.

¶ In hac parte ponit vomitiua dicens quod vomitus fiat secundũ humorē dominãtē: vt ex succi raphani. ʒ. iij. flegmate dominante. et cuꝫ syrupi acetosi. ʒ. ij. aut. iij. cum aqua tepida colera dominãte et potest esse syrupus acetosus zuccharin⁹ aut mellinus secundum exigentiam complexionis humoris et temporis anni.

¶ Et prouocatio oportet vt fiat cum eis in quibus est equalitas: et cum festinatur in potando decoctiones ante digestionem timetur sirsen.

¶ Hic ponit canonē in euacuatione per vrinam et sudorem. ⁊ primo ostēdit qualia debent esse. Secũdo tēpus vsus illorũ quando sunt fortia. scđa ibi. (Et cum fortia festinatur.) In prima parte dicit quod prouocatiua vrine ⁊ sudoris quibus vtimur nondum completa digestione debent esse equalia idest nō fortia: sed mediocria. lenia vero debēt esse illa quibus vtimur in principio sicut dictuꝫ fuit in capitulo generali. Et causam addens dicit quod cum festinatur in potando decoctiones: scilicet fortes ante digestionem: scꝫ completã timetur sirsen: idest apostema cerebri. ¶ Notandũ quod medicine prouocatiue vrine ⁊ sudoris sunt calide subtilis substantie: et quãto sunt fortiores sunt calidiores et magis subtilis substantie: et sunt triplices quedam leues vt aqua ordei et decoctio se. frigidorũ. et hoc conceditur in principio nonduꝫ apparente digestione. quedã mediocres sicut sunt aqua decoctionis radicũ apij feniculi petroselini. ⁊ hec conceduntur apparēte digestiōe. quedã fortes: et hec concedũtur cōpleta digestiōe sicut decoctio assari rubee milij solis et similiuꝫ. Et hic dicit Gentilis quod rudes expositores intelligũt per decoctiōes medicinas solutiuas. Et quod sic intelligentes dupliciter errant. Primo quia iam de solutiuis dixit canones completos. Secundo quia deficeret sciētia Auicenne in canone de tempore vsus prouocãtium. quapropter dicit per decoctiones Auicēna intelligit decoctiōes prouocatiuas vrine et sudoris. Conuenientes enim medicine prouocatiue vrine et sudoris dantur in forma decoctionis vt fluat in venis. medicine auteꝫ solutiue quarũ parũ euacuat parũ ex malo: et plurimũ euacuat plurimũ ex malo conueniētius dantur in substãtia quã in decoctione: vt supra dixi in caplo de tertiana nō pura. Cum ergo iste medicine prouocatiue habentes fortitudinē aliquã dantur ante digestionē timetur sirsen. i. apostema cerebri. agitãt eñi materias ⁊ faciunt eas fluere ad caput vel ad pect⁹ vel ad alias partes corporis: sed solũ dixit de partibus superioribus: quia ista prouocatiua inflãmant et agitant materias que ascendētes faciunt sirsen. Ego autē credo hunc textum accōmodari et ampliari ad medicinas exoluētes que exhibite ante digestionē inducunt apostema agitando materias et faciendo eas fluere ad locum debiliorē sicut frequenter vidi accidisse. ⁊ proprie in febribus repletionalibus medicine itaq̃ soluētes leniēdo ⁊ nō eligendo: aut que licet eligant: nō tamē inquietant possunt dari in principio ante digestionē: sed eligentes non: tamen exoluētes aut leniter exoluētes dantur apparente digestione. fortiter autem exoluentes nō dantur nisi completa digestione. Memor esto tamen semꝑ qđ est melius infra subsistere quã exquisitissime euacuare. ⁊ ita dico de medicinis ꝓuocãtibus.

¶ Medicine vero iuuatiue in via peruenientē ad statum ad rectificanduꝫ materiam et maturandum ipsam et succurrendum nocumentis eius. Ex singularibus est absinthium verum post septimũ et apparitioneꝫ digestiōis ita vt sit romanũ quod ex ipso bonum est. et cum tu festinas cuꝫ eo mouet humores et nō euacuat eos: cumq̃ similiter facit accidere angustiam et tristitiam et nauseam: deinde reuertitur super eos cum sua caliditate et exiccat eos et cum sua stipticitate facit eos pigros.

¶ Hic ponit aliquas medicinas: et primo ponit medicinã vnam simplicem: scilicet absinthiũ. Secũdo medicinã

cundo medicinā Gal. Tertio quasdā compositas
scđa ibi.(Et Gal.)tertia ibi.(Cōposita vero)In
prima parte dicit ꝙ medicine iuuatiue in via per/
ueniente ad statum: idest in augmento ad rectificā
dum materiā:scꝫ minorādo materiā ⁊ maturando
ipsam scꝫ equādo substantiā eius ⁊ succurrēdū no
cumentis eius que sunt horripilatio;et membrorū
debilitas. Ex simplicib⁹ est absinthiū maxime ro/
manum bene cōditionatū:et quāto vis: ipsum ma
gis solutiuū et aperitiuū elige qđ est magis ama/
rum. Secūdo;dicit ꝙ absinthiū debet administra/
ri post septimū ⁊ apparitionē digestionis. nō eñ
conceditꝛ nisi apparēte;digestiōe:que cōiter post se
ptimū consueuit apparere. propterea inter alios
dies maxime nominauit septimū. Et causam red
dens dicit quod cum administras ipm ante appa
ritionem digestiōis mouet hūores ⁊ non euacuat
eos.et facit accidere angustiā ꝓpter nocumentuꝫ
in spiritualibus:et tristitiam propter nocumētum
stomachi et nauseā humoribus qui sunt in stoma/
cho cōmotis et nō eductis:deinde remanens cum
humoribus exiccat eos sua caliditate et stipticita
te:et facit ipsos pigros,et ineptos euacuationi.

Dubitatur vtrū digestione apparēte cō/
petat absinthiū in emitriteo.
et arguitur quod nō:quia non euacuaꝛ flegma:cu/
ius maxime necessaria est euacuatio. scđo apparē
te digōne aliqua ei⁹ pars nō est digesta.ergo illaꝫ
mouebit et nō euacuabit.et silr illam exiccabit ⁊ fa
ciet pigrā. In co ntrariū est Aui.et ceteri doctores.

Pro solutione sciendū qđ absinthiuꝫ
calidū est in primo.⁊ sic
cū in scđo.sed succus eius ⁊ flos ei⁹ est calidior acce
dens ad scđm.et per substantiā suā calidā est ape/
ritiuū opilationū et solutiuuꝫ colere et flegmatis
aquosi.⁊ per substātiā terreā est membrorꝫ confor/
tatiuū ⁊ partiū laxarū sua stipticitate ꝯgregatiuū
et confert feb.lōgi tpis ⁊ feb.opilationū: ⁊ mirabi
lem est appetitū faciens. ¶ Scđo notandū ꝙ pos/
sumus vti succo eius et aqua decoctiōis ⁊ distilla
tionis ei⁹. Itē sua substātia puluerizata ⁊ trocisca
ta:aliqñ damus ipm viride solū cū alijs reb⁹ ꝯmi
xtū sicut passulꝛ:et alijs ſm diuersas necessitates.

His premissis sit hec prīa cōclusio. Ab
sinthiū nō ꝯuenit in pri
cipio ante apparitionē digestiōis:qꝛ multa nocu/
menta facit agitādo materiā ⁊ nō educendo. Iteꝫ
qꝛ remanēs cum materia exiccat:⁊ facit ipsam ine
ptam euacuatiōi:sicut dictū fuit in textu. Itē quia
stiptica nō cōueniunt ante digestionē: sicut de in/
tentione Aui.declaratū fuit in ca. gñali curatiōis
febriū putridarꝫ. ¶ Scđa ꝯclusio.apparēte digōne
succus eius ꝯuenit:⁊ aqua decoctiōis ⁊ distillatio
nis eius.euacuat nāqꝫ coleraꝫ et aquosum flegma
proprie succus et aqua decoctiōis et distillatiōis
eius:et cū hoc aperit ꝓuocat ⁊ mēbra ꝯfortat ⁊ nō
facit sua stipticitate materiā ineptaꝫ euacuationi
cū iam semidigesta sit. ¶ Tertia ꝯclusio.cōpleta di
gestiōe multo magis ꝯuenit tam in decoctionib⁹
quā in sua substātia exhibitū:cū materia sit para/
tissima euōni ⁊ mēbra indigeāt ꝯfortatiōe. ¶ Sed
supest respōdere ad rōnes adductas in cōtrarium
huius determinatiōis. Ad primū dr. ꝙ quāuis nō
euacuet flegma viscosum:tamē iuuat multuꝫ eua/
cuando colerā ⁊ flegma aquosuꝫ. ¶ Ad scđm nege
tur ꝯña.nā euacuat partē paratā euacuatiōi:⁊ cū
illa extra corpus educetur.vnde nō poterit exicca/
re residuum materie:nec poterit ipsam facere pi/
grā sua stipticitate:⁊ si forte faceret aliq̄d nocumē
ti erit multo maius iuuamentum.

¶ Et gale. quidē et qui ante eum fuerunt
curauit eos cum aqua ordei in qua est ꝟtus
piperis.

¶ In parte pñti ponit medicinā Ga.scđo ponit re
dargutionē Alexādri ꝯtra Gal. tertio ponit erro/
rem Alexādri:et redarguit ipm.scđa ibi.(Et dixit
quidā.)tertia ibi.(Ipse quidē.)In prima parte di
cit:qđ Gal.⁊ q̄ fuerūt ante ipm.s.hypo.⁊ alij cura/
uit.s.in terapētica ad Glauconeꝫ patiētes emitri/
teum cum aqua or.in qua est virtus piperis.vt. ℞.
or.mundi.ʒ.ſ. piperis.℈. ß.aque.ʒ.xx. bulliant ad
apertionem ordei.

¶ Et dixit quidā primorꝫ medicorꝫ ꝙ gal.
transgressus est in alienatione: et stetit:vbi
opꝫ vt miretur de eo:et nō sciuit ꝙ piper in
flāmat feb.⁊ aqua or.pigrā efficit materiā.

¶ Ponit Auicēna dicta Alexādri vituperātis Ga.
dixit nanqꝫ iste ꝙ Gal.alienat et stetit:sicut illi qui
errant et loquūtur:et nesciūt quid dicāt. vnde mi/
randū est de eo:et loquēs interrogatiue dicit non
scimus ꝙ piper inflāmat feb.⁊ aqua ordei infrigi/
dando pigrā facit materiā supple,flegmaticam.

¶ Et iste quidē cōtradictor errauit errore
qui nō appropriaꝛ in hac intentiōe: imo ca
non datus in adiutorio nature quādo ꝑpa
ratur ad resistēduꝫ huiusmodi materijs est
cum medicinis cōpositis ex infrigidātibus
et calefacientibus vt discernat natura inter
duas virtutes quare occupaꝛ infrigidatiuū
cū fe.et partibus cordis: ⁊ calefactiuū cum
materia:⁊q̄s est q̄ curet emitriteū absqꝫ hoc.

¶ Hic remouet opinionē Alexādri primo ostendēs
ꝙ eius error est error gñalis ⁊ ꝯfutat quoddā eius
motiuū vituperādo eum. scđo in speciali remouet
quendā errorē eius redarguens eū ex dictis suis.
tertio ad laudē Gal.miraꝛ de quodā dicto huius
cōtradictiōis. scđa ibi. (Et iste quidē.)tertia ibi.
(Amplius mirabile.)In prima parte dicit qđ er/
ror nō est solū in cura emitritei:immo supple in cu
ra cuiuscūqꝫ morbi in quo exigūtur intentiōes cō/
trarie.in illis enim miscemus medicinas ꝯtrarias
cōfidentes,ꝙ natura discernat.ideo subdit: immo
canon datus est in adiutorio nature qñ prepaꝛ ad
resistēdū hmōi scꝫ ꝯ̄rijs materijs vt cū medicis cō
positis ex īfrigidātib⁹ ⁊ calefaciētib⁹:vt discernat
natura inter duas cōtrarias virtutes' qualiter oc/
cupaꝛ infrigidatiuū cum feb. et partibus cordis:
supple et cum materia colerica: ⁊ calefactiuū cum
materia colerica:⁊ interrogatiue loquens dicit.et
quis est qui curet emitriteū absqꝫ hoc.

¶ Et si natura non est fortis ad discurren
dum:tunc nō prodest curatio quocūqꝫ mo/
do fiat:et errauit in alijs modis : allatione
quorum nō est necesse nos incedere via pro
longantium.

¶ Hic remouet dubiū:posset eñ cōtradictor dice/
re ꝙ natura nō est potēs ad discernēdum inter hec
cōtraria. Respōdet,ꝙ si natura nō est fortis ad di/
scernendū:tunc nō ꝓdest curatio quocūqꝫ mō fiat
siue fiat cū medicinis mixtis ex cōtrarijs scđm opi
nionē Gal.siue fiat scđm modū Alexādri q̄, statim
poneꝛ. Nam vt sepe dictū est cū deficit virtus non
valet curatio. Ultimo dicit ꝙ ille cōtradictor errat

alijs modis: quos nō est necessarium nobis afferre in medium ne sermo prolōgetur.

¶ Et iste quidē cōtradictor dixit: ꝙ opʒ vt administrētur subtiliātia quibꝰ non est fortis calefactio: sicut apiū ⁊ anetū: ⁊ nō sciuit ꝙ possibile est vt piper īfrigideẽ minoratione sui: ad hoc vt frāgatur eius calefactio et nō abbreuieẽ eius subtiliatio a subtiliatiōe apij plurimi: et fit aqua or. adiuuās ipm in faciēdo puenire virtutē eius ⁊ destruēdo superfluitatē eiꝰ: et faciēdo cadere materias ad ipsum vt alleuietur penetratio virtutis eius in eis.

¶ In parte presenti ponit opinionem Alexandri in cura emitritei. Secundo ex dictis suis probat opinionem Galeni esse bonaʒ. secūda ibi. (Et nō sciuit.) In prima parte dicit quod iste cōtradictor in cura emitritei dixit debere admistrari subtiliantia in quibus non est fortis calefactio. sicut apiuʒ et anetum faciendo ex eis decoctionem. secundo ex his verificat opinionem. Gale. interrogatiue dicens. Non sciuit iste contradictor quod possibile est vt piper infrigidetur minoratione sui: ad hoc vt frangatur eius calefactio. ⁊ non abbreuiatur eius subtiliatio a subtiliatione apij plurimi: idest quod piper potest in tanta quātitate minorari quod parum calefaciet: et tamen ita subtiliet sicut apium in quantitate multa. ¶ Et ex his patet quod medicina calida quarti gradus: sicut piper per minorationem sui potest calefacere precise in secūdo gradu: quia tunc non administratur in debita dosi secundum quod est ab autoribus graduatum: et fit aqua ordei adiuuans ipsum piper et faciēdo peruenire virtutem eius ad partes distantes: et in destruendo superfluitatem. scilicet caliditatis eius. et tertio in faciendo currere materias ad ipsum vt alleuietur penetratio ꝟtutis eius in eis ī humectā do materias et in faciendo eas fluxibiles: vt facile patianẽ a pipere et penetret eiꝰ virtus ad eas: vbi forte vsꝰ ē ypalage in faciēdo currere materias ad ipʒ. i. ipm currere ad materias. ¶ Et ex his pʒ rñsio ad rationes Alex. Negat enim Aui. ꝙ piper inflāmat febrem: sed natura dirigit piper ad materiaʒ flegmaticam et negat quod aqua ordei facit materiam pigram: quia natura dirigit illam ad partes cordis ad infrigidandum ipsum. Et si aqua ordei agit in materiam ipsam preparat: vt facile patiatur a pipere: et facit alia duo iuuamenta que dixit.

¶ Ampliꝰ mirabile fuit ꝙ ipse posuit gal. de illis qui ignorant ꝙ piper inflāmat febrē et nominat ipsum de illis qui obliuiscūtur ab hoc: vbi iudicat de hoc.

¶ Hic auicenna laudat Galenum in practica huius scientie summis laudibus dicens quod mirabile fuit quod iste posuerit Galenum in numero illorum qui ignorant quod piper inflammat febreʒ quasi dicat quod bene piper est calidum in quarto: ⁊ mirabile est ꝙ ipse nominet ipsum inter illos qui obliuiscantur alicuius rei particularis circa quam fert iudicium: ideo dixit vbi iudicet de hoc: idest de aliqua re particulari. quasi dicat. ipse fuit doctissimus in practica et in rebus particularibus sicut sibi bene imponit Auerro. dicens quod multa nouit in ramis. pauca in radice.

¶ Cōposita vero de medicinis quibus opʒ in hac hora vti sunt sicut trocisci de absinthio et trocisci de rosis. Trocisci leues boni ad emitriteum. Recipe rosarum. radicum liquiritie amborū ana. ʒ. iiij. tereniabin. ʒ. iij. spice. succi absinthij. spodij omniū ana. pōdus. ʒ. ij. fiant ex eis trocisci. Trocisci alij ad inflāmationem. Recipe rosarū. ʒ. vj. seminis acetose. gummi omniū ana. ʒ. iiij. amili pondus. ʒ. iij. berberis spodij se. portulace omnium ana. pondus. ʒ. ij. dragagāti croci spice reubarbari omniū ana. ʒ. . camphore pōdus tertie. ʒ. j. fiant trocisci. Trocisci alij boni habētibus hanc febrē. et proprie quādo cōqueruntur cum hoc de solutione ventris et tussi. Recipe spice aromatice xiloaloes croci berberis et succi eius omnium ana. ʒ. iij. reubarbari. ʒ. quattuor spodij rosarum. cum capitibus suis lacce gummi torrefacti karabe omnium ana. ʒ. quinꝙ seminis acetose torrefacti. ʒ. vj. crete romane. ʒ. septem. fiant trocisci. Descriptio alia bona. Recipe rosarum rubearū. ʒ. vj. berberis gummi seminis acetose omniū ana. ʒ. quattuor. spice eupatorij spodij amili semis portulace granorum cucumeris omniuʒ ana. ʒ. ij. seminis endiuie seminis cuscute omniū ana. ʒ. j. ß. succi liquiritie. ʒ. j. lacce reubarbari amborum ana. ʒ. semis aggregentur illa et fiant trocisci. Pillule bone ad hanc egritudinem ⁊ omnes cronicas et febres ledentes viscera. et ꝓprie quādo materia flegmatica ē magis vincēs. Re. aloes. masticis mirabolanoꝝ citrinoꝝ. reubarbari. succi eupatorij succi absinthij. rosarū rubearum omnium ana. partes equales. croci partē mediam fiant pillule cum aqua endiuie. Et sit dosis. ʒ. ij. cum syrupo acetoso. Descriptio bona cōueniēs post digestioneʒ. Recipe aloes masticis succi absinthij rosarū omnium equaliter croci ʒ. ß. informētur pillule cum aqua endiuie. et sit dosis. ʒ. ij. cum syrupo acetoso.

¶ Hic Auicen. primo nominat quasdā medicinas compositas. scdo describit quasdam: et nulla istarum conuenit a principio: sed postꝙ apparuit digestio illarum quas describit. prime quattuor sunt trocisci digerentes ⁊ confortātes. secunde due sunt pillule solutiue ⁊ cum hoc confortatiue. et simplicia has componentia secundū plurimū sunt nota ad inflāmatū. idest in qua colera dominatur. reu. idest reubarbarum in tertia descriptione quam dicit conferre in hac febre quādo coniungitur cuʒ tussi ⁊ solutione ventris multa ponuntur cōferentia solutiōi ventris: sed ad tussim solū ponitur crocus et gūmi. Creta romana est sicut nostra: sʒ loco illius melius est vti bolo arme. aut terra sigillata. ¶ A prima recepta pillularuʒ posset argui aloem soluere magis phlegma quā choleraʒ. In vltima descriptiōe dicit ꝓpe digestionē. s. cōpletā. ideo tex. qui ē in margine ē melior. ¶ Sed hic nota ꝓm

Gentilem

Gentilē qđ oēs hi trocisci et pillule cōuenientiores sunt pfecta digestione ꝛ factis aliquibus euacuationib⁹ quā in aliquo alio tpe. licet in augmēto postq̄ digestio appuit possint competere. ꝛ cā nota est ex p̄cedentib⁹. ¶ Cura emitritei decē exigit intētiones. Prima ordinat regimē sex rerum. secūda len͡t ventrem. tertia flebotbomat. quarta digerit. quīta euacuat materiā phlegmaticā ꝛ he due debent iterari scđm exigentiam. sexta est ꝓuocatio vomitus. maxime natura tentāte. septima prouocatio vrine. octaua ꝓuocatio sudoris. nona mēbroꝝ cōfortatio. decima accidentiū correctio. ¶ Regimen sex rerū debet ad humidū et frigiduꝫ declinare maxime dominante cholera. et debet in p̄ncipio dieta attenuari saltē per tres dies: quia est morb⁹ repletionalis. postea īgrossari. ꝛ quāto magis accedit ad statū debet magis attenuari. Unde in principio vniuersali subtrahendū est vinum regulariter: cui nō obstet ꝯsuetudo. Cibi sui debēt esse mixti cū calidis ꝛ frigidis sicut medicīe digestiue. aut debēt esse circa tēperiē poti⁹ leuiter ad frigidū et humidū declinātes: et debēt eē boni et copiosi nutrimenti. post primos tres dies cum egritudo sit cronica reliquū regimen pōt esse notum ex regimine tertiane nō pure. ¶ Pro secunda intētione Auicēna variat lenitiua scđꝫ qđ magis phlegma aut cholera dominatᷣ intēdens forte ad aliqualē materie ꝓprie minoratione absq̄ agitatione. et cassia cū decoctione fructuū est ꝓpria. et in processu teneatᷣ venter lenis cum clisteribus.

¶ Tertia intentio est flebotbomia que scđm plurimū est necessaria scđm ꝙ dictū fuit cū sit morb⁹ repletionalis: ꝛ fiat cōiter ex basilica: aut cōi: aut ex saphenis: si in causa esset retētio menstruorum aut emorroydarū. ¶ Pro quarta intētione sint digestiua mixta: quedā cōtra cholerā: quedam ꝯtra phlegma nō fermētata: et debēt esse in p̄ncipio īcisiua ꝛ abstersiua et parū apitiua postea magis apitiua. ¶ Pro q̄nta intētione etiam solutiua sint mixta euacuātia cholerā et phlegma nō fermentata: aut eligatᷣ vnū simplex euacuās vtrūq̄ hūorē: et sepe iterāda est digestio et euacuatio: sicut in phlegmatica et tertiana nota. et nō est ꝓperādū ad solutiua fortia. ¶ Prouocetᷣ autē vomit⁹ iuxta sextā intentionē maxime natura inuitāte in p̄ncipio cū leuioribus in ꝓcessu cū fortioribus q̄ accōmodētur vtriq̄ hūori scđm exigentiā. ¶ Septima intētio. s. prouocatio vrine pficitᷣ cū decoctiōe radicū apij feniculi et seminū ꝯmuniū. et si opus sit fortiorib⁹ addātur in decoctiōe radices sparagi. et ponātur magis calida aut minus scđm exigentiā humoris dominātis. ¶ Prouocatio aūt sudoris iuxta octauā intētionē pficitᷣ cum aqua ordei cui parū vini subtilis addi potest: et sumatᷣ calidum infirmo bene pānis coopto. ¶ Mēbroꝝ aūt cōfortatio iuxta nonā intētionē pficitur cū trociscis ī textu descriptis. Itē cū aromatico rosᷓ. dyarodon abbatis ꝧm dn̄iū hūoris dn̄antis. ¶ Corrigantᷣ aūt accidētia iuxta decimā intētionē ꝧm ipsorū exigētiā: sed iter cetera succurratᷣ casui appetitus maxime cū egritudo est longa.

¶ De recidiuatione. Cap. xx.

Recidiuatio est deterior radice.

¶ Primo ponit iudiciū. scđo dat cautelā in curatione. scđa ibi. (Et consilium.) In prima pte dicit qđ recidiua est deterior radice sua: cuius causa est, quia inuenit virtutem debilem.

¶ Et consiliū quidē est vt in ea nō fiat inceptio ad curandū donec manifest⁹ sit modus egritudinis. nā scđm plurimū est seua. ¶ Hic dicit qđ cōsiliū est qđ medicus nō incipiat curare ipsam nisi p̄mo sit manifest⁹ modus egritudīs. i. nisi p̄mo sit nota causa recidiue. et q̄ egritudo et quāta sit in cōparatiōe ad virtutē: nā ꝧm plurimū est seua. et ꝓprie cū est a causa intrinseca cū verisimiliter causa illa ītrinseca sit fortis ꝛ iueniat virtutē debilē. Et nota qđ licet hoc ꝯsiliū sit generale non solū in recidiua: sed in quacunq̄ febre: imo in quacūq̄ egritudine iuxta Auic. in capitulo generali curationis feb. cū inquit. Et scias ꝙ nō ē tibi possibile vt cures fe. nisi postq̄ cognoueris eam: attamē proprie seruandū est in recidiua in qua ex precedēti egritudine virt⁹ est facta debilis. et quia aliquando in principio licet recidiua appareat leuis est tamen praua occulta prauitate. Si igitur multiplicas remedia et ꝓprie notāda sicut medicinā solutiuam detegitᷣ malitia ꝛ moritur infirmus et tu eris infamatus absq̄ tui culpa. ꝓcede igitur cū lenibus sicut cū clisteribus si opus est euacuatiōe. et attenua dietā donec manifesta sit tibi egritudo et causa eius. nā que pendet a causa extrinseca ē leuis. que vero a causa intrinseca ē fortis ꝧm plurimū. ¶ Hic omitto solutionē q̄stionis an recidiua ꝛ sua radix sit vna egritudo. quia de hac dixi quantū ē oportunū in questione de maioritate morbi. et eius solutio magis pertinet parti theorice. Cura recidiue est eadem scđm plurimū cum cura sue radicis. verū oportet nos esse magis sollicitos de v̄tute cū sit debilior: et laborare vt recidiue causa amoueatur.

